





LUDOVICI ANTONII  
MURATORII  
*OPERA OMNIA.*

LUMOVIC ANTONII

MURATORI

OPERA OMNIA.

ANTIQUITATES  
ITALICAE  
MEDIÆ AEVĪ,  
SIVE

DISSERTATIONES

De Moribus, Ritibus, Religione, Regimine, Magistratibus, Legibus, Studiis  
Literarum, Artibus, Lingua, Militia, Nummis, Principibus, Libertate,  
Servitute, Foederibus, aliisque faciem & mores Italici Populi referenti-  
bus post declinationem Rom. Imp. ad Annum usque MD.

OMNIA ILLUSTRANTUR ET CONFIRMANTUR

INGENTI COPIA DIPLOMATUM  
ET CHARTARUM VETERUM,

*Nunc primum ex Archivis Italiae depromptarum,*

ADDITIS ETIAM

NUMMIS, CHRONICIS, ALIISQUE MONUMENTIS  
NUNQUAM ANTEA EDITIS.

AUCTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINAE

BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

*Arresino Seminario & Collegio Ecclesiasticorum Castilionensi Episcopali-  
bus alteram hanc editionem curantibus.*

TOMUS SECUNDUS.



ARRETI MDCCCLXXIV.

Typis MICHAELIS BELLOTTI Impress. Episcop. sub signo PETRARCAE.

---

SUPERIORIBUS PERMITTENTIBUS.

THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK

THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK

INCORPORATED IN THE STATE OF NEW YORK  
OFFICE: 100 WALL STREET, NEW YORK, N. Y.

THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK  
OFFICE: 100 WALL STREET, NEW YORK, N. Y.

THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK  
OFFICE: 100 WALL STREET, NEW YORK, N. Y.

THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK  
OFFICE: 100 WALL STREET, NEW YORK, N. Y.

THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK  
OFFICE: 100 WALL STREET, NEW YORK, N. Y.

THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK  
OFFICE: 100 WALL STREET, NEW YORK, N. Y.



THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK  
OFFICE: 100 WALL STREET, NEW YORK, N. Y.

THE GREAT EASTERN LIFE ASSURANCE CO. OF NEW YORK  
OFFICE: 100 WALL STREET, NEW YORK, N. Y.

DE MISSIS REGIIS,

S E U


J U D I C I B U S

EXTRAORDINARIIS.

DISSERTATIO NONA.







## DISSERTATIO NONA.



Est consultum olim fuerat Reipublicae incolumitati, servandaeque inter Populum justitiae, constitutis tot Judicibus, nempe

Comite Sacri Palatii, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, aliisque ejusmodi Magistratibus. Immo, uti in Dissertat. XXVI. de Placitis ostendam, Reges ipsi atque Imperatores Judicem interdum agebant, & litigantium disceptationibus intererant. Sed praeter ordinarios Populi Judices, subsidium alterum adinventum est. Nimirum ex Regum & Augustorum latere, nonnunquam etiam ex ipsis Provinciis, electi alii Judices extra ordinem, sive extraordinaria auctoritate praediti, in Provincias mittebantur, qui Populi querimonias audirent, & oppressam justitiam restaurarent, contributâ iis potissimum facultate, ipsos Comites, ceterosque Judices emendandi. *Missi Regii, Mis-*

A *si discurrentes, Missi Dominici, Regii Legati* (alia nomina praetermitto) ii appellabantur. Eorum auctor, aut certe amplificator, non alius fuisse videtur, quàm celeberrimus inter Francos Reges ac Imperatores Carolus Magnus, qui tot alios ritus, novasque Leges primus invexit, utilitate, sanctitate, ac prudentiâ summe commendandas, quippe quas nemo neget ad rectum Populi regimen excogitatas, & quidem maxime accommodatas. *Missos profectò Regios in usu fuisse vel apud Reges Langobardos exploratum habeo. In Dissertatione LXXIV. de Parochiis egregium Placitum evulgabo, habitum Liutprando Rege regnante Anno DCC. XV. in Tuscia, ubi quatuor Episcopi una cum Misso excellentissimi Domini Liutprandi Regis nomine Gumeriano Notario, controversiam cognoverunt agitaram inter Episcopos Arretinum atque Senensem. Verùm, si quidquam video, à Missis, de quibus mihi sermo nunc est, non leviter differebat Missus ille Langobardus.*

Is enim delegatus, ut ajunt, fuerat ad eam tantum controversiam pendendam ac dijudicandam una cum finitimis Episcopis. Missi verò à Carolo Magno excogitati ad omnium hominum causas audiendas atque absolvendas dirigebantur. Hujusmodi ritus instituenti, sive amplificandi haec causa fuit. Sapientissimo Regi Carolo sat perspectum erat, quot incommodis ac malis artibus obnoxium foret Populorum regimen. Nostri temporibus utique probi ac recti Judices Populi abundant; sed nullo unquam tempore desiderati sunt, & ne nunc quidem desiderantur, qui religioni sibi non vertunt, plus offerenti justitiam vendere, & commendationibus aliisque humanis affectibus sinere se abripi, ac praeterea controversiarum finem ultra aequum procrastinare. Interdum quoque intuemur, neque sine moerore, viduarum, orphanorum, pauperumque jura pessumdari; minus potentibus etiam non raro insultare potentes; eosque, qui ad justitiam ministrandam adleguntur, in ipsam potissimum peccare justitiam. Fortassis etiam ejusmodi mala graviora ac plura fuere Caroli Magni temporibus, quam nostris. Itaque is salubri consilio usus decrevit, Proceres quotannis deligere, eosque extraordinaria potestate munitos in Provincias mittere, ut quidquid depravati atque incompoti invenirent in Populo, in foro, & in reliquis Reipublicae negotiis, suâ prudentiâ, atque auctoritate corrigerent ac tollerent. Id quoque interdum agere consueverunt Romani, quum eorum potentia florebat; similemque prope morem adhuc retinet prudentissima Venetorum Respublica. Et Missi quidem hujusmodi tanta tribuebatur potestas, ut

A à Ducibus, Marchionibus, & Comitibus, ordinariis videlicet, immo perpetuis Provinciarum ac Urbium Retoribus, nullum impedimentum eorum auctoritati objiceretur. Primo id muneris demandatum Nobilibus Vassis atque Ministris, sed quibus angusta domi res erat. Verum instigante hac eadem paupertate ad improbas actiones, factoque muneribus loco, experientia docuit, in Populi detrimentum converti, quod in illius utilitatem atque praesidium fuerat excogitatum. Proinde sapientissimus Imperator Anno DCCCII. (ut est in Annalibus Lambecianis Part. 2. Tom. II. Rer. Italicar. pag. 115.) *recordatus misericordiae suae de pauperibus, qui in Regno suo erant, & justitias suas pleniter habere non poterant, noluit de infra Palatio pauperiores Vassos suos transmittere ad justitias faciendum propter munera; sed elegit in Regno suo Archiepiscopos, & reliquos Episcopos & Abbates, cum Ducibus, & Comitibus, qui jam opus non habebant super innocentes munera accipere: & ipsos misit per universum Regnum suum, ut Ecclesiis, viduis, & orphanis, & pauperibus, & cuncto Populo justitiam facerent.* Ejusmodi verò Missi potestas plerumque tribuebatur in plures Pagos & Comitatus, & Missaticum appellari consuevit regio eorum curae seu legationi commendata. Ut ergo illi in alicujus Urbis agrum adveniebant, Regiis literis explicatis, quotque invitabant ad exponendas, si quas habebant, conquerendi aut litigandi causas. Hujus ritus adservatum nobis vestigium deprehendi in antiquo exemplo pergamenae, quod mihi suppeditavit Archivum Capituli Canonorum Cremonensium. Ita se habet monumentum illud.

Andreas Laudensis Episcopus, & Rogerius filius Rumaldi, in Placito Laudensi coram Benzone Misso Ottonis III. Imperatoris litem inter se agitant, Anno Christi 1000.

**D**Um in Dei nomine, Comitatu Laudense, in Villa, quae noncupatur Tauriano, in via publica, in iudicio resideret Benzo & Missus Domni Tercius Ottoni Imperatori, qui per Epistola, \* si illum Missus:., Eidem Domini mini favente clementia Rex. Si nostrorum Fidelium mentes exultare fecerimus, nostra servicia exercere diligentius. Quapropter notum volumus cunctis in Laudensi Comitatu manentibus, majoribus seu minoribus, nostre auctoritatis pagina concessisse Benzone ipseus Comitatus Comiti habere potestatem & jura, sicuti & judicare poterit, omni nostra, nostrorumque fidelium, remota contradictione. Quod ut verius credatur, diligentiusque observetur, nostro Sigillo, jussimus annotari. *Justitias faciendas ac deliberandas; residentibus cum eo Teodaldus, Adelbertus &c. Ibique eorum veniens presentia Rogerius filius quondam Rumaldi de loco Bario, nec non & ex alia parte Domnus Andreas Episcopus Sancte Laudensis Ecclesie, una cum Maurone ejus & ipseus Episcopo Avocatus; & vetulerunt ipse Rogerius: Abeo & teneo ad meam proprietatem Casis & Castris, seu rebus territoriis &c. quibus sunt positus tam infra Castro, qui nominatur Sancto Floriano &c. jugeras centum. Atque in loco, ubi dicitur*

**A** Maleo, tam infra Castro &c. juges septicentum &c. Anno Imperii Tercius Domni Ottoni Imperii Deo propicio Quinto, die mensis Augusti, Indictione XIII. Benzo Missus Domni Imperatoris interfui.

**B** Ex vetusti, ut suspicor, amanuensis incuria heic occurrunt luxata quaedam. Attamen satis elucet, Benzoni Missum, antequam ad judicandum accesserit, literas suae auctoritatis ab Ottone III. Augusto acceptas promulgasse. *Tractoriae* appellabantur ejusmodi Literae, de quibus agam in Dissertat. XIX. *de Tributis*. Edicebant autem ejusmodi Judices extra ordinem adlecti, se missos à Regibus & Augustis *ad singulorum hominum lites ac intentiones*, hoc est contentiones, *audiendas ac deliberandas*.

**C** Et quandoquidem non uno in loco consistere solebant, sed per Provinciam, & Pagos vagabantur, in locis singulis disciplinam ac justitiam restauraturi: ideo *Missi discurrentes* appellabantur. Quamquam id ex plerisque Placitis factum appareat, attamen ingratum Lectori minime futurum puto, si exemplum adferam, petitum ex insigni Archivo Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Mediolanensis, ubi autographum, revera à voracitate temporis valde attritum, ego prae manibus habui atque descripsi.

In Placito Mediolanensi coram Berengario Nepote & Misso Berengarii Imperatoris, Advocatus Monasterii Mediolanensis S. Ambrosii litem agit ac obtinet contra Adelardum quemdam, Anno 918.

**D**Um in Dei nomine, Civitate Mediolani, Curte Ducati, in laubia ejusdem Curtis, in judicio resideret Berengarius Nepus & Missus Domni & gloriosissimi Berengarii serenissimi Imperatoris, Avio & Senior ejus, qui in Comitatu Mediolanense ab ipso Imperatore Missus esset constitutus tanquam Comes & Missus discurrens, sui presentia singul..... intenciones, etiam Epistola sigillata ab anulo idem Domni Imperatoris hic Mediolani in ipso Judicio ostensa fuit & relecta, in qua continebatur, ut..... Berengarius Nepus idem Domni Imperatoris Missus esset constitutus; residentibus cum eo Rotgerius Vicecomes ejusdem Mediolanensis Civitatis, Protastus qui & Atto, Rotfredus, Ragifredus, item Ragifredus, Lanfrancus, alio Rotfredus, & Bertericus Judices Domni Imperatoris, Lupus, Petrus, Johannes, Giselbertus, Jonam, item Johannes, Petrus..... Mediolanenses, Gaidulfus, Dagibertus, & Anspertus Notarii, & reliqui. Ibi eorum venerunt presentia Giselbertus Judex de loco Aviciaco, Advocato... beati Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus sanctum unatum quiescit Corpus, situm in suburbium Mediolanensis Civitatis, nec non Adelardus de L..... filio quondam Anradi, intencionem habentes. Dicebat ipse Giselbertus Advocatus: „ dudum in judicio malavi istum Adelardum, quod malo ordine detineret..... diceret aliquantis rebus territoriiis, quibus essent positus in locis & fundis Mercai, & in Robereto finibus Valisteline, que legibus pertinere de-

A „ berent ejusdem..... Sancti Ambrosii, que essent rebus ipsis per nominative illis in Mercai. In primis campo & prado insimul tenente per mensura tabularum quadraginta..... partes res Sancti Abundii, & de quarta Sancti Ambrosii, alio campo per mensura tabularum quinquaginta, tercio campo per mensura tabularum duodecim..... Sancti Abundii de alia Langobardorum Silva Castanalbi cum ipso campo tenente est juges duas de una parte Sancti Abundii, de alia Sancti....tercia Langobardorum, & in Roboreto prado uno per mensura juges duas & tabularum quindecim &c. unde per wadium firmati super hoc accessimus, & odie exinde hic in judicio inter nos..... abemus Placitum ad rationem standum, responsum exinde dandum, aut legitime finiendum. Ad hec respondit ipse Adelardus: Vere sicut Augiselbertus Advoc..... ita me malasti, & inter nos actum & wadium est, & super ipsis rebus accessimus, sicut asseruisti, & exinde odie hic in judicio inter nos..... abemus Placitum ad rationem standum, aut legitime finiendum; sed concredo me quia de ipsa res, unde superius nominative per locas, & in alico..... coërencias dixisti, nihil mihi pertinet ad abendum nec requirendum, neque pertinuit, & de communaliis in eodem denominato loco & fundo Mercai, sita Valisteline „ line

line sup̄ter, tam in montibus, quam  
 in valis, seu in alpibus, adque  
 in planicis in ipso a denominato  
 loco & fundo Mercii, unde me  
 superius malasti, & pertinet de  
 jura ipsius Monasterii, nihil con-  
 tradico, nec contradicere quero,  
 quia nec legibus possum, sed le-  
 gibus propriis esse debent ejusdem  
 Monasterii Sancti Ambrosii. *His*  
*peractis & manifestacione facta paruit*  
*supradictis Auditoribus esse recte, &*  
*judicaverunt, ut justa eorum intencione*  
*& professione seu manifestacione eidem*  
*Adelardi..... rebus ipsis, hunde ut*  
*supra egerunt, amodo & in antea pars*  
*ejusdem Monasterii Sancti Ambrosii a-*  
*bere debere, & finita est causa. Et qua-*  
*liter hec causa acta est, notitiam ad*  
*futuram tenendam memoriam, & secu-*  
*ritatem ejusdem Monasterii Sancti Am-*  
*brosii, ego Ingelbertus Notarius scripsi*  
*& interfui, Anno Imperii Domni Be-*  
*rengarii Imperatoris Tercio, mense A-*  
*prelis, Indictione VI.*

*Signum manus suprascripti Berenga-*  
*vii Nepus & Missus Domni Impe-*  
*ratoris, qui ut supra interfuit.*

*.....bericus Vicecomes interfui.*

*Rotfredus Judex Domni Imperatoris*  
*interfui.*

*Giselbertus Judex interfui.*

*Aupaldus Judex Domni Imperatoris*  
*interfui.*

*Petrus Judex interfui.*

*Ragifredus Judex Domni Imperatoris*  
*interfui.*

*Petrus Judex interfui.*

*Rotfredus Judex Domni Imperatoris*  
*interfui.*

*Jonam Judex interfui.*

*Marinus Judex interfui.*

Curtem Ducatus, quam heic memo-  
 ratam vides, testem habemus, olim  
 Mediolanensi Urbi Praefectos, Ducis  
 appellatione fuisse insignitos. Et qui-

A dem loci memoria ad nostra usque  
 tempora servata creditur, ubi in me-  
 dia fere Urbe appellatur *il Corduso*.  
 Hac de re egi in Dissertat. V. de *Du-*  
*cibus*. Qui vero hic vocatur *Beren-*  
*garius Nepus & Missus Domni & glo-*  
*riofissimi Berengarii serenissimi Imperato-*  
*ris*, idem est ac Berengarius, qui  
 post Hugonem & Lotharium Italiae  
 Reges Italicum Regnum Rex & ip-  
 se rexit, illudque Ortone Magno tan-  
 dem decertante amisit. Haec de il-  
 lo, ejusque patre Adelberto habet  
 Liutprandus Historicus Lib. 2. Cap.  
 10. *Adelbertus Iporegiae Marchio, cui*  
*Berengarius (scilicet Primus, qui Rex*  
*Italiae, ac postmodum Imperator fuit)*  
*filiam suam nomine Gislam conjugio co-*  
*pulaverat, ex qua filium genuerat, cui*  
*& Avi sui vocabulum dederat; nemp-*  
*pe Berengarium in Placito isto pri-*  
*mas agentem, cujus propterea Be-*  
*rengarius I. Augustus dicitur Avius*  
*& Senior. Atque in hac etiam Char-*  
*ta animadvertit, productam primo fuis-*  
*se Epistolam sigillatam ab anulo eju-*  
*sdem Domni Imperatoris, in qua conti-*  
*nebatur, ut idem Berengarius Nepus ip-*  
*sus Domni Imperatoris Missus esset con-*  
*stitutus. Comes autem Mediolanensis*  
*Urbis interfuisse Placito non legitur.*  
*Interfuit quidem Rotgerius Vicecomes*  
*ejusdem Mediolanensis Civitatis, fortas-*  
*se quod mors Comitem sustulisset,*  
*aut is ab Urbe abesset. Fuit enim*  
*in more, ut Comites ejusmodi judi-*  
*ciis interessent, nescio num honoris,*  
*an necessitatis causa. Id palam fiet*  
*ex Placito Patavii habito, regnante*  
*Henrico inter Reges Quarto, in e-*  
*Imperatores Tertio: quod expresum*  
*fuit ex antiquo exemplo, existente*  
*in Archivo nobilissimi Monasterii Be-*  
*nedictinorum Sanctae Justinae Pata-*  
*vii. Illic enim praeter Missos Re-*  
*gios in judicio confedit Albertus Co-*

mes hujus Civitatis, uti & Oldericus Episcopus Pataviensis, quem Uldaricum Ughellius appellat; nam & Episcopi hanc honorificentiam adhibebant Re-

A | giis Missis, ut eorum judiciis interessent. Immo, ut eorum praesentia justitiae tutius consuleretur, ad Placita ipsa invitabantur.

Refutatio Vallis de Mercato facta à Civibus Patavinis Johanni Abbati Sanctae Justinae in Placito habito Patavii à Missis Henrici IV. Regis, Anno 1077.

**D**Um in Dei nomine, in Civitate Paduae, in casa terrena Domni Oldericus Episcopi, per data licentia in iudicio residebat Dominus Sigifredus & Miozo, Missi Domni Henrici Regis, ad singulorum hominum justitias faciendas & deliberandas, & cum eis Dominus Oldericus Episcopus, & Albertus Comes hujus Civitatis Pataviensis, & Ogerius Advocatus &c. simulque cum eis alii boni viri, quorum nomina sunt haec &c. In istorum omnium, & aliorum hominum presentia veniens Johannes Abbas de Monasterio Sanctae Justinae, simul cum Ubero Advocato suo retulit, & cepit dicere, ac postulare mercedem, dicens: „ Peto vos, Domini & Missi Domni mei Regis, ut faciatis nobis justitiam propter Deum & animam Domni mei Regis, & vestras animas: ut Vallis, que est foris hujus Civitatis Patavi, que dicitur Vallis de Mercato, que simul se tenet Pratum & Zairo vocato, cum Valle, seu cum casis & ortis simul se tenentibus cum predicto Zairo, quod fuit antiquitus edificium magnum: que omnia proprium sunt de Sancta Justina &c. Similiter peto mercedem de aqua fluvii Rodolonis, ubi dicitur supra Ponte Vicentino ad molendum in ipsa aqua tenendum & habendum. Tunc predicti Missi Regis interrogaverunt Judices, quod exinde

B | facere debuissent. Et inquisita a multis partibus, & non potuerunt cognoscere, quod illa Valle & illo Zairo pertinuisse nisi ad Monasterium Sanctae Justinae, & cognoscere quod non pertinebat in illa Valle, que dicitur Petra Mercato, & predicto Zairo ad Cives Paduae, neque ad ullum alium, nisi ad predictum Monasterium Sanctae Justinae, sicut ipsi plures de Civibus dicunt. Tunc interrogaverunt omnes Cives, si quis ex eis ausus fuisset hanc veritatem jurare propter Deum. Et ecce tres viri de eisdem Civibus presentes, Arzo Advocatus, Martinus de Juliana, & Donatus de Warangolo respondentes dixerunt: Nos enim propter veritatem dicentes testificamus hanc rem, & jurantes propter Deum. Ad quod testimonium nullus de Civibus contradixit, sed omnes tacuere &c. Et dixerunt Missi Regis ad Judices, quod facere deberent. Et dixerunt sententiam Legis & firmavere: Venite vos omnes Cives, & refutate in manibus Domni Abbatis istam Vallem cum illo Zairo. Accedentes quanti potuerunt tangere sustum, & refutaverunt in manu Domni Johannis Abbatis ex deliberatione Episcopi illam terram, sicut designatum est. Et post miserunt bannum ex parte Regis super illam totam terram, & super aquam de Rebolone, quam refutavit Ugo de &c. ut quicumque ab hac die in antea &c. In eodem loco dimisit Odelricus Episcopus magnam refutationem in manu Johannis

*hannis Abbatis dicens: Et ego similiter predictam terram de Valle refuto in Monasterio Sancte Justine per me & meos successores sub eodem banno, nisi tamen ut concedas mihi fodere de Zarro aliquas petras, ut possim persolvere debitum, quod habeo in..... Et preceperunt Missi Regis &c.*

*Et ego Stephanus Notarius de iustione predictorum Missorum & Judicum scripsi Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi MLXXVII. Quarro Kal. Martii, Indictione XV.*

*✠ Signum Sigifredi & Miozo Missi Regis Henrici, qui hoc signum Crucis fecerunt.*

*Ego Alencus Judex ibi fui.*

*Ego Gadulus Juris prudens ibi fui.*

*Ego Odelricus Dei gratia Episcopus interfui.*

Hinc autem, uti & ex reliquis Placitis intelligimus, una cum Missis Regiis, sive Comitibus, Marchionibus, ceterisque Placitum habentibus, consuevisse assidere *Judices*, sive *Juris peritos*, è quorum potissimum examine & consilio pendebat causae decisio. Id autem factum, quod Comites, Missi, & reliqui ad

A | judicia facienda electi, non semper Legum studio multum operae dederant, ac proinde alieno subsidio ad recte judicandum indigebant. Quod si quis querimonias deferebat adversus ipsum Comitem, sive Praesidem Civitatis, à Regiis Missis continuo audiebatur; & ipse Comes ante eos in judicio se sistere, suasque deducere rationes cogebatur. Anno DCCCXXXIII. Veronensi-ne Urbi, an Mantuanæ praefuerit *Goradus Comes*, alii decernant. Ereptam sibi ab eo *Silvaram Hostiliam*, cujus nunc *Oppidum* & ager Mantuanæ Civitati subest, conquerebatur *Leo Abbas* nobilissimi ac Vetusissimi Monasterii Veronensis Sancti Zenonis. Veronam igitur progressis Missis *Lotharii I. Augusti*, ante eos de usurpatione querelam exposuit Veronensis Abbas, eademque causa agitata est, sed minime tunc definita. Quare lis delata est ad ipsius Augusti tribunal. Quae inde emerferit sententia, ex sequenti Charta Judicati habebis, quam ex antiquissimo exemplo adservato inter membranas Archivi ejusdem Coenobii ego olim describebam.

### Lotharii I. Imperatoris Praeceptum pro Monasterio Veronensi Sancti Zenonis contra occupatores jurium ejusdem, Anno 833.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. *Hlotharius Augustus* invictissimi Domini Imperatoris *Hludowici* filius. Quicquid enim in nostra vel Praeceptorum nostrorum presentia recto tramite secundum Legem diffinitum fuerit, oportet nostris confirmare oraculis, ut jure firmissimo maneat inconvulsus. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet ac futurorum sagacitati, quia cum Missi nostri in

E | *Piscaria ad universorum causas audiendas, ac recta judicia terminanda resedissent; ibique veniens Leo Abbas, & Advocatus Sancti Zenonis Garibaldus nomine, unde idem Leo per ordinatione Rataldi venerabilis Episcopi esse videbatur, interpellaverunt Ragileusum & Ragimpertum Advocatos Goradi Comitum, dicentes, quod pars praefati Goradi Silvam, que dicitur Hostilia, & pasqua, pertinente ex jure Sancti Zenonis*

nonis suo jure occupasset inlicitè, & contra Legem. Quam rem dum prefati Missi nostri per se minime diffinire potuissent, in nostram hoc pleniter deliberanda jussimus venire presentiam. Quae de re dum diligenti adhibita investigatione rei veritatem perquireremus..... predictus Abba optutibus nostris Praecepta antiquorum Regum, necnon & bonae memoriae Avi nostri Domni Karoli praestantissimi Imperatoris, verum etiam & Avunculi nostri Pipini quondam gloriosi Regis, Domnique & genitoris nostri Hludowici serenissimi Augusti. Quae dum relegi fecissemus, composuimus juste & rationabiliter parti Monasterii Sancti Zenonis in omnibus paciscuarum & capuli seu decime, & omnem exactionem pertinere absque qualibet in parte aliquid redhibitionis debitum salvo suo jure in integrum territorio, ubi Hostilia nuncupatur, cujus fines sunt à Pado usque in Caput Turnioni, & à Fossa Lubia usque ad Fossam Regiam & Pollicinem juxta Castrum Reveri. Ideoque ad presatum Sanctum ac venerabilem hos nostre auctoritatis apices fieri jussimus, per quos absque qualibet inquietudine ab hinc in futurum nostra auctoritate teneat, justae fruendo possideat. Insuper retulit nobis Rataldus Episcopus, cui presatum Monasterium nostra auctoritate ad regendum commissum erat, eo quod Goradus Comes aliquas ei inferat contra causationes de quibusdam rebus & mancipiis, quae olim predecessor prefati Goradi Vulvinus nomine cum Episcopo Brixianae Ecclesiae Chuniberto nomine commutaverat, & econtra sibi placitam acceperat commutationem. Quae dum utilia post aliquot dies idem Rataldus venerabilis Episcopus praefate Sancti Zenonis Ecclesiae esse cognovisset, datis in recompensatione parti predictae Brexanae Ecclesiae congruentibus rebus & manci-

A piis à Petro quondam ejusdem Ecclesiae Episcopo commutationis ordine parti prenominate Sancti Zenonis Ecclesiae acquisivit ad habendum. Sed quia Regiae potestatis Missus inter has defue-  
 rat commutationes, pro hujusmodi occasionibus adimendis, ne ideo ab eadem Ecclesia auferantur, quoniam legaliter absque Regio Misso non poterant commutari, hanc nostram auctoritatem super praefatas commutationes addere libuit, per quas jubemus, & mansurum sancimus, ut nullus fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque ab hinc in antea inde aliquam partem sepe dicti Sancti Zenonis inferre presumat contrarietatem: sed liceat ei, ut justo tramite acquisivit, quiete Reſtoribus ipsius Ecclesiae ordinare atque disponere quicquid utilitas predictae distaverit Ecclesiae. Si vero, quod futurum non credimus aliquis, Dux, Comes, aut cujuslibet amministrationis, aut privata persona contra omnia supra scripta moliri aliquid presumpserit, seu infringere vel corrumpere ex parte, aut ex toto temptaverit, sciat se compositurum mille Mancosfos auri obrigi, medietatem Camerae nostrae, & medietatem jam dicto Monasterio &c.

B  
 C  
 D

Druſtemirus Subdiaconus atque Notarius ad vicem Hermensfredi scripsi.

Data XVIII. Kalendas Februarii, Anno Christo propitio Imperii Domni Hludowici Serenissimi Imperatoris XX. & Hlotharii XI. Indictione XI.

E Annum Mantua Palatio Regio, in Dei nomine, feliciter. Amen.

Haec dicitur pars Goradi Comitum Silvam illam occupasse inlicitè, & contra Legem. Erant Comitibus Allodia, sed, ut in praecedenti Dissertatione monui, erant & sua jura, ac statim reditus ex officio Comitatus cujuscumque Urbis, diversi à tributis, ac reditibus Regio Fisco debitis. Incertum est, num is inter Allodia sua



numeraret, an potius ad jus sui muneris spectare Silvam illam Goradus Comes contenderet. Prodit autem Charta ista, in signe Monasterium Sancti Zenonis in *Commendam*, ut nunc ajunt, fuisse concessum *Rataldo Episcopo Veronensi*, pro more illorum temporum, a Lothario I. Augusto; & quum satis aperte hinc deduci possit, ipsum Rataldum tunc in vivis fuisse, proinde emendanda videtur Chronologia Episcoporum Veronensium apud Ughellium Tomo V. Italiae Sacrae. Ille enim statuere videtur Rataldi mortem, quem *Rotaldum* is appellat, circiter Annum DCCCXX. cui successisse ait *Audonem Episcopum*. Tum refert postremas tabulas ejusdem Audonis Anno DCCCXXX. *scriptas, imperante Ludovico Pio*; atque ad Annum DCCCXL. alterum *Rotaldum* in Catalogum Veronensium Antiflitum infert. Verum ex Diplomate nunc producto constare potest, Rotaldum Episcopum adhuc floruisse Anno DCCCXXXIII. Neque ullus Rotaldus Secundus excogitandus erat, quum unus ante Audonem Veronensem Ecclesiam rexit, uti Panvinius egregie animadverterat. Fallitur autem Ughellius, testamentum Audonis referens ad tempora Ludovici Pii, quum scriptum fuerit *imperante Domino nostro Hludovico magno Imperatore, Anno XI. sub die XV. Augusti, Indictione VIII.* atque adeo illud spectet ad tempora Ludovici II. Imperatoris, scilicet ad Annum DCCCLX. ut propterea videas, post *Rataldum* praefuisse Veronensi Ecclesiae *Aginum*, qui Anastasio Bibliothecario teste Anno

A DCCCXLIV. Romae interfuit, quum in Regem Italiae inunctus est idem Ludovicus II. Lotharii I. filius, postea Imperator. Post *Aginum* verò statuendus est *Audo Episcopus*. Et quum in Diplomate per eundem Ughellium evulgato, ubi *Audo quondam Veronensis Episcopus* nominatur, revera legatur *Ludovicus Mundi Imperator Augustus*, Diploma illud suppositionis arguere unicuique fas est: sed fortassis aliter se Charta habeat, & germanum sit illud monumentum, quod emiserit Ludovicus II. Augustus post Audonis mortem. Ad rem nostram regrediamur. Silva Ostilia amplissimus ager fuit, neque integra ad Monasterium Veronense Sancti Zenonis pertinebat, quum Nonantulanum Mutinense Monasterium ibi quoque suam portionem possideret. Testes habeo alias tabulas, quas è Ferrariensibus pergamenis hausit singularis amicus meus, alibi laudatus, Joseph Antenor Scalabrinius Rector Ecclesiae Ferrariensis Sanctae Mariae de Bucca. Ex iis intelligimus, ob istam quoque portionem ab *Hucpoldo Comite Veronensi* molestiam illatam fuisse Monachis Nonantulanis Anno DCCCXX. Verum Rotaldus idem Veronensis Episcopus, auctoritate à Ludovico Pio Augusto accepta, uti ejusdem Missus, Comitem ad Placitum adduxit, eumque silere jussit. Egregium est monumentum, quum superiori adnexum fortasse seriem aliquot Comitum Veronensium nobis exhibeat, ac praeterea *Andream Vicentinum Episcopum*, ab Ughellio in Italia Sacra praetermissum, vitae nominis restituat.

Placitum Veronae habitum à Rataldo Veronense Episcopo, Miffo Ludovici Pii Augusti, in quo Nonantulani Monachi causam obinent contra Hucpoldum Comittem Veronensem, Anno 820.

**D**Um in Dei nomine, Civitate Verona, in iudicio ressedissemus nos Rataldus Episcopus, Miffo Domni Imperatoris ad singulorum hominum deliverandas intentiones, ressedentes nobiscum Hucpuldus Comis ipsius Civitatis, Andreas Judex, & Bonifritus Notarius Regularis, Draco, & Raginpertus Scavinis ipsius Civitatis, vel reliquis; sic ipse Bonifritus Notarius, juxta ut nos illi comendavimus, cepit querere presati Hucpuldi Comitis de parte Monachorum Nonantule & Silva, que nominatur Ostilia, que posita esse videtur in finibus ipsius Civitatis Veronensis, portionem illam, que fuit quondam Anselmi Abbati, & Aidini germani, quarum res que à presato Monasterio devenerunt: hoc est quartam portionem desuper tota ex presata Silva, & medietatem in aliis tribus portionibus, quam à parte Regia adquisiverunt; excepto sorte una, que pertinet ad domum cultile Capelle Regalis, quod vocabulum est Sancto Laurentio, & alias Sorticella, que videtur esse de Curte Roverfelle Anselmi Comitis. Et dicebat, quod contra Legem ipse Hucpuldus eam habet. Hec nos audientes comendavimus ipsius Hucpuldi, ut inquireret de causa hec si cum Legibus haberet, veniret ad Plaido, & qua re melius poterit, eam defendat. Et cum nos illi hoc comendavimus de Domni Imperatoris jussu, sic ipse Hucpuldus comendavit presato Raginperto Scavino & Advocatore suo, ut exinde inquirere, & ad Plaido plenam rationem exinde donaret. Postid placito venientes nos statuto die in Corte Regi,

**A** que dicitur Pociolo, ripa fluvio Mencia, & cum ressedissemus inibi ad causas audientes, ressedentes nobiscum Andreas Episcopus Vicentinus, & ipse Hucpuldus Comis, Sevodo Comis de Mantua, & suprascriptus Andreas Judex, & Bonifritus, Lupus, Bodonicus, & ipse Draco, & Raginpertus Scavinus, vel reliqui, sic ipse Bonifritus retulit nobis de hac causa, & dixit: Ecce modo Plaido est. Volumus scire quid iste Hucpuld Comis de ipsa Silva, que nominatur Ostilia, que pertinet ad Monasterium Nonantule ostendere vult, aut pro qua causa eam contradicit. Qui & ipse Hucpuld Comis & suprascripto Raginpertus Advocatore ejus dixerunt, quod nullam rationem justiciam invenire potuissent, nec poterint, quomodo quartam partem & medietatem ex tribus portionibus de presata Silva Ostilia exceptis duabus Sortibus, quas superius nominavimus à parte predicti Monasterii cum Lege poterit contradicere. Sic de presenti ipse Hucpuld Comes per manicias suas de manu ejusdem Bonifritus à parte presati Monasterii revestivit. Unde & pro securitate ejusdem Monasterii Nonantule, hanc noticiam facere commonuimus.

Ego Deusdedit Notarius Regularis scripsi, Anno Domni Ludovici Imperatoris Septimo, Pridie Kalendas Aprilis, Indictione Tertiadecima.

Ego Rataldus Episcopus, Miffo Domni Imperatoris manu mea subscripsi.

Ego Andreas Episcopus Vicentinus concordans subscripsi.

Andreas

*Andreas Judex subscripsi.*

*Draco subscripsi.*

*Raginpertus Scavinus subscripsi.*

*Ego Hucpuldus Comes subscripsi.*

*Ego Buisvritus Notarius subscripsi.*

*Ego Odo Comes subscripsi.*

*Lupus subscripsi.*

*Bodonicus subscripsi.*

*Brandolinus subscripsi.*

Animadvertite in hoc Placito Italicae, aut Francicae Linguae voces ac phrasas, scilicet *Comendavimus*, hoc est *comandammo*, sive *commandâmes*: & *de parte Monachorum*, quod Italice diceret *da parte de' Monaci*, Gallice verò *de part des Moines*: & *veniret ad Plaido*: & *rationem exinde donaved*: & *per manicias suas*. Uti in *Dissertat. VII. de Comit. Palat.* animadverti, Anno DCCCLIII. occurrit *Hucpoldus Comes Palatii*. Nescio fieri ne potuerit, ut idem Veronensis Comes, qui in Charta hac memoratus, procedente tempore ampliori illo munere donatus & functus fuerit; an potius nepos illius, aut alter ab eo *Comes Palatii* dicendus sit. Sed quamquam tanta foret Comitibus, hoc est *Judicibus Populi ordinariis*, auctoritas, & amplior quoque *Missis Regiis*, idest *Judicibus extraordinariis*: adhuc tamen si quan-

A do Placitum habere, & *judicium instituere* volebant extra *Palatium Regis*, aut extra *aedes eorum proprias*, id eis *interdictum* fuit, neque *facere* licebat, nisi *impetratâ veniâ à dominis ejus domus aut agri*. Statutum id fuit *Lege XXII. Ludovici Pii Augusti inter Langobardicas, Par. II. Tomi I. Rer. Italicar.* ubi legimus: *Minora verò Placita Comes infra suam potestatem, vel ubi impetrare potuerit, habeat*. Quamobrem ubi in *alienis aedibus aut agris* (nam & in *agro, & sub dio, & sub arboribus nonnunquam id factum*) *Placita celebrabantur*, consuevere *Comites, & Missi exposcere à domino loci facultatem illic instituendi judicii*. *Impetrata quoque venia in ipsis Judiciorum Chartis exprimi consuevit* iis *verbis per data licentia*: ne quidquam *juris in eam domum aut agrum tribuere sibi Judicibus publicis in posterum fas esset*. Id quidem notum: attamen exemplo manifestiorem efficere hunc ritum mihi placuit, evulgando *Placitum*, cujus exemplum *Seculo Christi Decimo scriptum desumsi ego olim ex Archivo Monachorum Casinensium Sancti Salvatoris Ticinensis*.

Placitum in Civitate Regii habitum ab Ildoino Misso Hugonis Regis, in quo Rodulfus filius quondam Unrochi Comitis evincit Ecclesiam Sancti Faustini de Herberia contra Aribaldum Episcopum Regiensem, Anno 945.

D Um in Dei nomine, in Civitate Regio, infra claustra & domum Sancte Marie Mater Ecclesie, & Episcopo istius Regiensi, in Sala, que est in latere ipsius Ecclesie, & in Laubia, que est ante Caminata Dormitorio ipsius Sale, in judicio resideret Ildoi-

E nus Vassus Domni Aribaldi Episcopi ipsius Sedis, per data licentia, & Missus Domni Ugonis gloriosissimi Regis, ex ac causa ab eo constitutus: residentibus cum eo Constabilis, Grimaldus Judices Donnorum Regum, Ingelranno Scavino istius Regiensi, Marinus,

*aus, Ginpertus Notarius, Lambertus de Marmorio, Restaldus filius quondam Martini de Civitate Parma, Gunbertus, Johannes, Petrus, & Petrus de Cinaclo, Rodulfus de Lotofredo, Matfredus, Restanus, Liuprandus Vassis ipsius Aribaldi Presuli, & reliqui plures. Ibiq. eorum presencia veniens Rodulfus filius quondam Unrochi Comes, nec non & ex alia parte ipse. Domnus Aribaldus Episcopus una cum Gituifo Scavino ipsius Regiensis Avocato suo & ipsi Episcopo, altercationem inter se habentes & retulit ipse Rodulfus, Dudum in iudicio vestris, quibus supra, presencia mallaverunt me hinc Domnus Aribaldus Episcopus & iste Gituifo Avocato suo & istius Episcopo, quod ego iniuste & malo ordine introisset, vel detinisset Cappella una, que est ad onorem Sancti Faustini Martiris Christi constructa in loco & fundo Erbaria cum casis & rebus domui Coltilis quamque & maffariciis, seu & omnibus rebus territoriiis atque familiis, vel mobilibus, sive & omnibus redicionibus cocumque ordine ad ipsam Ecclesiam pertinentibus & aspicientibus: quas dicebant parti jam dicto Episcopo ad habendum pertinere deberent. Sed ego exinde dedi eis responsum, quod Ecclesia ipsa cum omni sua integritate & pertinencia, & cum omni redicione, sicuti usque nunc ad ipsam Ecclesiam dare consueverat, ad meam haberet & detineret proprietatem: sed non malo ordine, pro eo quod ego & quidem quondam Unrocho Comes genitor meus, heas habuiffemus & detinuiffemus ad nostram proprietatem per annos triginta. Cum ergo taliter retuliffem, interrogatus sum ab ipsis Ju-*

*A* ,, dicibus & Auditores, qui ibi aderant, si taliter per testes probare potuiffem. Ego dedi eis exinde responsum; quod hoc taliter adprobare nolarem. Tunc interrogati sunt ipsi Aribaldus Episcopus, seu Gituifo Scavino ejus Avocato & ipsius Episcopo, si & ipsi adprobare potuiffent per testes, aut per inquisitionem, quomodo parti jam dicto Episcopo de jam dicta Ecclesia, & de ipsis rebus ad eam pertinentibus infra istis triginta annos vestiti fuiffent ad proprietatem, aut non. Ipsi dederunt responsum, quod taliter adprobare potuiffent per testes, aut per inquisitiones, & per iudicium Judicum mihi iste Gituifo Scavino & Avocato wadium dedit de ipsis faciendas consignationes. Et ego eis me exinde arimivi de Placito: & odie exinde est inter nos, ac vestris presencia constitutum Placitum inde finem percipiendum. Sed ecce me paratus ad ipsas recipiendas consignationes, sicut iste Gituifo Scavino & Avocato wadium dedit. *Cum ipse Rodulfus taliter retuliffet, ad hec responderunt ipsis Aribaldus Presul & Gituifo Scavino & Avocato suo & ipsius Episcopo.* ,, Verè veritas est, quia omnia inter nos de hac causa taliter actum & wadiatum est, sicut tu Rodulfus asseruisti: & odie inter nos constitutum Placitum missum est inde finem percipiendum. Sed testes ipsos non habemus, nec in antea habere possumus, per quam tibi resistere possumus ad probationem vel inquisitionem, pro eo quod inventum & inquisitum habemus, quod Ecclesia ipsa cum omni sua integritate & pertinencia, cum predicta

,, redi

redicione sicuti usque nunc ad ipsam Ecclesiam exire consueverat, tua Rodulfi propria legibus esse debet: & nobis nec parti ipsius Episcopo nichil pertinet ad abendum nec requirendum nec pertinere debet cum lege, nisi tantummodo Presbiteris & Diaconibus, qui ibi ad ipsam Ecclesiam ministrantibus à Presule istius Episcopo consecrantur, & Crismata benedicentur, quomodo ipsis Sacerdotibus inibi in ipsa Ecclesia Sancti Faustini illorum ministerium adimplere possunt; ita & ut pro tempore Sinodum nostre Ecclesie custodiant, quam nos propter triduum consuetudo vetare non possumus. Nam ut diximus, de aliut nihil parti jam dicto Episcopo pertinere debet cum lege, sed omnem tuum Rodulfi legibus esse debet.

*Is actis manifestacio ut supra fatum restum omnibus eorum quorum supra Judicum & Audientibus paruit esse. Et judicaverunt suprascriptam eorum alterationem vel professionem seu manifestationem, & ut postquam ipsis Aribaldus Episcopus & Gituiso Scavino & Avocato de eodem ceciderint testimonio vel inquisitiones, ut amodo in antea ipse Rodulfus jam dicta Ecclesia cum omni sua integritate & pertinencia aberet & detineret ad suam proprietatem, & ipsis Aribaldus Episcopus & Gituiso Scavino Avocato suo manerent inde sibi taciti & contenti. Et in eo modo finite sunt causa, & ad noticiam pro securitate eidem Rodulfi fieri ammonuerunt.*

*Quidem & ego Marinus Notarius ex jussione isti Ildoini Vassus, & Judicum admonicionem scripsi Anno Donorum Regum Ugonis & Lotharii filio gratia Dei Regibus, Deo propicio Regni idem Ugonis XIX. Domni Lotharii XIV. sextodecimo Kalendas Aprilis Indictione III.*

A. *Signum suprascripti Ildoini Missus, qui ut supra interfuit.*

*Constabilis Judex Donorum Regum interfuit.*

*Ego Grimaldus Judex ibi fui.*

*Ingelvano ibi fui.*

*Ego Restaldo ibi fui.*

*Signum suprascriptorum Lanberti, Johannis, & Gunperti, seu Petroni, & item Petroni, atque Rodulfi, eciam Matfredi, & Restani, Liuprandi, qui interfuerunt.*

C. *Qui heic memoratur Rodulfus filius quondam Unrochi Comitis, non alium patrem habuisse videtur, quam Unrochum Comitem filium Supponis clarissimi Spoletani Marchionis, illum videlicet, de quo mentionem habes in Dissertat. VI. de Marchionibus Italiae.*

*Alterum exemplum hujus licentiae datae accipiat Lector ex membranæ praelaudati antiquissimi Monasterii Veronensis Sancti Zenonis. Ibi Charta, Anno Decimo Henrici I. Imperatoris, hoc est Anno Christi MXXIII. exarata, Placitum Veronae habitum hisce verbis describit: Dum in Dei nomine, Civitate Verona in Domino Episcopii sancte Sedis Veronensis Ecclesie, in laubia majore, que est super flumen Athesi, per data licentia Domni Johanni Episcopi ipsius sancte Veronensis Ecclesie, in judicio resideret Dominus Tado Comes istius Comitatus Veronensis ad justitias faciendas hac deliberandas, residentibus cum eo Amelgaufo, Gausfredo &c. In eo Placito Michael Abbas Sancti Zenonis terram evincit contra Zenonem & Walpertum germanos. Idem & ego Ingelbertus Notarius ex jussione suprascripti Comitis, & judicum amonicione scripsi Anno vero Domni Henrici Imperatoris hic in Italia Anno Decimo, Pridie Kalendas Septembris, Indictione VI. Ego Johannes gratia Dei Veronensis Episcopus subscripsi.*

E. *Idem & ego Marinus Notarius ex jussione isti Ildoini Vassus, & Judicum admonicionem scripsi Anno Donorum Regum Ugonis & Lotharii filio gratia Dei Regibus, Deo propicio Regni idem Ugonis XIX. Domni Lotharii XIV. sextodecimo Kalendas Aprilis Indictione III.*

scripsi. Tado Comes subscripsi. Amelgaufo Judex Sacri Palatii interfuit. Neque putes, petitam duntaxat fuisse veniam Placiti, quum in Magnatum aedibus aut fundis celebrandum illud fuit. Omnia privatorum loca Lex eadem complectebatur. Atque heic mihi commemorandum est Placitum, cujus Chartam vidi in Tabulario Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Mediolani; unde haec pauca excerpti: Dum in Dei nomine, Civitate Mediolani, in mansione Petri Negotiatoris, filii quondam Jobanni, per ejus data licentia, in judicio adesset Arioaldus Judex & Missus Domni Chunradi Imperatoris ex ac causa ab eo constitutus; adessent cum eo Traso qui & Amizo, Petrus &c. Ibiq; eorum veniens presentia Dominus Landulfus venerabilis Abbas Monasterio beati Confessoris Ambrosii &c. Ego Petrus Notarius sacri Palatii scripsi & interfui Anno Im-

A perii Domni Chunradi Imperatoris, Despropitio. IX., mense Julio, Indictione III. idest Anno Christi MXXXV. Illud etiam animadvertendum est, licuisse Missis Regiis subdelegare Judices alios ad Placita instituenda, litesque dirimendas. Testem ritus in calce Dissertationis hujusce dabo Placitum Taurinense. Colligere id ipsum interea possumus ex Placito Mediolanensi, ubi Anno DCCCXLIV. Johannes Comes Sepriensis, sub cujus Praefectura tunc erat Oppidum Locarni, per admonitionem Domni Angelberti Archiepiscopi Mediolanensis Missi Lotharii Imperatoris, prope moenia Civitatis Mediolanensis causam quamdam cognoscit, atque decernit. Pergamenam autographam exhibuit mihi praelaudatum Archivum insigne Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii majoris Mediolanensis: cujus haec sunt verba.

In Placito Mediolanensi coram Johanne Comite Sepriensi & Gunzone Vicedomino, Advocatus Monasterii Ambrosiani litem agitat de quibusdam casis & rebus contra Teutpertum, Anno 844.

D Um in Dei nomine per admonitionem Domni Angelberti Archiepiscopo & Misso Domni Imperatoris... sum resedisemus nos Johannes Comis, Gunzo Vicedomino in clausura Sancti Ambrosii foris Civitate Mediolani, residentibus nobiscum Paulus, Stabelis Judicibus Walchario Gastaldio, Leo, item Leo, &..... Scavinis, Adelbertus, Abollenaris, Ambrosius, Jonam Notariis, & reliqui plures. Ibiq; venerunt in nostri presentia idest Teutpaldus de Vico Lugarno..... Teutpertus..... intencionem habentes. Dicebat ipse Teutpaldus Avocato: „Malavi ipsum Teut-

D „ rebus illis, seo familias in loco  
 „ & fundum Balerna, presentia I-  
 „ sengari Sculdasio & Anfulfi Sca-  
 „ vino & relicorum; & ibi in ju-  
 „ dicio ostensi Cartulam, qualiter  
 „ casus & res seo familiis ipsis in  
 „ Balerna inter reliquis rebus Bru-  
 „ ningus de Maliasi venundaverat à  
 „ parte ipsius Monasterii Sancti Am-  
 „ brosii Deusdedi Abbati ejusdem  
 „ Monasterii. Et iste Teutoertus cum  
 „ Adelberto filio suo à Comiti.....  
 „ quod casus, res, seo familias ip-  
 „ sas aberent, sed non contra Le-  
 „ ge, & Cartulam ostendit, quali-  
 „ ter ipsas..... casus & res ipsas in  
 „ Balerna dederat Walperge filie sue,

„ conjuge ipsius Adalberti. Relecta  
 „ predicta nostra Cartula da parte  
 „ Monasterii erat anterior. Judica-  
 „ tum est inter nos, ut iste Teut-  
 „ pertus, qui causa eidem filio &  
 „ Norace sue peragebat, daret mihi  
 „ vadium de auctorem ipso Brunin-  
 „ go, qui vigorem Cartula ipsa in  
 „ eadem filia sua emiserat; sicut &  
 „ dedit mihi vadia de ipso auctorem.  
 „ Et ibi professi sunt ipse Teutperto  
 „ & filio ejus Adelberto, quod nullo  
 „ alio monimine inde aberet. Et ego  
 „ dedit ei vadium de Placitum & in  
 „ Placitum, quod inter nobis positum  
 „ est ad Oratorio Sancte Marie in La-  
 „ curno. Venimus ambas partes pre-  
 „ sentia ipsius Ifengari Sculdascio &  
 „ Ansulfi Scavino & relicorum. Et ibi  
 „ ostenderunt ipsum Bruningo, unde  
 „ mihi vadia de auctorem dedit; &  
 „ quesivimus ipsas res sicut primitus.  
 „ Interrogato ipso Bruningo ab ipsis  
 „ Auditoribus, si auctor ipsum exi-  
 „ steret de ipsis casis & rebus vel fa-  
 „ miliis, an non, & ipse Bruningo  
 „ dixit, quod de ipsas casus & res  
 „ vel familia auctor non esset, nisi  
 „ tantum de fruges earum rerum.  
 „ Et ibi ceciderunt de auctorem, &  
 „ judicatum est eis, ut mihi à par-  
 „ te ipsius Monasterii, postquam de  
 „ auctorem ceciderunt, casus & res  
 „ ipsas seo familia relaxarent, sed  
 „ noluerunt redere. Posthac venit pre-  
 „ sentia ejusdem Domni Angelberti Ar-  
 „ chiepiscopi, & Leodoini Comiti Missi  
 „ Imperialis, in eadem Civitate Me-  
 „ diolani iste Bonifrit Avocatus ipsius  
 „ Monasterii, & quesivit eidem Teut-  
 „ perti exinde justiciam. Et ipsi Mis-  
 „ si comandaverunt istius Gunzoni  
 „ Vicedomino, & Johanni, seo Rot-  
 „ perti Scavinis, & relicorum, ut  
 „ casam ista deliberarent, & conjun-  
 „ xerunt se eorum presencia & cete-

Tom. II.

„ rorum. Et ipse Bonifrit illis hac  
 „ causa qualiter inter nos acta est,  
 „ nota faceret, & ipse Teutpert di-  
 „ ceret, quod verum non erat, ut de  
 „ auctorem cecidimus. Judicatum est  
 „ eis, ut ego qui primis exinde a-  
 „ vocatus fui, & causa ipsa postquam  
 „ veniret una insimul cum eundem  
 „ Ansulfo Scavino, & ceteri homi-  
 „ nes, qui se exinde recordarent. Et  
 „ taliter wadiaverunt. Et odie....  
 „ missum est. Ecce me Teutpaldus  
 „ paratus cum illo Ansulfo Scavino  
 „ interrogavit eum, qui exinde re-  
 „ cordant, aut qualiter in ejus pre-  
 „ sentia actum est.

*Cum ipse Teutpaldo Avocato taliter  
 omnia in nostris presencia retulisset, sic  
 nos, qui supra Auditoribus interrogavimus  
 eundem Teutpert, qui adversus hec di-  
 cere volebat. Qui dixit & professus est:*

„ Veritas; quia nos malasti de casus  
 „ & res ipsas seo familia in Baler-  
 „ na; & ambas partes Cartulas o-  
 „ stendimus. Et sicut ipse Teutpal-  
 „ do dicit, wadia dedi de ipso Bru-  
 „ ningo auctorem, & nobis exinde  
 „ auctor fuit; & non decatevimus  
 „ de auctorem. „ Dum taliter ageren-  
 „ tur, interrogavimus ipso Ansulfo Scavi-  
 „ no, qui ibi à presens, quis de hac cau-  
 „ sa recordaret, nobis certam diceret veri-  
 „ tatem. Qui dixit: „ Bene recordo,  
 „ quia venerunt in iudicio mei pre-  
 „ sentia & Ifencarii Sculdascio &  
 „ relicorum. Et causa ipsa, qualiter  
 „ iste Teutpaldo Avocatus retulit,  
 „ sic factum est. Et venit ipse Bru-  
 „ nigus in eodem Placitum, & di-  
 „ xit: Non sum amplius auctor nec  
 „ de casis, nec de res, nec familia,  
 „ nisi tantum de fruges de ipsas res.  
 „ Et decaterunt de auctorem iste  
 „ Teutperto cum filio suo Adalber-  
 „ to. Et postquam de ipso aucto-  
 „ rem, sicut wadia dedit recideret,

„

„ judi-

„ judicavimus , ut rederent & relaxarent ipsas casas & res feo familia à parte Monasterii , sed noluerunt. Eciam iste *Johannes Comis* , qui tunc Comitatum *Sepriense* aebat , in cujus ministerio res ipsas erat , mihi comandavit , ut eum disricxissem , sed menime potui. „ Deinde *Aelchis da ipso loco Locurno* , & *Petrus da Lucernate* , feo *Wilielmo Sculdascio* , & *Ansulfo de eodem loco Lucernate* recordati sunt , dicentes , quod ibi fuissent , & omnia sic essent veritas , sicut ipse *Ansulfo Scavino* recordavit. Et pro eo quod ipse *Adelbertus filio ejusdem Teutperti* nostris presencia non venit , ideo suspensimus causam ipsa , ut veniret ipse *Adelbertus filio ejusdem Teutperti* , causa ipsa sicut acta & inventu est inter eos finiendum. Et taliter dedit vadia ipse *Teutpertus eidem Teutpaldi Avocato cum eodem filio suo d Placitum* veniendum & definiendum. Et ex hac noticia , qualiter actum est , ne in posterum in alio modis revolvantur causacio , pro securitate ipsius Monasterii facere conuimus.

*Quidem & ego Ursus Notarius scripsi Anno Imperii Domni Hlotharii XXV. Mense Apritis , Indictione VII.*

Ego *Johannes Comis* interfui ut supra.

*Gunzo Diaconus* interfui.

*Paulus Notarius Domni Imperatoris* ut supra ibi sui.

*Stabelis Notarius* interfui ut supra.

Ego *Walcharius Gastaldius* interfui ut supra.

*Leo Notarius in parte* interfui.

*Leo Notarius* interfui ut supra.

*Alo Notarius* interfui ut supra.

*Offarode Scavino* interfui , & recordabi ut supra subscripsi.

Ego *Ambrosius Notarius* interfuit.

*Atto filius bone memorie Aufemundi* interfui.

A Ceterum eos *Missos* seligere in usu fuit , qui non solum amore justitiae ac veritatis reliquis antecellerent , & sine ullo hominum respectu justitiam ministraturi crederentur , sed etiam , uti supra dixi , atque *Annales Lambeciani* nos edocuerunt , facultatibus abundarent , ne eorum paupertas quibuscumque donis advenientibus apertum ostium relinqueret. Propterea opulenti *Comites* , & *Proceres* , & *Episcopi* , aut *Abbates* ditissimi , ad id muneris evehebantur : quod & in *Chronico Moissiacensi* apud *Du-Chesnium Tom. 3. Scriptor. Francic.* ad *Annum DCCCII. repetitum* videas. Eis tamen alimenta , & equi ad iter opportuni , à Provincialibus ministrabantur ad eam mensuram , quae praescribebatur à Rege , aut à publicis Legibus ( ex quibus unam habemus *Ludovici Pii* ) aut in *Literis Tractoriis*. Conjectum ejusmodi sumtibus nomen erat , & singuli Provinciales pro sua virili conferre cogebantur. Conjectum tamen *Missis* exigere nefas erat , si intra suum Comitatum aut Dioecesim , aut prope suum beneficium consistebant ; sed tunc dumtaxat , quum longe à suis ditioribus judicia exercebant , ut habetur in *Lege LIV. inter Langobardicas Ludovici Pii*. Sed quale quantumque onus Populis adferret *Missorum* ejusmodi expeditio , dicam in *Dissertat. XIX. de Tributis*. Attamen utilitas , quae ex generosis probisque *Missis* in Populum manabat , ejusmodi onus , ut conjicio , leve efficiebat. Illud tantummodo curandum erat , ut *Missi* revera probi , docti , & incorrupti ad id muneris adhiberentur. Propterea *Episcopi Anno DCCCLVIII. congregati in Carisiaco Palatio* , scribentes ad *Ludovicum Regem* , quales ab eo *Missi* forent seligendi , hisce verbis *Cap. 14. Epi-*



Epistolae suae indicabant: *Missos etiam tales per Regnum constituite, qui sciant, qualiter Comites & ceteri Ministri justitiam & iudicium Populo faciant: qui sicut Comitibus praeponuntur, ita scientiâ, justitiâ ac vetitate eis praecemineant.* En quanta Regalium Missorum dignitas & auctoritas foret. Praecipuum verò hujusmodi Missorum munus fuit operam dare, ut *Ecclesiarum Dei justitias, viduarum quoque & orphanorum, sed & ceterorum hominum inquirerent & perficerent, & quodcumque emendandum esset, emendare studerent, in quantum melius possent: & quod emendare per se nequiverint, in praesentia Imperatoris adduci facerent.* Haec Flodoardus Lib. 2. Histor. Remensis Cap. 18. Quibus consonant, quae Ludovicus II. Augustus statuit in Capitulari Ticinensi, quod editum habes Part. II. Tomi I. Rerum Italicar. pag. 159. ubi haec Missis sive Legatis Regiis facienda indicuntur: *Ecclesiarum Dei justitia inquiratur &c. Pupillarum & Viduarum causa investigetur &c. Totius Populi querimonia generaliter audiat &c.* Pontes quoque publico usui necessarios restaurandos curabant ex Lege Langobard. XXXVI. Ludovici Pii; uti & *Regia Palatia*, quibus decenter Augusti, quotiescumque opus foret, reciperentur. Malos autem *Scabinos*, improbosque *Judices* dejicere jubebantur, & bonos substituere. Quod si quis, eis urgentibus, justitiam facere recusabat, in ejus aedibus consistebant, & ex ejus facultatibus victum sibi parabant. Praeterea salubri consilio Ludovicus Pius constituit in Lege L. Langobard. ut in illius Comitis ministerio, qui bene justitias factas habet, *Missi nostri diutius non morentur; sed ibi moras faciant, ubi justitias vel minus, vel negligenter factas invenerint.*

A De Moneta quoque, sive de Pecunia, an alicubi falsa in commercio adhiberetur: de *Latronibus* puniendis, de *privatorum* simultatibus, de injustis *Vestigalibus* & iniquis *Consuetudinibus*, ac *Tributis* nuper institutis, aliisque hujusmodi Reipublicae incommodis è medio tollendis, atque emendandis, multiplex eis cura futura erat. Quod verò per se facere non possunt, nobis notum faciant, ajebat idem Ludovicus Pius, cujus monita sive Constitutiones ad Missos ab ipso electos habemus in Lege XXXVI. Langobard. & pluribus aliis subsequentibus. Sed potissimum in hanc rem legenda, quae de ipso Augusto, ejusque Missis refert Ermoldus Nigellus in Carmine de Reb. gest. Ludovici ejusdem à me edito Part. II Tomi II. Rer. Italicar. ubi quanto studio summe pius Augustus felicitatem Populi sui procuraret, & quanta ab ipsis Missis ille exigeret, multis versibus refert. Neque in Saecularium tantum negotiis sese exercere consueverunt ejusmodi Legati, sed & in Ecclesiasticorum. Nimirum sedulo investigabant, num suo muneri deessent *Episcopi & Abbates*; num aliquâ impotentia gregem suum regerent; an quisquam è sacris viris *Xenodochia*, *Monasteria*, *Aedes sacras*, & *Ecclesiarum* bona dilapidaret, aut in emphyteusim inique concederet. Num *Canonici*, iis temporibus instituti, *Regulam* *Canonicorum* rite observarent, & uno sub testè inclusi vitam communem cum piis moribus, & fraterna concordia ducerent. *Monasteria* quoque *Monachorum & Puellarum*, & *Senodochia* circumeant, si unde administrantur, debita obsequia habeant, & concorditer degant, inquirant. Quidquid inordinatum repererint, regulariter corrigant: ita Anno DCCCLV. constituebat

tuebat Ludovicus II. Augustus in suo Capitulari, quod evulgavi Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 159. Proinde familiare fuit Francis Augustis Episcopos & Abbates deligere ad hoc munus, quod ii aptiores quam Seculares homines forent ad dignoscendas sacrorum locorum, & Cleri utriusque, & sacrarum Virginum necessitates, eorumque mores componendos. Pippinus Italiae Rex in Legge XXI. Langobard. testatur se direxisse Missos, *unum Monachum & alium Capellanum infra Regnum nostrum, providendum vel inquirendum per Monasteria Virorum ac Puellarum, quomodo est eorum habitatio, aut conversatio eorum, & quomodo quodque Monasterium debeat habere, unde vivere possit.* Eâ etiam de causâ Episcopus Civitatis iisdem Missis adesse, & una cum iis Cleri utilitatem ac emendationem procurare jubebatur. Quandiu mos iste mittendi extraordinarios Judices, sive Missos in Provincias perduraverit, si quis petat, respondeo, mihi quidem videri, raram fuisse Saeculo Christi Undecimo; ineunte tamen sub-

A sequenti Duodecimo adhuc illum viguisse, ac deinde sensim exspirasse, donec temporibus Friderici I. prorsus evanuit. Ea enim tempestate, quum inter Fridericum Augustum & Civitates plerasque Langobardiae atrox invaluerit bellum, illis pro Libertate & Republicâ jam constitutâ pugnantibus, Caesare pro restituendis jam antiquatis Imperatorum juribus, eò tandem res devenit, ut concordia per pacem Constantiae inita, ejusmodi Missorum usus omnino desierit. Certe Saeculo Christi Undecimo, ut dixi, adhuc vigeat ista consuetudo, uti exemplis bene multis ostendere possem, è quibus haec pauca proferam. Primum ministrabit nobis Charta, quam authenticam olim vidi & descripsi ex Archivo Monachorum Montis Oliveti degentium Lucae in Monasterio Sanctorum Bartholomaei & Pontiani. Similem autem Chartam memorat Florentinus Lib. I. pag. 29. Vitae Comitissae Mathildis; neque tamen illa eadem videtur, quae heic evulgatur.

Placitum in Urbe Lucensi habitum coram Cadaloo Cancellario Imperatoris, in quo Canonici Ecclesiae Sancti Martini causam obtinent contra Sigefredum & Landulphum, Anno 1038.

Dum in Dei nomine, infra Comitatu Lucense, in loco qui dicitur Via Vinaria, intus Curte Domni Bonifatii Marchio Dux, in judicio sedisset Donnus Kadolohus Kancellarius, Missus Domni Imperatoris, & Bertaldo Comes, per data licentia Domni Imperatoris ad justitia faciendam, hac deliberanda, residentibus cum eis A..... Episcopus Bononiensis Ecclesie, & Adalberto Comes, & Adalberto Judex & Avocato, Flaipertus Judex &


E Avocato Domni Bonifatii Marchioni, Johanni, Radilandi, Gherardi, Waldi, Adalberti Judicibus Sacri Palatii, Bernardi Notarius, Petrus filio bone memorie Pauli, Teuderichi filio bone memorie Ildebrandi, Petri filio bone memorie Warneri, Gherardi filio bone memorie Christofani, & reliquis: ibique eorum veniens presentis Leo Presbytero & Stefano Presbytero, & Lanberto Clerico, & Ateghino Clerico, Kanonici & Ordinarii de Ecclesia Kanonicha Sancti

Mar

Martini Lucensis, una cum Bacaru  
Avocato eorum. Et ceperunt dicere ac  
reclamare ad suprascripto Cancellarius:

„ Jam plures vices reclamavimus  
„ ad vos Domno Cancellarius de  
„ Sighifredi & Landolfo germanis  
„ filii bone memorie Enrichi, quod  
„ nobis & aliis Kanonici confratri-  
„ bus nostris de pars Ecclesie & Ka-  
„ nonice Sancti Martini malo ordi-  
„ nem contendunt & contradicunt  
„ medietate de res & casis & re-  
„ bus illis massariciis, que esse vi-  
„ dentur in loco & finibus Oneta  
„ prope Mozano, que una ex iple  
„ casa & res regere videtur per fi-  
„ lio quondam Martini: secunda  
„ detinetur per &c. Tunc recordatus  
ipse Domnus Kadolobus Kancellarius,  
quod ita verum esse, quod ipsis Kanoni-  
cis & Avocato dicebant, & per fuste,  
quas in suorum detinebat manibus, in-  
vestivit predicti Kanonicis cum predicto  
Avocato &c. Unde hanc notitia pro fu-  
tura ostensionem ostendendo fieri iussimus.

Quidem & ego Rodulfus Notarius  
Domni Imperatoris ex iussione predicto  
Kadolobus Cancellarius & Missus Domni  
Imperatoris amonitione Judicium scripsi,  
Anni Domini nostri Jesu Christi Dei e-  
terni ab Incarnationis ejus Millesimo Tri-  
gesimo Octavo, Conradus gratia Dei Im-  
perator Augusto, Anno Imperii ejus in  
Italia Undecimo, VIII. Kalendas Mar-  
tii, Indictione VI.



Kadolobus Cancellarius & Mis-  
sus Sacri Palatii subscripsi.

A Adelbertus Judex Sacri Palatii in-  
terfui.

Ego Girardus Judex Sacri Palatii in-  
terfui, &c.

B Episcopus Bononiensis heic memo-  
ratus, Adelfredus fuit: attamen in ea  
Charta non satis perspicue visus sum  
mihi ejus nomen legere. Kadolobus  
autem, qui Placito huic praefuit,  
idem ille est, uti merito conjicere  
licet, qui Anno MLXI. ad Pontifi-  
catum Romanum inhiavit, & in An-  
tipapam se se erexit; sed brevi te-  
meritatis suae poenas subivit. Quod  
heic potissimum animadvertas velim,  
Placitum celebratum est intus Curte

C Donni Bonifatii Marchio Dux; & res  
poscebat, ut eo finente illic judi-  
cium institueretur. Attamen heic le-  
gitur: per data licentia Domni Im-  
peratoris: quod idem habet Charta  
à Florentinio laudata. Ideo hoc fa-  
ctum, ut alibi jam monui, quod eo  
ipso tempore, Anno videlicet M-  
XXXVIII. Februario mense Conradus  
I. Imperator in Tuscia versaretur,  
Wippone etiam teste in ejus Vita.

D Praesente autem Imperatore, ob ejus  
dignitatem, quum ad ipsum spectet  
supremum dominium in omnia Vas-  
fallorum ac subjeutorum bona, ejus  
fuit, non verò Bonifacii Marchio-  
nis, veniam dare Kadolobus & Ber-  
taldo Comiti, instituendi in eadem  
Curte judicii. Addo alteram Char-  
tam, descriptam ex authentica mem-  
brana, existente in aedibus Patrum  
Eremitarum Sancti Augustini Senensis.

E

Placitum à Guntherio Cancellario & Miffo Henrici II. Imperatoris, habitum in Comitatu Florentino: in quo Advocatus Monasterii Sancti Bartholomaei Curtis Mainberti res quasdam ejusdem Coenobii tuetur contra nonnullos earum usurpatores Anno 1055.

**D**Um in Dei nomine, in Comitatu Florentino, prope fluvium Arni, in loco qui nominatur Omiclo, in judicio residebat Domnus Gunterius Cancellarius & Miffus Domni Imperatoris, justicias faciendas ac deliberandas: adessent cum eo Bonusfilius, Otto, Atzo, Wibertus, Burgundius, Wolcausus, Tolbertus Judices Sacri Palatii, & reliqui plures: ibique eorum veniens presentie Lanfrancus Advocatus Monasterii Sancti Bartholomei, sito loco, qui vocatur Curtis Mainberti, & cepit dicere: „ Jam plures vice me reclamavi „ ad vos Domnus Gunterius Cancellarius & Miffus super Bonifacium „ & Eponem, & supra Rainerium „ filium Wille, qui parti predicti „ Monasterii malo ordine & contra „ Legem detinent omne, quod abe- „ mus in Alma, & contradicent no- „ minative medietatem de Curte u- „ na, que noncupatur Sestinga, cum „ casis & Capellis, seu territoriis, „ omnibusque rebus, que ad ipsam „ medietatem de jam dicta Curte & „ Capella pertinet. Nam aliam me- „ dietatem de jam dicta Curte & „ Capella, sive rebus omnibus su- „ pra scripti Monasterii ad proprietatem „ pertinet. Et sive medietatem „ de Curte una, que noncupatur Co- „ lumnata cum Ecclesiis, casis, ter- „ ritoriis, & omnibus rebus, que „ ad ipsa medietatem de predicta „ Curte & Ecclesiis pertinet; reli- „ qua namque medietas ipsius Cur- „ tis ad proprietatem ipsius Mone- „ sterii detinet. \* Et sive medietatem

A „ tem de Curte, que nuncupatur „ Valle cum Turre & Castello & „ Ecclesia ibi consistente, & cum „ casis, territoriis, & omnibus re- „ bus, que ad ipsam medietatem de „ jam dicto Castello & Turre & „ Curte pertinent; aliam namque „ medietatem ipsius Cortis ad pro- „ prietate ipsum Monasterium deti- „ net. Et sive medietatem de Cor- „ te, que nominatur Portilione, cum „ casis, Capellis seu territoriis, & la- „ cu & piscaria & portu, omnibusque „ ad ipsam medietatem de predicta „ Corte tam in terris, quam in a- „ quis pertinere videntur: reliqua „ verò pars media ipsius Cortis ad „ proprietate ipsum Monasterium de- „ tinet. Sed & de Castello Casalapa- „ pi, septem Merli de predicto Ca- „ stello, cum suis pertinentiis, que „ detinet Tedici, & Pojo qui voca- „ tur Capanna murata, totum in in- „ tegrum cum suis pertinentiis. Et „ alia Corte Aslaito, cum medietate „ de Ecclesia Sancti Michaelis, „ que vocatur in Nottula cum sep- „ tem Mase. Sed & alia Corte „ que nominatur Serignano, cum sua „ pertinentia, & Ecclesia Sancti An- „ dree cum sua pertinentia. \* Un- „ de quero ad vos, Domnus Can- „ cellarius & Miffus, ut vos pro- „ pter Deum, & anime Domni Im- „ peratoris, ac vestre mercedis, ut „ investiatis me, & parti predicti „ Monasterii de iis omnibus rebus „ ad salva querela, quousque ipsi „ Bonifacius & Eppo & Rainerius „ ad ve-

„ ad vestrum Placito veniant, & ad „ predictum Monestrium justiciam „ faciant. Cum ipse Lanfrancus Avocatus taliter retulissent, tunc Dominus Gunterius & Missus per fuste, quam sua tenebat manu, investivit predictum Lanfrancum Avocatam & predictum Monestrium de suprascriptis Cortibus & rebus omnibus, sicut supra denominavit, ad salva querela, quoadusque predictus Bonifacius & Eppo & Rainerius ad Placitum veniant, & predicti Monestrii justicias faciant. Et insuper misit bannum ex parte Domini Imperatoris, ut nullus quislibet eundem Lanfrancum parte predicti Monestrii de is omnibus rebus devestire, molestare, vel inquietare adeat, sine legale judicio. Qui vero fecerit, centum Libras auri se compositurus agnoscat ad medietatem Camere Domini Imperatoris, medietatem parti predicti Monestrii. Et ac noticia, qualiter acta est causa fieri amonuerunt.

Quidem & ego Aldo Notarius Sacri Palaci & jussione suprascripto Cancellarii & Misso, seu Judicum amonicione scripsi, in Anno ab Incarnacione Domini nostri Jesu Christi MLV. Imperii vero Domini Secundi Einrigi, Deo propicio IX. Quartodecimo mensis Junii, Indicione VIII.

A Ego Guntherius Cancellarius confirmavi.

Atzo Judex & Missus Domni Imperatoris interfuit.

Ego Otto Judex Sacri Palatii interfui.

Ego Wibertus Judex Sacri Palatii interfui.

Walcausus Judex Sacri Palatii interfui.

B Ego Burgundius Judex Sacri Palatii interfui.

Neque omissum volo Placitum hoc, uti & alterum ejusdem exemplum, ipso die, ac anno celebratum, missum ad me fuisse à Clarifs. Benvogliento, excerptum ex antiquo Chartario existente apud nobilem Virum Dominum Franciscum filium quondam Domini Johannis Baptistae Piccolominei. Ibi vero praeter bona recensita in Charta nuper edita, alia adduntur, quae inter duos asteriscos clausa, huic Placito interferui. Discrimen hoc inter Authenticum & exemplum unde processerit, investigandum aliis relinquo. Anno etiam MC. Missos Imperiales Italia vidit. Id constabit ex sublequente Charta, quam descripsi ex Regesto Sanctimonialium nobilissimi Alcesterii Veneti Sancti Zachariae.

C

D

### Sententia Warnerii Missi Imperialis in Placito habito in Montefilice pro Monialibus Sancti Zachariae Venetiarum contra Monasterium Patavinum Sanctae Justinae, Anno 1100.

IN nomine Dei eterni. Anno ab Incarnacionis Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo, Indictione VIII. Octavo Kalendas Junias. Cum in Dei omnipotentis nomine Warnerius Missus Domini Imperatoris, atque Delegatus ab ipso Principe in judicio Judicarie Montis Silicis resideret ad justiciam deliberandam ac faciendam: adessent cum

E eo Gumbertus, & Almericus Judices &c. Ibiq; in eorum veniens presentia Prior Sancte Justine Patavensis Ecclesie, venit & reclamare cepit de quadam Capella, Sancti Thomae Apostoli dedicata nomine, & Cartulam inanem nullo jure munitam, nulloque Tabellione conscriptam ibi ostendit, quam Draco Presbiter jam dudum fecerat. Sicque cum

hac

*hac Cartula contra Cenobium Sancti Zacharie in Regno Venecie site agere volebat, possessionem ac dominium ipsius Capelle acquirere. Quam vero possessionem supradictam Sancti Zacharie Cenobium jam per centum annos & ultra jure quieto possederat. Tunc ibi loci Plebanus Sancti Zacharie, qui ibi aderat, Privilegium ab Imperatore factum, sigillo ipsius Imperatoris impressum, a Judicibus quampluribus firmatum, a Cancellario scriptum, omnique solemnitate juris corroboratum ibi ostendit; & cum hoc aliisque rationibus juris supradictum Sancti Zacharie Cenobium legaliter defendit. Tunc Judices ac Juris periti, qui ibi aderant, certantes, discutientes, & equa lance trutinantes supradictam Cartulam, quam Prior....ac judicium enucleatim Sancte Justine ostendatur, i-*

*A nanem & vacuam esse laudarunt, & supradictum Sancti Zacharie Cenobium habere & possidere supradictam Capellam, sicuti jam dudum habuerat.*

*Ego Albertus Judex intersui & scripsi.*

*B Regnante autem Friderico I. quo tempore Mediolanensis Urbs per eum attrita fuit, & reliqua ferme Italia ob metum ad ejus pedes prolapsa, Judices illius reperio discurrentes per Langobardicas Civitates, abrogato tamen Missorum titulo, aliis appellationibus utentes, nempe Vicarii Imperialis, aut Imperialis Aule Comitis, aut Legati, & similibus. Id ex sequentibus monumentis palam fiet: quorum primum ex authentico descripsi, adservato in Tabulario antiquissimi Monasterii Sancti Zenonis Veronensis.*

**Garfendonius Episcopus Mantuanus & Imperialis Aulae Comes, decretum profert in lite agitata inter Abbatem Monasterii Veronensis Sancti Zenonis, & Blandinum ac Adelardum fratres, Anno 1163.**

**D***e Veneris, qui fuit undecimus dies exeunte mense Julii, in Sala Domni Garfendonii, Dei gratia Sancte Mantuanensis Ecclesie Presulis mirifici, & Imperialis Aule Comitis, in presentia bonorum hominum; hi sunt, Jacobus Alberti de Anica, Albertus Azonis de Enrico, Agnellus, & Conradus de Cauriana Causidici, Morandus Medicus, Petrus Prepositus Mantuanensis Ecclesie, Marchisinus Ministerialis Civitatis Mantue; nec non & in presentia Veronensium, quorum nomina inferius sunt, Bonus, Zeno de Lamberto &c. Causidici, Carlafarius Advocatus Sancti Zenonis Cenobii, Ardicio de Scala, Dentellus Nogavie, Bonus Presbiter ejusdem Monasterii, Johannes de Bevilaqua, Bonacausa &c. Ibi in eorum presentia Dominus Garfendonius*

*D Dei gratia Sancte Mantuanensis Ecclesie Episcopus & Imperialis Aulae Comes, presentibus Odone & Rodulfo suis Assessoribus, dedit Albertonum de Vico Athesi Domno Nobili Abbati Monasterii Sancti Zenonis, & Carlafario ejus Advocato, ut daret possessionem illarum terrarum seu vinearum seu nemorum, prout noviter fuerant facte consignationes a parte Monasterii Sancti Zenonis illis hominibus Blandini & Adelardi fratrum &c. De quibus hominibus supradictus Abbas praefato Presuli querimoniam deposuerat, quod ipse injuste habuissent & possedissent ipsas res &c.*

*Factum est Mantue in suprascripto loco, Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi MCLXIII. Indictione XI. Imperante Domno Frederico Dei gratia*

*Roma.*

Romanorum Imperatore gloriosissimo & semper Augusto, Anno Regni ejus XII. Imperii vero ejus IX. feliciter.

Ego Vitalis Notarius Sacri Palatii rogatus superscriptis actibus interfui, & hoc breve scripsi.

Garfendonius Mantuanus Praeful heic memoratus idem est, qui corrupte ab Ughellio appellatur Garfiodorus,

A five Geridonius, & à Jacobo Chiffletio Grisandinus. Ejus germanum nomen fuit Garfendonius, ut ex aliis monumentis constat. Archivum Sanctimonialium Regiensium Sancti Thomae, ubi authentica membrana adfervatur, alterum hoc monumentum mihi suppeditavit.

Decretum Hermanni Verdensis Episcopi, & Imperialis Legati in controversia vertente inter Monasterium Monialium Sancti Thomae Regiensis, & Conradum filium quondam Henrici Regis, Anno 1163.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis, & gloriosae Mariae semper Virginis, quae augeat vitam Frederici gloriosi Imperatoris, Anno Domini M. CLXIII. Indictione XI. Quinto Idus Martii die Lunae. Cum apud Dominum Hermannum Verdensem Episcopum, & Imperatoris Vicarium & Legatum querimonia facta fuisset ex parte Monasterii Sancti Thomae Apostoli per Adelasiam Monacham ejusdem Monasterii super Conradum olim Regis H. filium, & Ubertum Curatorem, de quadam possessione, quae quondam fuit praedicti Uberti, quam praedictus Conradus superscripto Monasterio molestabat, nec sinebat quiete possidere, & eam nomine Uberti intromiserat: praedicto Domino Hermanno Episcopo sedente pro tribunali, Dominus Ugo Iperanus, & Guibertus de Boniado, & Albertus, Imperialis Aulae Judices praeceperunt praedicto Conrado, ut praedictum Monasterium de praedicta possessione, ut in Instrumento continetur praedicti Monasterii, de cetero sine legitima interpellatione non inquietaret, & praedictum Monasterium quiete possidere permitteret.

Tom. II.

**B** Actum est hoc in Palacio Mutinensi, in praesentia Domini Henrici Mutinensis Ecclesiae Episcopi, & Domini Ugonis ejusdem Archipresbiteri, Marchisii de Monzambano, & Domini Ugonis Causidici, & Girardi de Cornazano, & Bernardi de Curviaco, & Garzioli de Tizano, & Gumbizonis de Sciffia, & Widonis de Gomola, & Marcelli, & aliorum quamplurium.

**C** Ego Blasius Imperatoris Friderici Notarius jussu Domini Hermanni Episcopi, & supradictorum Judicum scripsi.

**D** Quod heic potissimum animadvertas, lis erat Sanctimonialibus Regiensibus super Conradum olim Regis H. (hoc est Henrici) filium, qui in Palacio Mutinensi, ubi Hermannus Verdensis Episcopus, uti Imperatoris Vicarius & Legatus, in judicio praeerat, quaestioni huic interfuisse dignoscitur. Sed quinam, rogo, fuit iste Conradus? Num Henrici inter Reges Quinti, & Imperatoris Quarti, Anno MCXXV. vitâ functi filius? Sed cur idem Henricus tantummodo Rex appellatur? Nullum mihi hominis hujus vestigium occurrit, & suspicari quis possit, eum ex illegitimo concubitu

cubitu genitum. Aliorum erit rem accuratius investigare, eorum quippe examini intactam relinquo. Hisce ad-

A jungere juvat Chartam ex antiquissimo Regesto Communis Mutinae excerptam, cujus haec sunt verba.

Gerardus Rangonus Imperialis Legatus, & Consules Mutinae Massario Ecclesiae Cathedralis Sancti Geminiani facultatem concedunt fodiendi ubique lapides tam in Civitate quàm extra, Anno 1167.

**I**N Christi nomine. Anno ejusdem M. CLXVII. Indictione XV. Regnante invictissimo Imperatore Friderico, IV. Idus Maji, die Veneris, Dominus Girardus Rangonus Imperatorie Majestatis per Mutine Episcopatum & Comitatum Legatus, & Consules Mutinae, videlicet Guidotus, Rolandinus, Albertus Pildeguerre, Gibertus de Baioaria, & Albertus Grasulfi, Guilielmus Zacius, & Arlotus, habito Mutine Consilio, & postea Concione, decreverunt, & firmiter statuerunt, ut Massarius Sancti Geminiani presentes & futuri habeant licentiam & liberam potestatem sua auctoritate fodendi lapides per stratas & plateas Civitatis, absque incommoditate intus habitantium. Extra vero Civitatem similiter per stratas & vias & paludes, Communia & fossata, ubicumque voluerint, & juxta stratas & vias infra campos per quatuor brachia libere similiter fodiant. Ita tamen quod strate & vie & platee, ubi foderint, per eosdem absque fraude meliorentur; & quod nullus homo sua auctoritate in supradictis Communibus, absque licentia & parabola & voluntate Massariorum domus laborerii Sancti Geminiani, lapides fodere ullo modo presumat. Et si foderint, vel Massariis in fodendo lapides rebelles existere, vel eos infestare aliquo modo presumpserint, viginti Solidos Imperiales nomine pene dictis Massariis solvant. Et quoties quilibet supradictos Massarios in fodendo la-

B pides infestaverit, toties decem pena viginti Solidos Imperiales supradictis Massariis integraliter solvat. Et soluta pena iterum Massarii libere & quiete absque alicujus contradictione fodiant, & lapides, quas Deus eis dedit, accipiant; & que superius scripta sunt, ut dictum est, rata & firma perpetuo habeantur.

C Actum Mutine juxta Ecclesiam Sancti Geminiani, feliciter. Testes interfuerunt Albertus Godi, Ugo de Solaria, Buccabadata & frater ejus Rainerius, Calcagnus, & Guido Adigeii, Boschetus, Ugo de Gorzano, Guidonus Judex, Ubertus Perzenavii, Ubertus de Balugola, & alii quamplures Nobiles & Sapientes, qui hoc totum, quod superius legitur, unanimiter autorizaverunt, & in pleno Consilio, & postea in plena Concione universaliter firmaverunt.

D Ego Blaxius Imperialis Sacri Palatii Notarius interfui, & jussu supradicti Domni Gerardi Rangoni & Consulium supradictorum scripsi.

E Ideo tot marmorum facta est inquisitio à Mutinensibus, ut maximum Urbis suae Templum absolverent, quod adhuc visitur integrum intus & foris ex marmore confectum. Et sane Civitatis antiquitatem prodebant tot lapides in ruderibus terrae confecti, & ea occasione defossi. Nempe vetus Mutina jamdiu corruebat, atque ineunte Saeculo Decimo illustria ejus ruinae monumenta in ocu-



los incurrebant: quod testatur eorum temporum Scriptor Veronensis Auctor Vitae Sancti Geminiani, cujus particulam evulgavi Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar.* pag. 691. Èa occasione par est credere, Marmora complura, vetustis Literis, sive Inscriptionibus ornata, ad magnifici Templi constructionem adhibita, tumulum perpetuum fortita fuisse. Ceterum quum Anno MCLXVII. Mediolanensium Urbs ac potentia resurrexerit, & adversus Fridericum I. Augustum pleraeque Langobardorum Civitates arma arripuerint, & hisce controversiis Anno demum MCLXXXIII. Pax Constantiae inita finem dederit, uti supra monui exinde omnino Imperialium Missorum expeditio in Italia desiit, & in aliquibus tantummodo locis Imperiales Appellationum Judices successere, de quibus infra mihi erit sermo in Dissertat. XLVIII. *de Civitat. Italicar. Libertate*. Neque praetermittam, morem complurium Principum ac Magnatum, qui literis majusculis sese subscribunt, ab antiquis temporibus descendere. Idque alibi etiam animadverti; nam saepe mihi in veterum monumentis occurrerunt *Episcopi, Duces, Marchiones, & Comites*, qui tunc Ordinem Principum constituebant, distinguentes sese à reliquis subscribentibus, characteribus majusculis nomen suum consignando. Idque insuper à *Missis Regiis* illis factum, qui ex Principum Ordine seligebantur. Cujus rei unum proferam exemplum. In Lucensis Archiepiscopi Chartario Placitum archetypum vidi, scriptum Anno Christi MLV. ex quo haec excerpti: *Dum in Dei nomine, in Palatio Domini Imperatoris, qui est prope muris de Civitate Luca, in judicio resedisse Dominus Ebberardus Episcopus, Missus Domini Imperatoris ad*

A *causas audiendas; resedentibus cum eo Hubaldo Comes de Parma, Oppitio de Pisa &c. ibique eorum presentis Johannes Dei gratia Episcopus Lucensis una cum Morecito Avvocato suo ceperunt dicere adversus Ebberardus Episcopus & Missus Domini Imperatoris: A beo & teneo ad jure proprietario ad pars Ecclesie Episcopatus nostro Sancti Martini Curte illa, que est in loco & finibus Marlia, cum Ecclesia illa, cui vocabulum beati Sancti Terenti, infra ipsa Curte consistentem, seu cum Castello & Carbon . . . . . (fortasse Carbonaria, de qua voce egi in Dissert. XXVI. de Militia) & muram in circuitum ipsius Castelli &c. & bannum super eam petiit. Tunc Dominus Ebberardus misit*

B *bannum Domini Imperatoris super eodem Johannes Episcopus in duo milia Mancosfos auri. Chartae ita subscripsit Episcopus: EGO EBERHARDVS EPS MISSVS INPERATORIS SVBSCRIPTI.* Ceterum praeter Comites, aliosque ordinarios Justitiae Ministros, & praeter sublimis Ordinis *Missos* haecenus memoratos, qui jus Populis reddebant, interdum à Regibus & Augustis *Missorum* munus deferebatur minoris dignitatis hominibus, hoc est Judicibus, Diaconis &c. qui propterea controversias aut omnes sibi oblatas, aut singulares, ad quas cognoscendas delegati erant, dirimebant. In Chartophylacio Capituli Canonorum Cremonensium Placitum vidi, habitum *Hanno Imperii Domni Hottoni, Deo propicio, IX. Quinto die Mensis Septembris, Indictione IV.* idest Anno Christi DCCCC. LXXV. ex quo haec pauca delibavi: *Dum in Dei nomine, Civitate Pavia, in Curte propria Domni Adami, qui & Amizo Judex, per data licentia, in judicio resideret Waltarius Judex & Missus Domini Im-*

D *perato-*

D 2

peratoris, justitias faciendas ac delibe-  
 vandas &c. Eorum veniens presentia  
 Rotgerius filius quondam Romaldi, &  
 Ermengarda filia quondam Gaidulfi ju-  
 galibus &c. Alterum item vidi habi-  
 tum à Cessione Diacono in Comitatu  
 Bergomi, quod jam attuli in prae-  
 cedenti Dissertatione de Comitibus.

Ceterum facile Lectori fuerit ex  
 compluribus haecenus allatis exem-  
 plis perspicere, quanta solemnitate  
 Placita olim haberentur à Missis Re-  
 giis. Iis quippe de more, nisi justa  
 causa intercederet, jubebantur Epi-  
 scopi & Comites adesse. Ad ea quo-  
 que ex Legum praescripto advoca-  
 bantur *Judices*, & *Scavini*. Intererant  
 etiam multi testes, & honoris caus-  
 sâ Magnates alii. Quali vero ordine  
 affiderent isti, ex nobili Placito Tau-  
 rinensi patebit, cujus exemplum de-  
 beo benefico erga me ac Literas me-  
 liores studio praeclarissimi Comitis  
 Ludovici Caiffotti, Primi Praesidis  
 Taurinensis Senatus. Praestantio-  
 rem videlicet in eo locum obtinet *Boso*  
*Comes* & *Missus* Ludovici Pii, aut  
 Lotharii I. Imperatoris. Tum sedet  
*Claudius Episcopus Taurinensis*, ille i-  
 dem, qui ex indicto sacris Imagini-  
 bus bello famosus evasit, & Catho-  
 licae Ecclesiae odium in se derivavit.  
 Succedit *Ratpertus Comes*, hoc est Gu-  
 bernator & Praeses Civitatis Tauri-  
 nensis. Post illum recensentur *Vassi*  
*Imperatoris*; deinde *Judices Imperatoris*.

A | Accedunt *Scavini* praeclaudati *Comitis*  
*Bosonis*: quod uti res rara animad-  
 vertendum est. Post eos sequantur  
*Scavini Civitatis Taurinensis*. Denique  
*Vassi* ejusdem *Ratperti Comitis*. Pa-  
 rem sermo ordinem observatum vi-  
 deas in altero Placito, quod tan-  
 quam Delegatus subinde celebravit  
 idem *Comes Ratpertus*. Si in authen-  
 tico revera legitur commissa causa  
 eidem Comiti, ut diligenter inquire-  
 ret, & ea secundo Leggi vel Justitia  
 liberare fecisset: habes haec formulam  
 vulgari Italicâ Linguâ expressam.  
 Neque omittendum, mentionem quo-  
 que hujusce Placiti factam fuisse ab  
 Auctore Chronici Novaliciensis, à  
 me editi Par. II. Tomi II. *Italicae*. pag. 721., sed non sine Chrono-  
 logicis erroribus, & Frodoino Ab-  
 bate illuc perperam intruso. Atque  
 ex his emendandus Ughellius in Ita-  
 liae Sacrae Tomo IV., qui ab eju-  
 sdem Chronici Auctore deceptus, al-  
 terum *Claudium Seniore Episcopum*  
*Taurinensem*, ante Annum Ch. DCC-  
 LXXIV. ut is opinatur, electum,  
 nobis obtrusit. Unus *Claudius* famo-  
 sus, uti aiebam, *Taurinensis* Anti-  
 stes, & à Ludovico Pio Augusto ad  
 eam Sedem incaute promotus, Pri-  
 mus fuit, non Secundus, hujus no-  
 minis Episcopus *Taurinensis*. Sed  
 jam tandem Chartam ejusdem Pla-  
 citi, sive geminorum Placitorum,  
 accipe.

Judicatum Bosonis Comitis & Missi Domini Imperatoris, emissum  
 Taurini in Curte Ducatus, quo decernitur, quosdam homines  
 Servos esse Monasterii Novaliciensis causam agente Eldera-  
 do ejusdem Monasterii Abbate, Anno Ch. 827.

I N Dei nomine. Nctitia Judicati, qua-  
 liter acta, vel definita est causa,  
 dum Boso Comes, vel Misso Domni  
 E | Imperatoris, residisset infra Civitate  
 Taurinensi Curte Ducati, in Placito  
 publico, ad singulorum hominum causas  
 audien-

audiendo vel deliberandum, ibidem cum eo aderant Claudius Episcopus Sanctae Taurinensis Ecclesiae, Ratperto Comes, Walfertus, Scrtaldo, Eldere, Teudelo, Australdo, Vasis Domini Imperatoris, Bomperto, & Mauro, Sunifrit, Judicibus Domini Imperatoris, Anfulso, & Leo, Grauso, Scavinis, Bosoni Comitibus, Joanne, & Ugherado, Autelino Scavinis Taurinensis, Turengo, Beto, Betilo, Vasis eidem Ratperto Comitibus, vel ceterorum infracriptorum praesentia venerunt reclamandum, idest Sighiberto Tatoni, Bertaldo, Sighibrando, Luberto, Ghisemare, Ghisulfo, Bertelaigo, Ghisemondo, Anseberto, Gariando, Ghiso, Alulfo, Stavari, Landewerto, Ghaisperto, Gonduni, commanentes in Villa Auciatis. Et dicebant, quod Pars Ecclesiae Sancti Petri Monasterio Novalicio, ubi Elderado Abba esse videtur, qui citra leggi pigneratos habebat, vel injuste eos in servitio replegare volebant: Tunc ipse Boso Comes vel Misso Domini Imperatoris in suis praesentibus vel superscriptis hominibus fecit venire Ghiseberto de Felecto, qui est Avogado de praefato Monasterio Novalicio, quod exinde responsum daret. Quidem ipse Ghiseberto dixerat, ut nihil exinde sciret, nec inquireret. Tunc fecerunt de utriusque partes, tam ipse Ghiseberto, vel superscriptis hominibus, qui se reclamandum venerant, inter eos invadare, ut ipse Ghiseberto inquisisset ipsa causa, & venissent in Plaito Ratperto Comiti inter se iudicium habendum. Et insuper amonuit ipse Boso Comes vel Misso Domini Imperatoris, Ratperto Comite, ut ipsa causa diligenter inquireret, & ea secundo leggi vel iustiza liberare fecisset, & posito inter eis constituto inconstituta. Verum dum ipse Ratperto in loco Comes residisset in Curte Contanasco in Plaito publico ad singulorum

A hominum causas audiendo vel deliberando, ibidem aderant cum eo Claudius Episcopus Sanctae Taurinensis Ecclesiae, Valfritus Vasso Domini Imperatoris, Isemberto Capellanus Domini Imperatoris, Sunifrit, Johanne, & Ugherado Scavinis, Grafemar, & Grodeverto gio de Torefana, Madalgaud, Agustaldo, & Cultasio, Torengo, Betilo, Beto, Gundacharus Vasis eidem Ratperto Comitibus, Aredo de Vigo, Guduni, Raidulfo de Cantanasco, Ghisemondo de Ubaris, vel ceteris. In superscriptorum praesentia venerunt superscriptis homines commanentes in Villa Auciatis, seu & Ghiseberto Avogado de praefato Monasterio Novalicii, una cum Ricario, & Allivamo Praepositis, vel Monachos de ipso Monasterio Sancti Petri Novaliso. Et dicebant & reclamabant ipsis praenominatis homines de Villa Auciatis, quod pars ipsius Monasterii eos citra leggi pigneratos habebat, & injuste eos in servitio ad praefato Monasterio replegare voluerint; pro eo quod a liberis legibus esse deberent. Ad haec respondebat ipse Ghiseberto: Non est veritas, ut dicitis, ut pars Monasterii Novaliso vos citra leggi pigneratos detineant, aut injuste intervire voluerint, pro eo quia Aviones, vel Patres, vel parentibus vestris pertinentes fuerint Unnoni, qui fuit filius Dionisius, qui omnibus rebus suis donavit in praefato Monasterio Sancti Petri. Et etiam Judicatos habemus, quomodo parentibus vestris in causationem fuerunt cum ipso Unnone, vel pars superscripto Monasterio: & apud iudicio ipsi convicti fuerunt. Et ipsos Judicatos praemanibus ostendebat, quod Unno quondam, & Dondone Monachos de praefato Monasterio iudicium habuerunt cum Antolino, Tantonis, Radoaldo, Gaiperto, Gondino, Audoaldo, Fortemondo, Favoaldo, Valper-

Valperto, Valcauso, Teodbaldo, Leodebaldo, Donadi, & Ridoalao, praesentia Vibertus, & Ardioni Missis Domini Caroli Regis, & Dominus Andreas Episcopus, etiam Scarvinis eorum Ardengo, Tricone, Arderigo, Viniperto, Retelino, & Ghisfre. Et ibidem ostenderunt praenominatis homines Cartola Libertatis, quam Dominus eorum Dionisius, qui fuit genitor Unnoni, in eos emisisset. Et ipse Unno cum ipsos Monacos ipsa Cartola per testimonia de triginta annorum tacita fuisset; & ipsi pro triginta annis eidem Dionisius, vel eidem Unnoni servitio fuissent sub conditione. In ipso alio Judicato continebat, quod Gondo, Fortemondo, Bertemondo, Badoaldo, Liudualdo, Ridualdo, Joannes, Imperto, Valcauso, Emerigo, cum alios suos consortes, cum Frodoino Abba intentionem habuissent ad Palatium in Pavia Civitate, presentia Amalric, Ariberto, & Valperto Scarvinis, & ibidem ipsi priori Judicato habuit. Et cum relecto fuisset, & etiam manus ejus laudationem de ipso Judicato, seu & Rotelino Scarvino, qui ibidem ipso Judicato defensavit, quod veracem fuisset. Dum superscriptis Scarvinis haec omnia taliter agnoscerent, interrogaverunt superscriptos homines de Villa Auciatis, ut si de ipsa jura hominum fuissent, quas in ipsos amborum Judicatos continebat, aut ipsos Judicatos veraces fuissent, quid ipsi superscripti homines de Villa Auciatis fuerunt professi. Et dixerunt, ut ipsos Judica-

A tos veraces fuissent, & ipsos homines; quos in eos continebat, eorum Aviones, aut Patres, vel Parentes fuissent, & pertinentes fuissent Dionisius, qui fuit genitor Unnoni, & sub conditione ipso servitio fecissent secundum ipso Judicato & ipsi in antea omnia sic facere voluerunt, quia de ipsa jura hominum, qui in ipsos Judicatos continent, fuerunt, & ipso servitio fecissent tam de res, vel personas eorum. Dum ipsis superscriptis Scarvinis haec omnia taliter audissent vel cognovissent, rectum apparuit eorum esse, & judicaverunt, ut ipsis praenominatis homines de Villa Auciatis in antea faciant ipso servitio juxta ipso Judicato, vel eorum manifestatione, qualiter se concrederent, vel professi fuerunt. Et finita est causa.

C In Annis Regnis Dominorum nostrorum Ludovicus, & Lottarius filio ejus, viris excellentissimis Imperatoribus, Anno Quartodecimo, & Octavo, mense Madio, Inaitione Quinta, Regni illorum.

Ego Sunifre in hiis actis interfui Escavino.

D ✠ Signum manus superscripto Joannis Scarvino, qui in actis interfui.

Ego Ugberardo Scarvino in hiis actis interfui.

✠ Signo manus Ratperto Comiti, qui in iis actis interfui.

Ego Teutmarus Nottario in hiis actis interfui, & hanc Notitiam Judicati subscripsi.

DE MINORIBUS JUSTITIAE  
MINISTRIS,

*H O C E S T,*

DE JUDICIBUS, SCABINIS, SCULDASCIIS,  
CASTALDIIS, DECANIS, SILVANIS &c.

DISSERTATIO DECIMA,



## DISSERTATIO DECIMA.



**N** Differtatione VIII. jam palam factum est, *Comites* fuisse *Judices* praecipuos atque ordinarios Urbium ac Oppidorum, quibus praecerant. Nomen autem *Judicis Comitibus* ipsis tributum vidimus in Langobardorum Legibus. Sed quum *Comitis* munus fere semper illi tantum gererent, qui sanguinis splendorem fortunis multis adjungerent, atque ii insuper Militiae potius quam Literis studerent: facile conjicere possumus, non eam fuisse Magnatibus ejusmodi peritiam Legum ac scientiam, quam exigit ardua criminalium & forensium judiciorum provincia. Male ergo fuerit, inquires, homini causam suam acturo apud *Judices* adeo imbecilles. Verum & huic discrimini consulere antiqui Reges; quippe *Comitibus*, quoties agitandae ac dirimendae lites erant, ad consilium & opem adjunxere minores alios *Judices*, Juris nempe peritos eorum temporum, quos aequae atque *Comites*, *Graphiones* Teutonice voce veteres appellabant: Salici ve-

**A** rō etiam *Rachimburgios* & *Tunginos*. Hincmarus Remensis Archiepiscopus in Opuscul. de Ord. Palat. Cap. X. haec scribit: *Tales etiam Comites, & sub se Judices constituere debet, qui avaritiam oderint, & justitiam diligant.* Et revera istorum *Judicum* scientia supplebat quod *Comitibus* deerat. Ipsi processum & examen facti & juris instituebant ea sollicitudine ac celeritate, quae olim tanta cum laude in usu fuit, nostris vero temporibus tam rara deprehenditur. Demum ubi sententia erat pronuntianda, nihil agebat Comes absque consilio & consensu eorundem, ut ex *Placitis*, sive *Judiciis* publicis constat, in quibus aut *Comiti*, aut *Marchioni*, aut *Missis Regiis* iidem semper adsunt, & cum eo confident, *Notario* testante quidquid illic decernitur, *rectum & secundum Legem supra memoratis Judicibus & Auditoribus paruit esse, & judicaverunt.* Charta quoque *Judicati* scribebatur ex *justitiae Comitis*, seu *Marchionis*, seu *Judicum admonitione*. Rem duobus exemplis sub oculos legentium ponam.

**B**

**C**

**D** In ditissimo Archivo Archiepiscopi Lucensis archetypam pergamenam vidi, dignam plane, quae tenebris eripiatur.

Judicatum Odelrici Missi Berengarii I. Regis in controversia de Sacra Aede inter Episcopum Lucensem ac Laudensem, Anno 915.

**D** Um Dominus Berengarius Serenissimus Rex pro timore Dei & statum, omniumque sanctarum Dei Ec.  
Tom. II.

**E** | clesiarum electorum Populo hic Italicis  
| abitantibus, animeque suae mercedem ju-  
| stitiam adimplendam partibus Romanis  
| iret:  
E

iret: cumque pervenisset infra Tuscia, foris hanc Urbem Luca, intus mansionem I deberti, premisit suum Legatum Lex faciendum, idest Oldericus suoque Vassus & Missus constitutus; sicutque & ipse Aldericus Missus Domni Regis in judicio resideret intus Ecclesia Sancti Fridiani, per data licentia Domni Petri Episcopo ipsius Sancte Lucensis Ecclesie, unicuique justitiam faciendum & deliberandum: resedentibus cum eo Adelbertus sancte Bergomensis Ecclesie Episcopus, Walpertus, Farimundus &c. & Walfredus Judices Domni Regis, Benedictus, Adelbertus, &.... Scavinis ipsius Comitatu Lucense, Isembaldus Notario, Cunimundus &c. & reliqui plures. Ibiq; eorum veniens presentia Petrus sancte Lucensis Ecclesie Episcopus una cum item Petrus Scavino hujus Comitatu, & Advocato ipsius Episcopio, & Ecclesie Sancti Silvestri sita suburbium hujus Civitatis Lucense, que Ecclesia ipsa cum sua pertinentia pertinere videtur de sub regimine & potestate ipsius, necnon Eldegarius sancte Laudensis Ecclesie, una cum Adelbertus filius bone memorie Walperti de Civitate Laude, & Advocatus ipsius Episcopio, & Abate qui nominatur Savinioni, que Abatia ipsa cum sua pertinentia pertinere videtur de sub regimine & potestate ipsius Episcopii sancte Laudensis Ecclesie, altercationem inter se habentes. Dicebat ipse Petrus Scavino & Advocatus: „ Dudum in judicio „ vestri presentia malavit me iste A „ delbertus Advocatus, quod pars „ Episcopio sancte Laudensis Ecclesie „ & Sancti Silvestri introissent in „ Ecclesia una, que est edificata in „ onore Sancti Handrei in loco & „ fundo Apiniano, & rebus ad ea „ dem Ecclesia pertinentibus; & e „ xinde fruges tulissent valentes fo „ lidos trescentos contra Lege, &

A „ pars ipsius Abatie Savinioni de „ svestissent malo ordine & contra „ Lege. Et ego dedit ei responsum, „ quod pars ipsius Episcopio & San „ cti Silvestri Ecclesia ipsa Sancti „ Handrei cum omnibus rebus ad se „ pertinentibus pars Sancti Silvestri „ habet & detinet: set inquirere vo „ lerem, quid pars ujus Episcopio „ & Sancti Martini pertinet. Et ita „ inquirendum wadium dedit. Et i „ ste Adeldertus dedit michi wadium „ de Placito. Et die exinde inter „ nos unitum Placitum missum est „ ipsum dandum responsum. Cum ipse „ Petrus Scavinus & Advocatus taliter „ retulisset, ad ec respondens ipse Eldega „ rius Episcopus, & Adelbertus Advocato „ C „ to..... „ omnia taliter inter nos „ actum & wadiatum est, sicut ad „ seruisti; & odie inter nos ic ve „ stri presentia Placitum missum est. „ Querimus ut det nobis responsum. „ Tunc dixit ipse Petrus: Jam..... „ tempore bone memorie Domnus „ Widonem Imperatoris reclamavit „ quondam Gerardus Episcopus istius „ D „ Lucensis, quod pars sancte Lau „ densis Ecclesie, & Abate Savinio „ nis contra Lege ipsa Ecclesia San „ cti Handrei cum omnibus rebus „ ad se pertinentibus detineret inju „ ste, & pars iohis Episcopio san „ cte Laudensis Ecclesie minime in „ ratione exinde stare voleret. Et „ quondam item Garardus Episcopus „ E „ Laudensis se inde diletaret, ut mi „ nime inde justitiam facere noluis „ set; & per plures Placitas ipse Ga „ rardus Episcopus Laudensis diletavit justitiam faciendum. Tunc ipse „ Domnus Wido Imperator pars hu „ jus Episcopio Lucensis de ipsa Ec „ clesia Sancti Handrei cum rebus „ ad se pertinentibus, salva quere „ la, investivit, sicut haetenus inve „ stitus



„ situs fuit. Tunc tractantes Audito- res, ut vestituram ipsam ipse Petrus redere debuisset, & pars ipsius . . . . . Ecclesie, & Abatia Scavinionis investitam esse deberet, sicut & ibi presentem, ipse Petrus vestituram ipsam rededit. Et hanc notitia inde fieri iussimus.

Quidem & ego Ermaldus Notarius Domni Regis ex iussione supra scripto Misso, & amonitionem predictorum Judicum scripsi, Anno Regni Domni Berengarii Regis, Deo propitio, XXVIII. Decimo die mensis November, indictione Quarta.

Signum manus superscripti Odelrici Vassus & Missus Domni Regis, qui ut supra interfuit.

Walpertus Judex Domni Regis interfui.

Favimundus Judex Domni Regis interfui &c.

Annalium Ecclesiasticorum magnus parens Baronius in ea fuerat sententia, Berengarium I. Imperialem coronam suscepisse Romae, Septembri mense Anni DCCCCXV. Pagius in Critica Baron. eandem coronatio-

A nem retulit ad Annum subsequenter DCCCCXVI. Et rectius sine dubitatione. Nam ex hac ipsa Charta intelligimus, eam ne Novembri quidem mense Anni DCCCCXV. (quo à Septembri mense coeperat in cursu esse Indictio Quarta) Romam fuisse progressum, sed tunc egisse in Civitate Lucensi, ubi adhuc Regium tantummodo titulum praeferebat. Ceterum jam tunc in itineris procinctu is erat Romam versus, Coronae suscipiendae causâ. Dum partibus Romam iret, membrana ipsa habet. Et quoniam notum est, ab ejus Encomiaste Poëta Anonymo Part. I. Tomi II. Rer. Italic. coronationem tradi, peractam fuisse sacro Die Paschatis, consequens est, eam esse tribuendam diei XXIV. Martii Anni DCCCCXVI. Garardus Laudensis Episcopus heic memoratus, Ughellio est Gerardus. Alterum Placitum, quod nunc exerere statui, autographum adfervatur apud Sanctimoniales nobilis Monasterii Sanctae Justinae in eadem Urbe Lucensi.

B

C

### Decretum Mathildis Comitissae & Ducissae Tusciae pronuntiatum pro Eritha Abbatissa Parthenonis Lucensis Sanctae Justinae, Anno 1073.

**D**Um in Dei nomine estra muras Lucensis Civitatis, in Burgo qui vocatur Sancti Fridiani, in casa solariata Pandolfi filius bone memoriae Hugberi, per illius datam licentiam, in judicio resedisset Domna Maetilda Marchionissa, hac Ducatrix, filia bone memoriae Bonifatii Marchionis, una cum Flaiperto Judice & Missus Domni Imperatoris, ad causas audiendas hac deliberandas: residentibus cum illis Gerardus, Gottfredus Judicibus, Guinitho, Cono &c. Causidicis, Glandulfo, Rolando, Toccacoscia &c. & reli-

D quis plures: ibique eorum veniens presentis Eritha Abatissa de Ecclesia & Monasterio Domini & Sancti Salvatoris, & Sancte Justine, que dicitur Brisciani, sita in Lucensi Civitate juxta muros ejusdem Civitatis, una cum Gerardo Scario Avocatus ejusdem Monasterii: ceperunt dicere adversus eadem Domnam Maetildam: „ Abet & deti-

E „ net pars Ecclesie & Monasterii jam „ dicti Domini & Sancti Salvatoris, „ Sancteque Justine, ad suam proprietatem duo petiis de terris, que „ una ex ipsis cum casa solariata se

71  
 71, abente à petre & à calcina seu à  
 72, rena constructa, elevata esse vide-  
 73, tur: que esse videtur in predicta  
 74, Lucensi Civitate juxta prelibatam  
 75, Ecclesiam Sancte Justine, tenentes  
 76, uno capo in via publica, atque  
 77, cum uno lato, & alio capo tenent  
 78, in terra & dimidia sepe & dimi-  
 79, die colonne de Casa Benenati Cle-  
 80, rici, & alio lato tenet in terra &  
 81, dimidia sepe & dimidie colonne de  
 82, casa Bonithi; & illa secunda, que  
 83, est campo, que esse videtur in loco  
 84, & finibus Villanova, tenentes uno  
 85, capo in terra Lamberti, & in ter-  
 86, ra Bonioli, & alio capo tenet in  
 87, fluvio Serclo lato uno, & tenet  
 88, in terra Sancti Pantaleonis, & alio  
 89, lato tenet in terra suprascripti San-  
 90, cti Pantaleonis & predicta Boni-  
 91, za. Et si est ullus homo, qui e-  
 92, xinde agere aut causare vult, pa-  
 93, rati sumus cum illo in ratione  
 94, standum ex parte jannominati Mo-  
 95, nasterii & legipti finiendum. Et  
 cum nemo ibi se apresentationem, qui exin-  
 de contra predictum Monasterium agis-  
 set vel causasset; tunc jannominata E-  
 ritha Abatissa una cum predicto Gerar-  
 do ejus Avocatus, perierunt ad jannomi-  
 natam Dominam Matildam & ad pre-  
 dictum Flaipertum Judicem & Missus  
 Domni Imperatoris, ut propter Deum,  
 & anime Domni Imperatoris, sueque  
 mercedis, misissent bannum Domni Im-  
 peratoris super ipsos, & super jandictas  
 res ut nullus quilibet homo magna vel  
 parva persona pars jannominati Mona-  
 sterii sine legale judicio divestire presu-  
 mat. Et cum jannominata Eritha A-  
 batissa una cum predicto ejus Avocato  
 taliter postulassent, tunc jannominata  
 Domna Matilda una cum prefato Flai-  
 perto Judice & Missus Domni Impera-  
 toris, per fustem, in qua suis detinebant  
 manibus, miserunt bannum Domni Im-

A peratoris super eadem Eritham Abatissam & super predictum ejus Avocatum, & super ipsas res in Mancufos aureos mille; ut nullus quilibet homo magna vel parva persona pars predictae Ecclesie sine legali judicio divestire presumat. Quis vero fecerit, se agnoscat compositurus predicti mille Mancufos aureos, medietatem parti Camere Domni Imperatoris, & medietatem pars predicti Monasterii eidem Erithae Abatisse vel posterioribus Successatricibus suis. Unde hanc notitiam pro securitate & futura ostensione eidem Erithae Abatisse posterisque Successatricibus suis ad partem jannominati Monasterii ostendenda fieri iussimus.

B  
 C Quidem ego Ghevardus Notarius Domni Imperatoris, ex iussione suprascripte Domne Matilde & predicti Flaiperti Judicis & Missus Domni Imperatoris, seu Judicum amonitione scripsi, Anno Dominice Incarnationis ejus Millesimo Septuagesimo Tertio, VI. Idus Februarii, Indictione XI.



D Flaipertus Judex & Missus Domni Imperatoris subscripsi.

Winizo Causidicus causam plena inquisitione orando discutiens interfui.

Subscripti dictis presens Wifredus in istis.

E Legum Sismundus supripisi docmate fultus.

Gubtesfredus Judex Sacri Palatii interfui & subscripsi.

Glamdulfus Notarius Domni Imperatoris ibi fui & subscripsi.

Animadvertite rem raro obviam: scilicet duos ex hisce Judicibus ac Jurisconsultis, Poëtica subscriptione, hoc est uno hexametro versiculo fuum pro-

prodere nomen, dum subscribunt. Heic autem, ut opinor, feroces insurgent Critici, & adversus Chartam hanc non unam accusationem instituent: videlicet Flaipertum Judicem, simul appellari *Missum Domni Imperatoris*, idque non semel repeti; *bannum* quoque *Domni Imperatoris* promulgatum fuisse: uti & *Camera Domni Imperatoris* memoratam; quum tamen Anno MLXXIII. quo scripta dicitur Charta, citra omnem dubitationem liqueat, Henricum IV. Germaniae, ac Italiae Regem, nondum Romae coronatum, nondum propterea nomen Imperatoris assumpsisse. Ad haec in vivis erant eo adhuc Anno *Beatrix Ducissa Tusciae*, Mathildis mater, quae regere Marchiam solebat, uti & *Godefridus Dux* Mathildis maritus. Cur ergo heic, neutro ex iis memorato, una Mathildis denominatur? Sed nos in censuras nonnunquam nimia facilitate erumpimus, quod ritus & mores veterum parum perspectos habeamus. Alia monumenta Florentinius in Vita Mathildis protulit, quae hujus quoque ingenuitatem tuentur. Illic in Appendice pag. 127. Charta legitur scripta Anno MLXII. & ad hanc ipsam *Eritham Abbatissam* spectans. In duabus Chartis Anni MLXVIII. occurrit idem *Flaipertus Missus Domni Imperatoris*; qui etiam infra appellatur *Missus Regis*: ibique pariter mentio est *Camerae Domni Imperatoris*; quum tamen Regio duntaxat titulo tunc frueretur Henricus IV. & jandiu vivere desisset Henricus III. Augustus ejus pater. Ego Placitum Lucense dabo à *Godefrido Duce* habitum Anno MLVIII. Ibi cum eo *residebat Flaipertus Judex & Missus Domni Imperatoris* jam è vivis erepti. Aut ergo Flaipertus ab Henrico inter Augustos Secundo Missus fuerat consti-

A tutus: quod munus abrogatum ei nondum fuerat; aut aliis liceat dicere, à Notariis indoctis haec umbras ex oscitantia fuisse creatas. Nam quod est ad Mathildem, post mortem patris, in ipsam quoque transit auctoritas Ducis; ita ut interdum, matre absente, acta faceret suae consona dignitati. Sed repetamus iter.

B In ambobus hisce Placitis jam animadvertere potuit Lector, quae partes *Judicum* forent. Eos etiam viderit ibi distinctos à *Causidicis*, hoc est à caussarum patronis, quales habemus & nos. Quum igitur rei publicae plurimum interesset & justitiam recte ministrari, & aptissimos ad id muneris viros constitui, Italicis Regibus curae erat deligere, quos meliores putabant. Nobiles potissimum praeferebant, quibus & honestatis major cura, & minor sordidae avaritiae secreta persuasio, quam humili loco natis, esse consuevit. At quoniam origo Nobilis ad recta judicia ferenda non sufficit, Scientiam praeterea, Sapientiam, atque ipsius Sapientiae initium sive fundamentum, timorem Dei, exigebant in iisdem Judicibus. Sacramento quoque illos obligabant, ut à muneribus ac perveris affectibus sibi caverent, & à procrastinanda justitia abstinerent. Sunt in hanc rem salutare plane & optima Leges à Francis Imperatoribus in Italia constitutae, atque inter Langobardicas editae. Haec habet Carolus Magnus in Lege XXII. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. *Judices, Advocati, Praepositi, Centenarii, Scabini, quales meliores inveniri possunt, & Deum timentes, constituentur ad sua ministeria exercenda.* Audi & Ludovicum Pium, cujus haec sunt verba in Lege Langobardica LVI. *De Judicibus autem, vel Centenariis, atque Tribu-*

nis, vel Vicariis, dignum esse censuimus, ut si mali fuerint reperti, de ministerio suo abjiciantur. Plenius etiam curavit Lotharius I. ut quantum fieri posset incommodis & malis prospiceretur, quae ex ineptis aut improbis Judicibus redundant, promulgatâ Lege Langobardicâ XCIV. quam integram accipere neminem pigebit: *De Judicibus*, ait, *inquiratur, si Nobiles, & Sapientes, & Deum timentes constituti sint. Et jurent, ut juxta eorum intelligentiam rectum judicent; & pro muneribus vel humana gratia, justitiam non pervertant nec differant: & quod judicaverint, sua subscriptione confirmare non dissimulent. Ubi autem tales non sunt, à Missis nostris constituantur, & idem sacramentum facere cogantur. Quod si viles personae, & minus idoneae ad hoc constitutae sunt, ejiciantur.* Haec illi, & perquam sapientissimè: quae an opere deinde completa fuerint, frustra quisquam à me rescire velit. Abundant & tempora nostra Legibus sapienti consilio constitutis: quo postea successu? cernimus. Fas est opinari, minime feliciora nostris fuisse tempora illa. Erat autem multo in honore tunc Bacchus, quod Numen praecipue Populi in Aëtois regionibus siti nunc etiam intime diligunt, & religiose colunt. Inde Langobardi, inde Franci profecti, sedes in Italia fixerant; ac proinde nil mirum, si poculis frequentibus olim inter eos ipsi etiam Judices indulgerent. At Carolus Magnus provide conspicatus, quot inde pericula imminerent lances justitiae pertractantibus, Lege Langobardica XLII. statuit: *Ut Judices jejuni causas audirent & discernere.* Erant & alii Judices, qui nihil sibi religioni ducebant, unam rationem & intelligentiam suam, neglecto Legum studio & ductu, consulere in reddendo

A dis judiciis: hoc est, ut vulgo dicimus, jure tantum cervellotico causas dirimebant. Ut occurreret pravae hujusmodi consuetudini Ludovicus II. Augustus Legem protulit, quam ex Codice MSto Estensi haustam dedi pag. 156. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. Ejus verba repetere heic mihi liceat: *De judicio autem Judicis tam frequenter rememoramus, quia omnino consuetudinem judicandi injuste auferre volumus. Sed tantum secundum scripturam judicent, & nullatenus secundum arbitrium suum. Sed discant pleniter Legem scriptam. De quo autem non est scripta, hoc nostrum consilium habeatur in quibusdam.* Neque satis hoc fuit Principibus publicae utilitatis & aequitatis amantibus. Ipsi eosdem Judices interdum ad se advocabant, & paterna simul & imperiosa adhortatione eos de officio debito coram admonebant. En quid Lotharius I. Augustus, dum in Urbe versaretur, erga Romanorum Judices sibi agendum proposuerit, ut est in ejus Lege XXXIX. inter Langobardicas: *Placuit nobis, ut cuncti Judices, sive hi, qui cunctis praeesse debent, per quos Judicialis potestas in hac Urbe Roma agi debet, in praesentiam nostram veniant, volentes numerum & nomina eorum scire, & singulis de ministerio sibi credito admonitionem facere.* Ita Majores nostri. Neque omittendi mihi sunt *Juices Dativi*, quorum praecipue mentio est in Chartis antiquis Romanis, ac Ravennatibus. Quos nunc *Delegatos*, sive peculiari auctoritate in causâ aliquâ datos appellamus, ii fortasse non alii à *Dativis* fuere. Et eorum quidem munus & nomen diu perdurarunt, uti etiam constabit è subsequenti Charta, quam mihi suppeditavit Codex MStus Cencii Camerarii.

B

C

D

E

Instrumentum de renuntiatione & refutatione cujusdam debiti, quam fecit Jacoba uxor quondam Gratiani Frangipani, quod debitum habuit idem Gratianus in Castro Nymphæ, Anno 1217.

**I**N nomine Domini. Anno Dominicæ Incarnationis MCCXVII. Indictione V. mense Madii die XIII. Ego quidem Jacoba uxor quondam Domini Gratiani Frangipani, mater & tutrix Johannis & Gratiani filiorum meorum, hac præfenti die, propria, spontanea-que mea bona voluntate, in præfentia Domini Petri Stephani Ciceronis, Dativi Judicis, & subscriptorum testium ad hoc specialiter rogatorum, pro ipsis Minoribus renuntio & refuto tibi Domino Sinibaldo Domini Papæ Honorii Camerario, ad opus & utilitatem præfati Domini Papæ, suisque successoribus, & Romanæ Ecclesiæ in perpetuum, idest omnem litem & petitionem, quam Domino Papæ feci, vel facere potui ac possem, videlicet de toto debito, quod Dominus Gratianus vir meus in Castro Nymphæ habuit. Et renuntio usuras, fructus, accessiones, & poenas, & generaliter quidquid undecumque & quomodocumque nomine dicti debiti a Domino Papa tacite vel expressim, specialiter & generaliter agere & petere possem quoquo modo & amodo: nec a me, neque ab aliqua persona à me summissa, vel summittenda aliquam aliquando exinde habebam quaestionem vel litis calumniam, sed semper quietus, pacificus, securus persistas in perpetuum. Hanc autem refutationem, ut superius dictum est, tibi facio, pro eo quod in præfentia supradicti Judicis, & ejus decreto & auctoritate, das & solvis mihi dictum debitum; de quo me bene

**A** quietam voco, exceptioni non soluti & recepti debiti renuntians. De quo debito, decreto & auctoritate præfati Judicis, ducentas Libras pro Johanne Scriptorio Domini Papæ Nepote solvo, pro quibus quarta pars Molendini de Septemfoliis fuerat ei obligata, & quinquaginta Libras Johanni Cinthii pro se & pro Benincasa fratre suo Domini Papæ Nepotibus solvo, pro quibus dictum Molendinum fuerat ei obligatum. Quam refutationem promitto pro me meisque heredibus ac successoribus tibi, ad opus & utilitatem Domini Papæ & Ecclesiæ Romanæ, firmam & ratam semper habere, & contra non venire, sed defendere contra omnes homines nomine bonæ fidejussionis, si opus & necesse fuerit, sub poena dupli: & poenâ solutâ hæc Chartula nihilominus firma existat. Quam scribere rogavi Nicolaum Imperialis Aulæ Scriptorium in mense & Indictione supra scripta V.

Angelus Romani de Sposa testis.

Cinthius Coni testis.

Petrus Alberti testis.

Stephanus Angeli testis.

**D** Presbyter Petrus Sanctæ Luciae testis.  
Ego Nicolaus Imperialis Aulæ Scriptorius complevi & absolvi.

Quare, etiamsi interdum nuda vox Dativus in Chartis antiquis occurrat, continuo intelligas per eam designari Judicem Dativum. Hujus rei testem dabo Chartam, cujus antiquissimum apographum in Estensi Tabulario vidi.

Placitum Forocorneliense, sive Incolense, in quo Monachi Monasterii Sanctae Mariae in Palatiolo quosdam fundos evincunt coram Olderico Misso Ottonis III. Augusti, Anno 998.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Anno, Deo propitio, Pontificatus Domini nostri Gregorii summi Pontificis & universalis Papae in Apostolica sanctissimi beati Petri Apostoli Domini Sede Tertio, sicque imperante verò Domino nostro piissimo semper Augusto Ottone a Deo coronato pacifico magno Imperatore in Italia verò Anno Tertio, die XVI. mensis Septembris, Indictione XII. Civitate Corneliense juxta Monasterium Sancte Marie, quod vocatur in Regula. Ea enim, que gesta esse videntur, ne prolixis temporibus memoriter retinere non possimus, ideo scripture vinculis annotari equum est. Igitur cum Christi auxilio dum resideret in Judicio & in generali Placito Dominus Oldaricus Subdiaconus & Missus Domini Ottonis Imperatoris, & cum eo Dominus Erardus Comes, ac singulis hominibus justicias faciendas & altercationes deliberandas; & cum eis residentibus quamque adstantibus fide data pollutibus, nec non bone opinionis & laudabilis fame Viris, quorum nomina hec sunt: idest in primis Petrus Deo annuente Dativus, & Andreas Dativus, qui vocatur de Sivero, Paulus & Hubertus atque Almenfredo germani, filii quondam Romanus Consul, Joannes Consul, qui vocatur Batus de Guandillo, Teofilarius filius Petrus Consul, qui vocatur de Acio, Joannes filius quondam Liucio Consul, qui vocatur Batus de Anastasio, Petrus filius quondam Gregorio, & Lazarus Tabellio: hi sunt omnes de Civitate Ravenna. Imolensis Erandus, qui vocatur Fiantolino, Albertus filius quondam Benno,

**A** Petrus filius quondam Salterno, Hubertus qui vocatur de Monte Cellari, Joannes qui vocatur de Engizo, Teucio qui vocatur de Monte Ruffi, Alberto qui vocatur de Aivaldo, Joannes qui vocatur de Urfa, Eldeprandus de Guillerio, Joannes Tabellio qui vocatur de Solustra, Petrus Tabellio qui vocatur de Corvaria, Joannes Cancellario qui vocatur de Bonio, Hymari Cancellario, & Mozzeriis, & Dominicus qui vocatur Teucio, Dei nutu, Tabellio, de Civitate Ravenna, & alii plures, quod longum est ad scribendum. In nostrorum predictorum omnium presentia qualiter adprehenderunt Gerardus & Racco atque Guido germani, filii quondam Guidoni, virgam in manibus illorum, & miserunt in manum Ursus Presbiter & Monachus adque Prepositus Monasterii Sancte Marie, quod vocatur in Palatiolo, & in manum meam predicto Dominicus, qui vocor Teucio, Tabellio, Avocator ejusdem Monasterii. Et dixerunt: „ Ecce refutamus vobis „ medietatem de Fundum infra scri- „ ptum, qui vocatur Armentaria, „ cum terris & vineis & cum omni- „ bus eorum pertinentiis, constitu- „ tum territorio Faventino atque Cor- „ nelienne, Plebe Sancti Stephani, „ que vocatur a Catena: sic exinde „ ipso Monasterio Sancte Marie, quod „ vocatur in Palatiolo, securo & „ quieto da nos, vel de nostris fi- „ liis & heredibus in perpetuum. „ Et insuper spondimus nos, si „ unquam in tempore nos aut no- „ stris filiis & heredibus de ipsas res „ per superlatam aliquam molestiam, „ vel

„ vel contrarietatem, vel nostram  
 „ summiffam personam in contrascri-  
 „ pto ac ubi ubilibet loco fecerit,  
 „ composituri nos esse promittimus  
 „ nos predicti Gerardus & Racco at-  
 „ que Guido germani, una cum no-  
 „ stris filiis & heredibus, ac ipso  
 „ Abbate de ipsius Monasterii, sui-  
 „ sque successoribus de denarios bo-  
 „ nos Libras triginta: & hanc spon-  
 „ sionem in sua permaneat firmita-  
 „ te. *Et ipse Ursus Presbyter & Mo-  
 „ nachus atque Prepositus pariter mecum  
 „ predicto Dominicus Tabellio ejus Advo-  
 „ cator diximus:* „ Et nos eam sic re-  
 „ cipimus & deprecamur vos omnes,  
 „ qui hoc videtis ad profuturum te-  
 „ stimonium. *Cum hoc factum est,  
 „ tunc misit Dominus Oldericus Subdiaconus  
 „ & Missus Domini Imperatoris cum  
 „ predicto Domnus Erardus Comes ban-  
 „ dum super caput ipsius Ursus Presbyter  
 „ & Monachus cum predicto Advocatore,  
 „ ut nullus homo sit ausus ipsas res in-  
 „ troire aut invadere, vel ipsum Mona-  
 „ sterium disvestire, aut nostrum bandum  
 „ infringere sine legali judicio. Et qui  
 „ hoc fecerit, sciat se compositurum Bi-  
 „ zanteos aureos centum, medietatem Ca-  
 „ mere nostre, & medietatem habeat pre-  
 „ dictum Monasterium in perpetuum. Hoc  
 „ factum est sub die & Mense & Indi-  
 „ ctione predicta duodecima, Civitate Cor-  
 „ nelienfi, juxta Monasterium Sancte Ma-  
 „ rie, quod vocatur in Regula.*

*Odalricus Subdiaconus & Missus Dom-  
 „ ni Ottonis Imperatoris hac resutatione in-  
 „ tersui & subscripsi.*

✠ *Signum magnus predicti Domni  
 „ Erardus Comes.*

Sed praeter haec commemo-  
 ratos, propria appellatione *Judices* ap-  
 pellatos, fuit alterum Judicum ge-  
 nus, qui & ipsi Placitis, sive Judi-  
 ciis intererant, & potestate judican-  
 di in Civitatibus fruebantur. *Scabini*

Tom. II.

A seu *Scavini*, & *Scabinei* appellati sunt;  
 eorumque nomen & munus adhuc per-  
 durat in Gallia, Germania, aliisque  
 Europae regionibus, sed minori quam  
 olim auctoritate, ut infra constabit.  
 Sub Langobardorum Regibus in Ita-  
 lia nullum mihi haecenus occurrit  
 eorum vestigium, ita ut veri videatur  
 simile, à Francorum gente ac  
 B Regibus inventum fuisse in Italicis  
 Urbes ejusmodi nomen ac ministe-  
 rium. *Judices*, quos *Scabinos* vocant,  
 legitur in Charta Anni DCCCXVI.  
 à Bignonio edita in Notis ad Ap-  
 pendic. Marculfi. Neminis autem o-  
 rigo, inter Eruditos disputata, ad-  
 huc est sub judice. Praefertur à non-  
 nullis sententia Lipsii & Vossii de-  
 ducentium hanc vocem à Germanico  
 C *Schepen*, *Judex*. Et illorum quidem  
 frequens mentio occurrit in Capitu-  
 laribus Regum Francorum, Legibus  
 Edicto. Carolus Magnus in Lege  
 XLV. inter Langobardicas, agens de  
 iis hominibus, qui propter eorum cul-  
 pam ad mortem fuerint judicati, & po-  
 stea vita eis concessa fuerit, haec ha-  
 bet: *Sed in testimonium non recipian-  
 tur, nec inter Scabinos ad Legem judi-  
 candum locum teneant.* Subsequens Lex  
 XLVI. exordium hoc praefert. *Si a-  
 licui homini post judicium Scabinorum  
 fuerit vita concessa &c.* Habemus ergo  
 Scabinos olim ad judicia Populi ad-  
 scitos, & tantâ quidem facultate, ut  
 D ex eorum judicio mors interdum ac  
 vita hominum penderet. Sed quod-  
 nam quaeso discrimen intercedebat  
 inter hosce ac supra memoratos *Ju-  
 dices*? Si doctissimos viros Vossium,  
 Du-Cangium, Bignonium, Eccardum,  
 aliosque audimus, Scabini *Assessores  
 Comitum*, *Auditores Comitum* fuere,  
 ac propterea iidem qui nuper lauda-  
 ti *Judices*. In Chartulario Besuensis

F

Mon-

Monasterii, teste Pithoeo in Glosf. ad Capitular. legitur: *Ante illustrem virum Hildegarium Comitem, seu Judices, quos Scabineos vocant. Et profecto secundum Legem Langobard. Caroli Magni CXVI. nullus ad Placitum acciri jubetur, nisi qui caussam suam quaerit, exceptis Scabinis septem,*

A qui ad omnia Placita esse debent. At tamen statuendum contra mihi videtur, alios à Judicibus supra descriptis fuisse Scabineos; idque elucere potest tum ex Chartis infra producendis, tum ex una authentica, quam è Tabulario Archiepiscopii Lucensis olim descripsi.

Judicatum Petri Episcopi Arretini, aliorumque Missorum Imperialium,  
Lucae emissum pro Gariperto Custode Ecclesiae Sancti  
Cassiani Anno 865.

**D**Um Domnus Hludowicus serenissimus Augustus partibus Tuscie Missi directi fuissimus nos Petrus venerabilis Episcopus sancte Aretine Ecclesie, seu Johannes Sacri Palatii... & Angelarius, & Winigifum Comes, singulorum hominum justitias faciendas & deliberandas; & cum venissemus Civitatem Lucam, ressedente ego Petrus Episcopus in judicio in domo ipsius Episcopi in caminata una simul cum Gheremia Episcopus ipsius Civitatis, ressedentibus nobiscum Ademarius & Eriprandus Vassos Domni Imperatoris; Alpertus &c. Judicibus Sacri Palatii; Filoardus & Teofredus Scavinis Lucensis; Conradus Vassus Imperialis; & reliqui. Ibi in nostra venerunt presencia, idest Guripertus Diaconus Custodem Ecclesie Sancti Cassiani una cum Rumoaldo Advocato ipsius Ecclesie, nec non & Audiprando de Vico, qui dicitur Basilica, altergacionem inter se abentes. Dicebat ipse Garipertus Diaconus & Rumoaldi Advocato ejus: Iste Audiprando malo ordine & contra Lege abet & detinet casas & res in eodem loco Basilica, ubi ipse inhabitat, que legibus parti ipsius Ecclesie pertinet abendum. Unde perimus ab eo justitiam. Respondebat ipse Audiprando: Veritas est, quia abeo &

B teneo casas & rebus illis in predicto loco Basilica, sed non contra Lege, eo quod ecce Cartula ic presenti abeo, qualiter mihi quondam Eriprandi casas & res ipsas dedit. Et cum ea relegi fecissemus &c. Cartula ipsa relecta, dixerunt ipsi Garipertus Diaconus & Rumoaldus Advocato: Vere casas & rebus ipsi abere non debes, quia tue proprie numquam fuerunt, nec tu ipsis jam dicto Eriprandi nullo modo venundare potuisti, & per concludium ipse Eriprandus tibi ista Cartula emisit: ideo tu Legibus cur abesse non debes? Hoc dicto, tunc nos Auditores interrogavimus eum, si potuisset adprobare, quod casa & res ipsas per treginta annos quid ipse, quid genitor ejus, quid Eriprandus abuissent & possedissent ad proprietatem. Qui dixit & professus est, quod non posset. Cum ipse Audiprando ita pro si testatus, iterum interrogavimus ipsum Guribertus Diaconus & Rumoaldus Advocato ejus, si potuissent adprobare per testimonia, aut per inquisitionem, quod de ipsa casa & res infra istos treginta annos ipsa Ecclesia vestituram abuisset aut possedisset. Qui dixerunt, quod sic potuissent. Et statim dedit wadia ipse Rumoaldus ita ad probandum. Et statim in nostris presentibus presentavit testes



res da parte jam dicte Ecclesie; id sunt Eudo, Fredulfo, & Johannes; & dum eos boni & receptibiles invenissemus, per Sefemundus & Gelmannus & Petronem suorum abentem Widrigildum; & dum eos jurare facere debuissemus, cecidit ad pedes ipsius Geremie Episcopus, & dixit: Vere concredō me Audiprando, quia casa & res ipsas proprie sunt ipsius Ecclesie Sancti Cassiani, & mihi, nec ipsius quondam genitori meo, nec ipsius quondam Eriprandi, nihilque pertinuerunt, nec pertinet, & nullatenus ipsis defendere possum. Cum ita semel & bis profiteretur, paruit nobis esse recte, & judicavimus, ut abere deberet pars ipsius Ecclesie Sancti Cassiani casa & res ipsas, unde agebantur. Et anc noticia pro securitate predictę Ecclesie facere admonuimus.

Quidem & ego Poto Notarius scripsi, Anno Imperii Domni Hludowici Quintodecimo, Mense Aprilis, Indictione XIII.

Ego Petrus Episcopus & Missus ibi fui.

Ego Hieremias Episcopus ibi fui.

Alpertus Notarius Domni Imperatoris interfui.

Thomas Notarius Domni Imperatoris interfui.

A Ego Telmundus Scavinus Domni Imperatoris interfui.

B Hic habes primo *Judices Sacri Palatii*, tum *Scabinos*. Idem quoque animadvertere potuisti in altera Charta Lucensi Anno DCCCCXV. exarata, quam supra evulgavi. Eā ergo ratione diversos fuisse *Judices* illos à *Scabinis* ad credendum ducor, quod primi à Rege seu Augusto constituerentur; secundi à Populo cujuscumque Civitatis eligerentur: quem morem adhuc ultra montes servatum video. Propterea illi pręstantiores, ac primo loco in Actis publicis memorati. Placitis nonnullis Chronici Vulturvensis Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. pag. 443. & seq. interfuisse videas *Ansaricum Sclabum*, *Josephum Sclabum* &c. Ne puta illic memorari *Servos*, quos a multis Saeculis *Schiavi* appellamus, voce acceptā nescio num ex Populis *Slavis* in captivitate deductis, an ab alio fonte. Nihil aliud ibi *Sclabi* sunt, nisi *Scabini* hactenus memorati. Adtexo alteram Chartam, cujus archetypum in eodem Lucensi Tabulario vidi.

C

D

### Sententia Amedei Comitis Palatii in Placito Florentiae habito adversus nonnullos usurpatores bonorum Lucensis Ecclesiae, Anno 897.

Dum ad preclaram potestatem Domni Lamberti piissimi Imperatoris Missus directus fuisset in finibus Tuscie Amedeus Comes Palatii, & cum venisset Civitate Florentia in domum Episcopii ipsius Civitatis, in atrio ante Basilica Sancti Johannis Baptiste, iniri resideret una simul cum Adelbertus Marchio, singulorum hominum justitias faciendas ac deliberandas, residentibus cum eis Helbingus sanctę Par-

E mensis, Lupus sanctę Senensis, Hedelbertus sanctę Lunensis, Geosulfus ipsius Civitatis, venerabilibus Episcopus, Johannes, Eriteu, Adelbertus Judices Domni Imperatoris, Winicheldus filio bone memorie Feruli, Rodelandus, Sichelmus & Gisilbertus Vassalli superscripto Adelberti Marchioni, Teudifrasiu Comes ipsius Civitatis, Rotari & Petrus Scavinis ipsius Civitatis, & reliqui multis. Ibi que in eorum ve-

nerunt presentia Petrus Episcopus Lu-  
 cenfis una cum Teupertus Advocato suo,  
 vetullentes hac . . . . ., seo quondam  
 „ Sifomundi & Offo germanis deti-  
 „ nent res Sancti Martini Ecclesie  
 „ nostre in Valiano: Adelfridus de-  
 „ tinet Ecclesia Sancte Marie in Fe-  
 „ roniano &c. Fraolmo cum suis con-  
 „ fortis detinet res Sancti Martini  
 „ prope Civitatem Luca: Filii Aut-  
 „ berti detinent &c. Filii Petri de-  
 „ tinet res Sancti Martini in Garfa-  
 „ niana &c. Isti omnes omnes deti-  
 „ nent jam dictas res per denomina-  
 „ tas locas, qui pertinent de Epi-  
 „ scopio nostro. Nescimus per qua  
 „ causam . . . . . sicut audivimus, vel-  
 „ lent dicere, quod exinde libellos  
 „ aberent. Quero ut veniant, & di-  
 „ cant pro qua causa ipsas res deti-  
 „ nent, & mihi exinde justitiam fa-  
 „ ciatis, ego Petrus Episcopus cum  
 „ meum Advocatorem jam per mul-  
 „ tis Placitis presentia Missi Impe-  
 „ rialis, seu Comitum, & modo per  
 „ tres vices nostri presencia adessent,  
 „ klamavimus; set umquam mini-  
 „ me eos ad Placitum abere potui  
 „ cum eis standum in rationem. Cum  
 ipse Petrus Episcopus una cum Teuper-  
 to Advocato ejus taliter reclamassent,  
 tunc ipse Amedeus Comes Palacio &  
 Missus, & Adelbertus Marchio & Co-  
 mes, direxerunt Missum de eorum pre-  
 sentia ad ipsis omnibus, interesse fieri  
 eodem Placito perquirere; set eos mini-  
 me invenerunt, vel ad Placitum habere  
 potuerunt justitiam faciendam. Et cum  
 eis non invenissent, tunc ipse Amedeus  
 Comes Palacio & Missus, & Adelber-  
 tus Marchio & Comes, per fuste, quas  
 in suas tenebant manibus, ipsi Dominus  
 Petrus Episcopus & Teupert Advocato-  
 re ejus de predictis casis & rebus &  
 Ecclesias, seu . . . . . ipsius Episco-  
 pii Sancti Martini investiverunt ad de-

A tinendum, salva querimonia eorum o-  
 minibus. Insuper & ipsi Amedeus Co-  
 mes Palacio & Missus, & Adelbertus  
 Marchio, miserunt bannum Domni Im-  
 peratoris in Mancofos aureos duo milia  
 super ipsis casis & rebus, Ecclesias &c.  
 ut nullus ipsius Episcopii Sancti Mar-  
 tini sine legali judicio exinde disvestire,  
 aut ullam invasionem facere presumat &c.  
 B predictos duo milia Mancofos se esse  
 composituros, medietatem Camere Regis,  
 & medietatem parti ipsius Ecclesie &c.  
 Quidem & ego Leo Notario & Ju-  
 dex Domni Imperatoris ex Judicium ad-  
 monitione scripsi . . . Domni Lamberti,  
 Deo propicio, Sexto, IV. die Mensis  
 Marci, Indictione XV.

C Signum manus Amedei Comitum Pala-  
 cio & Missi, qui ut supra interfuit.

Signum manus Adelberti Comiti &  
 Marchio, qui ut supra interfuit.

Johannes Judex Domni Imperatoris  
 interfuit.

Adelbertus Judex Domni Imperatoris  
 interfuit.

D Italiam Sacram Ughellii tantisper  
 adeamus, ut nomina Episcoporum,  
 qui huic Placito interfuere, illic ag-  
 noscamus. Parmensis ab eo appella-  
 tur Elburgus aut Helbringus: in Char-  
 ta nostra Helbingus ei nomen est. Lu-  
 nensis Episcopus apud eundem U-  
 ghellium vocatur Odelbertus: heic He-  
 delbertus. Praefulem Florentinum il-  
 le nuncupat Grasolfum: Charta haec  
 Geofsulfum. Denique ad ea tempora,  
 hoc est ad Annum DCCCXCVII.  
 E nullum Ughellius Lupum Senensem E-  
 piscopum recenset, quem tamen Do-  
 cumentum hoc nobis disertissime in-  
 dicat. Is quidem ad Annum DC-  
 LXXXIX. Lupum Episcopum Senae sta-  
 tuit; sed vereor, ne extra chorum,  
 hoc est, ne Lupus ille idem sit, qui  
 nunc nobis ad Annum DCCCXCVII.  
 occurrit. Interea vidimus Rotari &  
 Petrus

*Petrum Scavinos Florentinae Civitatis, & sane distinctos à Judicibus Domni Imperatoris: quod satis monitos nos facit, fuisse Scavinos Magistratum peculiarem cujuscumque Civitatis. Et revera ad eorum electionem universi etiam Populi consensus exigebatur. Praesto heic nobis est Lex XLVIII. Lotharii I. Augusti inter Langobardicas, his verbis concepta: Ut Missi nostri, ubicumque malos Scavinos invenerint, ejciant; & cum totius Populi consensu in eorum loco bonos eligant. Et quum electi fuerint, jurare faciant, ut scienter injuste judicare non habeant. Qui contra Judices Sacri Palatii appellabantur, ii electionem atque auctoritatem suam uni Regi sive Impe-*

*ratori acceptam referabant. Propterea se pariter inscribere consueverunt Judices Domni Regis, aut Domni Imperatoris. Interdum quoque memorantur Judices Palatini. Vide infra in Dissertat. LXX. de Cleri immunitate. Hos doctissimus Du-Cangius verbo Judices eos fuisse arbitratur, qui judiciis aderant habitis à Comite Palatii. Sed nihil ejusmodi distinctione opus fuit; judiciis enim intererant, prout occasio ferebat, tam Palatini, sive, quod idem est, Judices Sacri Palatii, uti & Judices Domni Regis: uti constabit ex altero Placito, quod autographum servatur in Tabulario saepe laudati Archiepiscopi Lucensis.*

Placitum Lucae habitum ab Huberto Marchione Tusciae & Comite Palatii, ubi sententia fertur pro Conrado Episcopo Lucensi Anno 941.

**D**Um in Dei nomine, Civitate Luca, ad Curte Domni Hugoni Regis, in solario ipsius Curtis, ubi Dominus Hugo & Lotharius filio ejus, gloriosissimis Regibus praeessent, in capite laubie longane.....locui prope Ecclesiam Sancti Benedicti, & prope Capella ipsius solari, que vocatur Sancti Stefani, in judicio resideret Hubertus Marchio & Comes Palati, singulorum hominum justitiam faciendam ac deliberandam, sedentibus cum eo Adelbertus Lunensis Sancte Dei Ecclesie venerabilis Episcopus; Walpertus, Duranti, Johannes &c. Judices Domnorum Regum; Gumpertus &c. Vassalli Adelberti Episcopus, & reliqui plures. Ibiq; eorum veniens presentia Conradus Episcopus Sancte Lucensis Ecclesie, una cum Johannes Judex Domnorum Regum, ejus & ipsius Episcopo Advocatus, & retulerunt: „ Jam

**C** „ plures vices nos, & meo Conradi „ Episcopo antecessor cum suo Ad- „ vocatore reclamavimus ad Comes „ istius Comitatus Pifensi, & ad „ Domnum Ugonem & Lotharium „ gloriosissimi Regibus, seu ad vos „ Ubertus Marchio & Comes Pala- „ ti, ut nobis justitiam fecissetis de „ Johannes filio quondam Roselmi „ Clericus de Civitate Pifa, qui „ Rabia vocatur, quod parti nostro „ Episcopo malo ordine & contra „ Lege detinet casis & rebus illis „ tam infra eandem Civitatem Pi- „ fa, quamque & foris in locas & „ fundas &c. de fluvio Arno, quas „ condam Adelbertus Scavino de lo- „ co Capelle tenuit: unde ei injus- „ tum fuit, ut a Palatium venisset „ nobis justitiam faciendam; set eum „ minime umquam a Palatium abe- „ re non potuimus. Unde querimus,

ut

ut vos Ubertus Marchio & Comes Palati nos a parte ipsius Episcopo Sancte Lucensis Ecclesie de ipsis casis & rebus &c. salva custodia investiatis, consueque ipse Johannes a Palatium venerit, & nobis justitiam fecerit. Cum ipsi Cunradus Episcopus & Johannes Judex, ejus & ipsius Episcopo Advocatus taliter retulissent, recordatus est ipse Ubertus Marchio & Comes Palatii, quod ita eos reclamare vidisset; set eundem Johannem per ipsum Placitum in..... seu vociferare; & cum eo non invenisset, tunc per fustem, quem suis tenebat manibus, eosdem Cunradum Episcopum & Johannes Judex Advocato ejus & ipsius Episcopo Sancte Lucensis Ecclesie de ipsis casis & rebus, unde se clamabant, salva querela, investivit eo usque ipse Johannes ad Placitum venerit, & eorum justitiam fecerit. Insuper misit bannum Domnorum Regum super ipsis casis & rebus in Mancosos mille, ut nullus quislibet magna parvaque persona predicto Episcopo Sancte Lucensis Ecclesie desvestiad sine legali judicio. Qui vero fecerit, predictos mille Mancosos auri se cognoscat esse compositurus, medietatem parti Camere nostre, & medietatem predicto Episcopo Sancte Lucensis Ecclesie, & anc notitia pro securitate ipsius Episcopo fieri jussimus.

Quidem & ego Adelbertus Notarius Domnorum Regum, ex jussione suprascripto Uberto Marchio & Comes Palatio, & Judicum amonicione scripsi Anno Regni Domni Hugoni, Domnorum Hugoni & Lotharii filio ejus, gratia Dei Reges, Deo propitio, Domni Ugoni XV., Domni Lotharii vero X. Hoftavo Kalendas Aprilis, Indictione XIV.

Signum manus suprascripto Uberti Marchio & Comes Palati, qui ut supra interfui.

Walpertus Judex Domnorum Regum interfui.

A Johannes Judex Domnorum Regum interfui.

Angelbertus Judex Domnorum Regum interfui.

Teupertus Judex Domnorum Regum interfui.

B Huic judicio praeest Hubertus Tusciae Marchio, & Sacri Palatii Comes; qui tamen cum eo ad judicandum confident, non Judices Palatini, sed quidem Judices Domnorum Regum appellantur. Alia Placita à Comitibus Palatii habita produxi tum in Antiquitatibus Estensibus, tum in Differt. VII. & alibi; singula autem fidem faciunt, promiscue Judices iis affidentes, modò Sacri Palatii, modò Domni Imperatoris Judices nuncupari. Itaque in eam potius opinionem feror, alios creatos fuisse Judices à Comitibus, & praecipue à Comite Palatii, qui Judices Palatini, sive Sacri Palatii sunt appellati. Alii verò à Rege aut Imperatore Judices creabantur, qui propterea Judices Domni Regis, aut Domni Imperatoris vocari consueverunt. Vide in Differtat. LXX. de Cleri immunitate. Placitum Anno Christi DCCC.

D LXXX. Novocomi habitum, cui subscribunt tres isti Judicum Ordines. Occurrunt aliquando in antiquis tabulis & Judices publici. Hos Clariss. Bignonius in Notis ad Marculfum Tom. 2. pag. 878. Capitular. Judices Saeculares fuisse scribit, laudans Capitulare Caroli Magni, ubi Ecclesiasticis ii opponuntur. Ut omnes justitias faciant tam Publici, quàm Ecclesiastici. Haec ille, ejusque sententiae subscribendum; non autem Du-Cangio scribenti, ideo Publicos fuisse appellatos, quod Judices constituerentur per conventionem publicam, ut habet una ex Alamannicis Legibus. Secundum morem Francorum, à quibus Juri Langobardico multae accessiones factae sunt.

fuerunt, immo & secundum Romanos, idem erat olim *Judex Publicus* ac *Judex Regis*, sive *Imperatoris*, quod infra in Dissertat. XVIII. de *Republica* animadvertam, quaerens quid nomine *Reipublicae* olim significaretur. Redeo ad *Scabinos*, quos Lotharius I. Augustus in Lege XLIX. eligendos jubet *adjutores Comitum*, qui meliores & veraciores inveniri possunt. In subsequenti Lege etiam statuitur, ut *quicumque de Scabinis deprehensus fuerit propter munera, aut propter amicitiam injuste judicasse*, ad Regem rationem redditurus mittatur; reliquis vero Scabinis denuntietur, ut ab iniqua hujusmodi nundinatione abstineant. Praeterea decrevit idem Imperator Lege XII. ut *Cancellarii*, sive *Notarii*, ad majorem Actorum suorum fidem Chartas publice conscribant *ante Comitem, & Scabino, & Vicarios ejus*. Quod si quis liberis carens extraneum facere heredem cupiebat, secundum Legem XCIV. Caroli Magni *coram Rege, vel Comite, vel Scabino, vel Misso Dominico* postremam hanc suam voluntatem exponere jubebatur. Complures Chartas vidi Contractuum inter privatos homines celebratorum, quibus tamen interest aliquis Scabinus, perinde quasi tunc illo munere fungerentur, quo electi à Republica Mutinensi nunc appellantur *Giudici di Autorità*. Unam tantummodo commemorabo, quae mihi olim videndam se praebuit in Tabulario Monasterii Veronensis Sancti Zenonis. Scripta fuit *Regnantes DNN (idest Domni nostri, vel Domnis Nostri) Carolo & Pippino filio ejus, viris excellentissimis Regibus Langobardorum in Italia, Anno eorum XXXIII. & XXV. die quintodecimo intrante mense Januario, Indictione XIV. hoc est, Anno Christi DCCCVI. Duo heic animadvertite. Primum, quam nempe*

A antiqua sit formula *intrante mense*. Alterum, unico *Langobardorum Regis* titulo heic donari Carolum Magnum, quanquam is ab aliquot annis *Imperatoris* nomine ac dignitate fulgeret. Mutinensem Chartam infra in hac ipsa Dissertatione evulgabo, in qua eandem omissionem deprehendes. Quare non tam cito à Criticis intentanda lis Chartis, quod in aliquo à ceterorum Notariorum consuetudine discedant. Erant in eodem Archivo aliae similes Chartae. Unam vidi exaratam *Regnantes Domnis nostris Karolo & filiom ejus Pipinom Reges in Italia Trigesimo & Vigesimo secundo mense Magii, per Indictione X. idest Anno Christi DCCCII. Alteram similem commemoravi in Dissertat. LXVII. de mod. acquirendi. Addo & tertiam, cujus archetypum se se mihi obtulit in Tabulario Canonorum Regularium Pistoriensium, Monasterium Sancti Bartholomaei incolentium. Scripsit eam Notarius Regnante Domino nostro Carolus vir excellentissimo Rege Francorum, & Romanorum, adque Langobardorum, Annus Regni ejus in Dei nomine in Italia, postquam Papia Civitate ingressus est, Trigesimo primo; & filius ejus Dominus noster Pippinus gratia Dei Rex Langobardorum, Annus Regni ejus Vigesimo quarto, per Indictione XII. feliciter. Constat me Durduno Presbiter filius quondam Basili Custodes Ecclesie beatissimi Sancti Petri intra hanc Pistoriu Civitatem &c. Notae istae Annum Christi DCCCIV. produnt, quo Carolus Magnus à quatuor annis Imperator erat. Hisce accedat Charta, quam in Archivo insigni Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Majoris Mediolani vidi scriptam *Regnantes Domni nostri vere excellentissimi Carolo & Pippino Regibus in Italia, Anno XXIX. & XXII. mense Aprilis, Indictione XI. hoc**

B

C

D

E

hoc est Anno DCCCIII. Hae omnes pergamenae exaratae, postquam Carolus Magnus ad Imperialem dignitatem fuerat euectus. Redeo nunc ad Chartam Anno DCCCVI. conscriptam. Complectebatur illa contractum venditionis, cui interfuit *Lopo Scavinus Civitatis Brixianae*. En ut etiam privatorum actibus Scabini intererant. Fortuito-ne id factum fuerit, an ex imperio Legis alicujus, decernere non ausim. Supra innui, statutum fuisse, ut singulis Placitis *septem Scabini* interessent. Immo Ludovicus Pius in uno è suis Capitularibus *duodecim Sca-*

A *binos* Placito cuidam affuturos constituit, dum tot Comes in Civitate numeraret; alioqui numerum hunc implendum vult à melioribus illius Comitatus. Verùm sive Leges istae parum exacte observarentur, sive Scabinos identidem caussae nonnullae impedirent: rarò *Septem* ex iis intererant, & nullus interdum adfuisse invenitur. Cujus rei, utut multa exempla sparsa hoc Opus exhibeat, duo tamen in praesentia exerere placet, è supra laudati Archivi Lucensis Tabulario deprompta, ubi ea archetypa vidi.

Judicatum Rodingi Episcopi Lucensis & Maurini Comitis Palatii  
Missorum Imperialium occasione permutationis  
agrorum, Anno 840.

**D**um in Dei nomine, Civitate Luca in Curte, que dicitur Regine, in judicio resederimus nos Rodingus Episcopus, & Maurinus Comes Palatii, Missi Domni Hlotharii perpetui Augusti, cum Agano Comite, residentibus nobiscum Paulo, Martino Judicibus, & Prando, Guniperto, Asprando, & Teutperto Vassis Domni Imperatoris, Johannes, & Adelbero Scavinis Widoald Presbiter, Auderannus Archidiaconus, Gautpert Notarius, Wilhelmus, Ildepertus, & reliqui plures. Venerunt ibi in nostris presentis Giselmarus Vassus Domni Imperatoris, qui Ecclesie Sancti Silvestri foris Porta usque Civitatis, que dicitur Sancti Petri, praesse videbatur, una cum Framanno Advocato ipsius Ecclesie, nec non & Andreas Advocatus Monasterii Sancti Jacobi, a quondam Jagobo Episcopo fundati, altergationem habentes. Dicebat ipse Framannus: „ Solarium illum cum „ area, in qua extat orto, insimul „ se tenet ibi ad Monasterium San-

C „ ti Jacobi, fuit area & ortum ipsum Ecclesie nostre Sancti Silvestri, „ unde jamdudum contencio facta fuerat ad jam nominato Jagobo, dum „ effet di..... Set Dominus Imperator commendavit, ut ipsa commutacio rumpetur. Ideo querimus „ solarium ipsum & ortum recolligere ad parte Sancti Silvestri, super qua contencionem jam tribus „ vicibus super accessimus. Respondet ipse Andreas: „ Certe de commutacione, quam dicis, Dominus Imperator frangere comendasse nescio. „ Set dico, quod verum est, vos ad „ partem Sancti Silvestri tenetis utrumque illud, quod Jacobus ibi „ dedit, & campum illud, qui se cum „ ipso solario tenere videtur, quam „ recipiat ad vicem, quod rectum esse non videtur; set solarium & „ ortum insimul se tenente, quod queritis, non fuit de eadem commutacione, set semper probrietas fuit „ jam nominati Jacobi, qui ipsum „ con-

„ construxerat Monasterium. Cum taliter agerent, fecimus nobis commutationem ipsam relegi, & contenebatur, ultra quadraginta annorum emissa fuisset. Hac relecta, dum ambe partes nullum testem propter longinquitatem inde dare professi sunt, iudicatum est ad nostris Scavinis, ut ipse Andreas Advocatus predictæ Ecclesie Sancti Jacobi, qui ipsam habebat vestituram, diceret juratus a Dei Evangelia cum sacramentalibus suis juxta Legem, qualiter area illa, ubi ipse solarius edificatus est cum orto, unde agebatur, non fuisset de ipsa commutatione, sed probrietas fuisset predicti Jagobi, & per quadraginta annos pars Monasterii Sancti Jagobi possedisset ad probrietatem, & plus Legibus pertinere ad ipsum Monasterium ad abendum, quam parti Sancti Silvestri ad redendum. Et taliter eidem Fraimanno wadium dedit. Posito constituto in statuta die venerunt ambe partes denuo nostri presencia, & aducta sancta Dei Evangelia fecit ipse Andreas Advocatus sacramentum ipsum, sicut wadium dederat, cum sacramentalibus suis juxta Legem. Dato sic sacramento iudicatum est, ut juxta eorum altergationem pars predicti Monasterii San-

A *cti Jacobi eundem solarium & area &c. & hanc nunc usque habuit, in antea habere & possidere deberet. Et finita est causa. Et hanc noticiam pro securitatem predicti Monasterii facere commonuimus.*

B *Quidem & ego Gaidus Notarius ex dictato supradicti Martini scripsi, Anno Imperii Dominorum nostrorum Hludowici & Hlotharii Imperatorum in Dei nomine Vigesimo Septimo, & Vigesimo Primo, mense Februario, Indictione III.*

*Ego Hrodingus Episcopus interfui.*

*Signum manus Maurini Comitis Palatii, qui in his actis interfui.*

*Martinus Notarius Domni Imperatoris interfui.*

*Ego Johannes Clericus Scavinus iui sui, &c.*

C *Duo tantum Scabini in hoc Placito numerantur: & ex iis Johannes Clericus infra appellatur; quod sine animadversione dimittendum non est. Alios tamen Scabinos Clericos alibi inuenimus, & praecipue in Differtat. XXXVI. de Precariis. Heic praeterea animadverte, Aganum Comitem Lucensem actis iis pro more interesse, & Scabinos eisdem recenserit post Judices. Accedat nunc alterum monumentum.*

### Charta Placiti Lucensis habiti ab Adelberto Duce Tusciae pro controversia bonorum inter Episcopatum Lucensem, & Firmum Gamperti filium, Anno 873.

I **N** nomine Domini. Dum Adalbertus Dux resedisset in iudicio hic Civitate Luca, in caminata de Curte Ducalis una cum Ghiselfri & Johannes Schabinis ad singulorum hominum causas audiendum & deliberandum, ubi nobiscum aderant Chunerado, & Sisemundo, seo Fraiperto Vassi Domni Imperatoris, Fraolmi, Flaiperto Clerico, Auberto, Auderamo, Adalpaldo, Ardolfo, Anfridi, Hilmerando, Aliprando, & Filippo germano.  
Tom. II.

E *nis, & Alatco, Ato Petrus de Wamo, Adalfridi, Georgius, & Alalpertus Notarius, Rapprando qui & vocatur Teuperto, Teupaldo, Lucifridi, Ostrifuso, & reliqui plures. Ibiq; eorum presantia veniebat Firmo filio bone memorie Gumperti, & ex alia parte Eriteo Advocatus Episcopatus Sancti Martini. Cepit ipse Firmo dicere: Volo justitiam accipere ab isto Eriteo Advocatus, eo quot parte Ecclesie Sancti Marti-*

ni domus Episcopatus & detinet ca-  
se & rebus illis in loco & finibus  
Turingo, quas mihi pertinere debent  
per istas Cartulas, quas hic pre ma-  
nibus abeo. Faciatis eas relegi. Et  
cum eas legi fecissemus, contenebatur in  
unam ex ipse Cartule inter reliquas,  
qualiter quondam Uppertus Diaconus fi-  
lio quondam Frazelli per Cartulam ve-  
nundaverat ac tradiderat Chuniperti &  
Ghisulfi Diacono germanis filii bone me-  
morie Romualdi, idest casa & Curte  
sua domnicata, quas abuit in loco &  
finibus Turingo cum fundamentis & u-  
niversis fabricis suis seu Curtis, artis,  
terris, vineis, silvis, virgareis, pratis,  
pascuis, cultum vel incultum &c. pre-  
zium recepisset argentum Solidos mille in  
presinito &c. Scripta fuerat de manibus  
quondam Rachisoni Notarii Anno Im-  
perii Domni nostri Hlotharii magni  
Imperatoris, Deo propitio, Imperii  
ejus, postquam in Italia ingressus est,  
Vigesimo Quarto, Tertium Nonas  
Magii, Indictione Nona (a) &c. In  
alia vero Judicati Cartula contenebatur  
inter ceteras, qualiter suprascripto Ghi-  
sulfo Diacono pro anime sue remedium  
judicaverat adque confirmaverat in pote-  
state suprascripti Firmi, idest portio-  
nem . . . . de casa domnicata in preno-  
minato loco & finibus Turingo &c. Et  
Cartula ipsa judicati rescripta fuerat &c.  
Anno Domni nostri Hludowici ma-  
gni Imperatoris Vigesimo Secundo, Ka-  
lendas Magias, Indictione IV. (b) &c.  
Interrogavimus ipso Eriteo Advocatus,  
quit ex hoc dicere voluisset, quibus ipse  
dixit: Nescio casis & rebus, de quas  
dicis. Cum hoc dixisset, tunc per no-  
strum iudicium . . . Firmo Eriteo Ad-  
vocatus wadium decasis & rebus ipsis  
mustrandis, & Eriteo dedit wadium pa-  
ratus esset, res ipsa videndum, & ve-  
meare ad Placito &c. In constituto vero

(a) Hoc est, Anno 846.

A die utraque parte reversi sunt ante nos.  
In iudicio cepit ipse Firmo dicere: Ec-  
ce me paratus . . . . vocatus, ut po-  
nas mihi rationem de casis & rebus  
ipsis, quas ei monstravi, & super ac-  
cessimus. Ad hec dicebat ipse Eriteo  
Advocatus: Vere casis & rebus ipsis,  
quas . . . detinet parte Episcopatus San-  
cti Martini. Set volo inquirere pars  
ipius Episcopatus, si per possessione aut  
per nonimen, aut pro qua rationem eas  
detinere . . . . . Et dum taliter dixisset,  
tunc per nostrum Iudicium dati at ipso E-  
riteo Avocati una de eidem Firmi inqui-  
rendum parte ipius Episcopatus Sancti  
Martini &c. Igitur in in constituta die  
. . . . . ipius Episcopatus Sancti Marti-  
ni presentia Gherardi hujus sancte Lu-  
cane Ecclesie humilis Episcopus, seu  
C ante nos qui supra Schabinis, ubi no-  
biscum aderant suprascripto Chunera-  
do &c. & reliqui, cepit ipse Firmo di-  
cere: Ecce me paratus ab isto Eriteo  
Advocato . . . . . de casis & rebus il-  
lis in loco ac finibus Turingo, sicut  
mihi wadia dedi & mihi pertinet,  
quod obvinet per istas Cartulas; fa-  
ciatis eas iterum legi. Et cum eas i-  
D terum legi fecissemus, contenebatur &c.  
Professio hec facta, rectum paruit nobis  
qui supra Iudicibus, una cum reliquis  
nobiscum adessentibus. Ita Judicavimus  
ut liceat parti . . . . . sine contradictione  
suprascripti Firmi iusta suam professio-  
nem & manifestationem, permaneat e-  
zinde contestos seu remotos. Unde unc.  
. . . Anno Imperii Domni nostri Hludo-  
wici magni Imperatoris, Deo propitio,  
Imperii ejus, Vigesimo Quarto, V. Ka-  
lendas Julias, Indictione VI.

Ego Johannes Scavino in is habitis  
interfui.

Sesemundo ibi fui.

Ego Teupertus ibi fui.

Ego Ermito ibi fui.

Ego

(b) Hoc est, Anno 871.



Ego Fraolmi ibi fui.

Ego Eripvandus ibi fui. &c.

Heic interleritur altera Charta scripta Anno Imperii Domni nostri Hlotharii magni Imperatoris, postquam in Italia ingressus est, XXIV. Tertio Nonas Maji, Indictione IX. idest Anno 846. Cur hoc adnotatum velim, infra edifferam. Interea ex his Chartis, uti ex aliis, certiores facti sumus, non ejus necessitatis fuisse Septem Scabinorum praesentiam ad Placita, ut minori cum numero celebrare haec minime liceret. Sed quod ejusmodi Magistratum auctoritatem luculentius proderet potest, fuit ipsis tribunal proprium cum facultate dirimendi aliquas causarum species. In Lege LXIV. Langobard. Lotharii I. Imperatoris agitur de *Causidicis*, qui nec ad iudicium Scabinorum acquiescere, nec blasphemare

A *mare volunt*, hosti est appellare, uti Du-Cangius interpretatur. Itidem in Lege XCII. Caroli magni: *Si quis causam judicatam repetere in mallo praesumpserit, duodecim ictus à Scabinis, qui causam ipsam prius judicaverint, accipiat.* Ergo in prima instantia lis ad Scabinos deferebatur; tum ad *Mal-lum*, sive ad publica solenniaque iudicia, à Comite sive à Missis Regiis celebrata. Immo & ipsis licuit habere Placita: quod eorum dignitatem illustriorem etiam exhibere nobis potest. Deo consuetudinis hujus exempla mihi fortè oblata, ut ego lubenter amplexus sum, ita non ingrata Lectori futura spero. Prioris archetypum in saepe laudato Archivo Lucensis Archiepiscopi mihi exhibitum est, ubi tres Scabini una cum Ambrosio Lucensi Episcopo Placitum habent.

Charta Placiti Lucensis coram Scabinis, in quo controversia dirimitur de portione rerum Racchisi Presbyteri, Anno 847.

D Um nos, in Dei nomine, Ardo, Adelperto, & Gherimundo Scabini adresidentes in lucho hic Civitate Lucana, cum viro venerabilis Ambrosii Episcopus dicte Civitatis, resedentibus nobiscum Heriprandus, Hildiperto, Ostiperto, Teudimundo, Ardimanno &c. & reliquos plures. Venitque ibi ante nos Wittingo Advocatus Ecclesie Sancte Marie, sito loco Campulo, pertinens Episcopatu Sancti Martini istius Civitatis Lucensis, & alia parte Rachiprando Presbytero & Andreas germanis, simul Toto Advocatus eidem Rachiprandi Presbyteri, abendum inter se altercationem, dicendum nobis Wittingo Advocatus suprascripte Ecclesie Sancte Marie: „ Iste Rachiprando Presbytero & Andreas germanis abent injuste portio rebus, qui fuit quondam Rac-

D „ chisi Presbyteri filio quondam Cosperti Presbyteri, quas Legibus „ pertenes Ecclesie Sancte Marie sita Campulo, unde sum Advocatus. Unde quero haccipere justitiam. Respondebat ipse Toto Advocatus suprascripti Rachiprandi Presbyteri, simul & ipse Andreas: „ Abet iste Rachiprando Presbytero & ego Andreas, portio rebus, qui fuit eidem „ Racchisi Presbytero, eo quod ipse „ Racchisi Presbytero noster fuit propinqui & parentes: & Legibus sub- „ cessionem omnes res nobis pertinet „ ad hereditandum. Dicebat ipse Wittingo: Vos de rebus, qui fuit eidem Racchisi Presbyteri, nulla abere debetis, eo quod ipse Racchisi Presbyteri suam portionem offeruit eidem Ecclesie Sancte Marie per Car-

3, tula. Et ecce Cartula ipsa pre  
 3, manibus ab eo. Faciatis ejus rele-  
 3, gi. Nos ita audientes, facimus no-  
 bis Cartula ipsa relegere. Contenebatur,  
 qualiter ipse Racchisi Presbitero pro a-  
 nime sue remedium, offersuerat Deo &  
 ipsis Ecclesiis & Sancte Marie portione  
 sua de res illa, qui fuit de jura pa-  
 rentorum suorum omnia & in omnibus,  
 terris, vineis, silvis, &c. Et post tra-  
 dita completa Cartula ipsa relecta, in-  
 terrogavimus nos Judices & Auditores  
 ipse Toto Advocatus suprascripti Rachiprandi Presbiteri & Andreas germanus  
 ejus: Abetis aliquid factionem de  
 parte eidem Racchisi Presbiteri, qua-  
 liter rebus ejus vobis aliquid Legi-  
 bus pertineat, ad non? Qui dixerunt  
 ipse Toto Advocato eidem Rachiprandi  
 Presbiteri & Andreas germanus ejus:  
 Nullam factionem, nec ostensio de  
 parte eidem Racchisi Presbiteri de  
 rebus ejus non abemus, nec ostende-  
 re non possumus; nec de rebus, qui  
 fuit eidem Racchisi Presbiteri, con-  
 tra..... non contendimus, eo quod  
 nulla exinde abemus, quod dicere  
 vel contendere possamus. Professio hac  
 facta, justum nobis paruit esse, reliquis  
 nobiscum adessentibus, judicavimus, ut  
 liceat pars suprascripte Ecclesie Sancte

A Marie portio rebus, qui fuerat eidem  
 Racchisi Presbiteri abere sine..... Pre-  
 sbiteri & Andrea germanis contradi-  
 ctione. Unde qualiter ante nos acta est  
 causa, & hanc notitia pro securitate  
 suprascripte Ecclesie Sancte Marie ermiti  
 previdimus, ut in eadem permaneat  
 deliberationem. Quam Adalfridi Notario  
 scribere admonuimus..... magni  
 Imperatoris, postquam in Italia ingres-  
 sus est, Vigesimo Sexto, VII. Idus Au-  
 gusti, Indictione X.

Ego Ardo Schavinu, sicut legitur,  
 interfui.

Ego Gerimundo Scavino in is actis  
 interfui.

Ego Adelpertus Scavinus in is actis  
 interfui.

C Epocha Imperii Lotharii I. in Char-  
 ta hac minime dissimilis est à prae-  
 cedente, deducta videlicet ab Anno  
 DCCCXXIII. quo is Romanam co-  
 ronam è manu summi Pontificis Pa-  
 schalis accepit. Alterum monumen-  
 tum, nunc mihi edendum, archety-  
 pum vidi in Tabulario praeclarissimi  
 Coenobii Brixiani Sanctae Juliae, in  
 quo multa deprehendas, unde judi-  
 cia illorum temporum lucem uberio-  
 rem accipiant.

Placita duo, in quibus Gifulfus Scavinus, & Bernardus Comes Vero-  
 nensis litem dirimunt inter Elimberi & alios, Anno 856.

I N nomine Domini. Dum resedisset  
 Gifulfus Scavinus de Vico Laceses,  
 per jussionem Bernardi Comiti ad Ec-  
 clesiam Sancti Marii in Vico Gussil-  
 gi, ubi cum ipso aderat Ansprand &  
 Audibert Scavinis, Garibert, Maurae-  
 ces, Ansevert, Notariis, Racpert &c.  
 & aliis plures ad singulorum hominum  
 causas audiendum ac deliberandum. Ibi-  
 que veniens ad eorum presentiam Elim-

E beri & Beluavi, & cepere dicendum  
 & interpellandum adversus Bernardo i-  
 dem qui Alemanno, & Mere Vassi Dom-  
 ni Otingo Episcopo: Quatenus Ber-  
 nardus retines res, que mihi perti-  
 net de Adelburga conjunge mea, &  
 eidem da bone memorie Ulsegausus,  
 qui fuit jugales ipsi Adelburgi per  
 Morgincap advenit. Ad hec responde-  
 bat ipse Bernardus: Nescio... hic di-  
 cis.

cis. Dum ipsis antedictis Scavinis taliter audissemus ipsum Bernardum dicentem, quod nescisset, & de qua re eum mallasset..... ut darent eidem Elimberi de ipsas res monstrandas, & dedit. Et Bernardus dedit de constituto. Inposito autem constituto conjugentes eos ambe partis presentia Bernardi Inlustri Comiti ad Monasterio Sancti Zenonis foris muro Civitatis Veronensium, ubi cum eo aderat Hodelard, Hifo, Upert Sculdafii..... Gaufo Judices, Martinus Scavinis &c. hic cepit antedictus Elimberi adversus predicto Bernardo querere justitiam: Emitte mihi rationem de ipsas res, unde tertio jam antea mallavi. Sic dedit Bernardus Inluster Comitis Missos suos de suis..... Hodelardo Sculdafio, & Gifulfo Scavino, qualiter inter eos ipsa intencionem deliberaret. Et fecimus ipsi Bernardo dare Hodelardo Sculdafio trowas, ut venisset die Jovi, quod est secundo die mense Julio, ad Ecclesiam Sancti Andrei in Umerio, in Placito ad justitia faciendo, conjungente se antedicto Hodelardo Sculdafio & Gifulfo & Audiverto Scavinis, ubi cum eis aderat Garibert, Autbert Notarii, Audelbert Diaconus Vice-dominus, Teupald, Wilivert &c. Alemanni, Gifelbert de Brescia &c. ad singulorum causas audiendum vel finendum. Ibiq; veniens ad eorum presentiam Elimberi, & ex alia parte predicto Bernardo, ibidem ostendebat antedictus Elimberi Cartulam suam, Cartulam vinditionis, vel breve tradicionis, quem bone memorie Erchenpald, qui fuit genitor ipso &c. Et ipsa Cartula scripta erat per Scriva publico, & testes idoneis rovorata in Annis Domni Lotharii magni Imperatoris, Anno Imperii ejus in Dei nomine XXII. & Domni Ludowhici filio ejus Regem in Italia Anno II. mense Augusto, Indictione III. Et in ipsa bre-

A ve tradicionis interfuerunt Garibald de genere Francorum, Erimbertus Alemanus, Upert Langobardus, Geriold Langobardus, Adelgausus Langobardus &c. Sic dixit ipse Elimberi: Vere ista Cartula vindicionis, vel breve tradicionis mihi nulla non impedit, pro eo quod falsa sit, quia ipse Erchenpald ipsa Cartula vel breve tradicionis, quam tu Bernard ostendis..... me scribere rogavi. Sic interrogaverunt Hodelardus Sculdafcius, una cum jam dictis Scavinis ipso predicto Elimberio, si potuisset talem signacionem facere, quomodo Adalburga post discesso Vulseganzo de ipsas res justa suo Morgincap ad proprio investita fuisset, aut ipsa Cartula vel breve tradicionis falsas comprobare potuisset, an non. Quia ita dixit & manifestavit se ipse antedictus Elimberi, quod talem consignacionem facere non potuisset, nec ipsa Cartula vel breve tradicionis falsas comprobare menime potuisset. Dum nos antedictis Hodelardo Sculdafcio, & jam dictis Gifulfo & Audiverto Scavinis taliter audiverimus, ipso Elimberio loquente, & se manifestante, quod tale probacione facere non potuisset, sic nobis, vel qui nobiscum aderant, recte paruit, ut haberet ipse Bernardus ipsas res, unde inter se intencionem habuere ad proprio justa sua Cartula vel tradicio, ut postea inter eos exinde nullam oriatur intencio, set in eadem deliberacione vel finicione debeat permanere. Et finitum est inter eos ipsa intencio. Unde ac noticia Judicati qualiter deliberatum est, scripsi Ego Gabsbertus Notarius ex jussione de supradicto Sculdafcio vel ex dictato de suprascriptis Scavinis, temporibus Domni Lodowhici magni Imperatoris, Anno Imperii ejus, in Dei nomine, Anno Septimo, mense Julio, Indictione IV. feliciter.

Signum

Signum manus Hodelardo Sculdascio, qui interfui, & iudicium dedi, manum suam posui.

Ego Gifulsus Scavinus interfui, manu mea subscripsi.

Ego Audibert Notarius adque Scavinus interfui, manu mea subscripsi.

Ego Ausbertus Notarius interfui, manu mea subscripsi.

Signum manus Sigifredo, qui interfui.

Signum manus Hodelgerio Alemanno, qui interfui, &c.

Ego Gasbertus Notarius interfui, & hunc Judicatum scripsi & complevi.

Antequam progrediamur, heic se offert nodus, Lectorum profecto consideratione dignus. Nimirum in textu Judicati hujus mentio fit Chartae scriptae, Lothario I. Augusto regnante, atque his notis signatae: *Anno Imperii ejus in Dei nomine Vigesimo secundo, & Domni Ludowbici filio ejus Regem in Italia Anno Secundo, mense Augusto, Indictione Tertia.* Dum deceptus non fuerit Gasbertus Notarius, à quo ea Charta laudatur, in describendis notis illius Chronologicis, aliqua inter hoc monumentum, & Epochas Lotharii I. & Ludovici II. jam notas, discordia exurgit. *Indictio Tertia* certos nos facit, Contractum illum spectare ad Annum DCCCXL. Sed quum Anno DCCCXXIII. die V. Aprilis Lotharius Romanam Coronam, & Augustale nomen susceperit, vulgaris ejus Imperii Epocham ab eo Anno deducta, locum heic minime invenire potest: quippe Augusto mense Anni DCCCXL. non *Annus Vigessimus secundus* in Charta signatus decurrisset, sed quidem *Annus Decimus octavus*. Neque Chartae hujus Epocham ab Anno DCCCXVII. initium capit, quo secundum Annales Bertinianos Ludovicus Pius

A filium suum primogenitum Hlotharium coronavit, & nominis atque Imperii iocium sibi constituit. Nam Anno DCCCXL. in cursu fuisset Annus ejus Imperii *Vigessimus quartus*. Ergo inter hasce duas Epochas media est locanda, quam in usu habuere quaedam ex Italicis Urbibus, à Pagio quoque ad Annum DCCCXXI. recte animadverta, atque appellata *Epocha Italici Regni*. Nimirum, ut is ait, Anno DCCCXX. Lotharius Longobardico Regno praefectus est, atque inde alicubi factum est exordium Epochae novae. Pagii sententiam amplector, ac duo tantum addo. Primum est, Epocham illam non fuisse duntaxat *Italici Regni*, sed & *Imperii* in quibusdam Italiae Civitatibus. Illae siquidem minime coronationem Romanam exspectarunt, ut eum Imperatorem agnoscerent; sed statim ac Lotharius Rex Italiae à Ludovico Patre constitutus est, ipsum quoque uti Imperatorem susceperunt, quum nosset eum antea, hoc est Anno DCCCXVII. consortem Imperii ab eodem parente fuisse renuntiatum. Exempla ipsa à Pagio allata id ostendunt, quibus ego alia subtexam. Alterum est, ex Notis Chronologicis Chartae in Placito nuper à me edito memoratae, videri, Epocham illam Lotharii non ab *Anno DCCCXX*. ut Pagius censuit, sed quidem ab *Anno DCCCXIX*. inchoandam esse; quum Anno DCCCXL. Augusto mense illic dicatur in cursu fuisse ejus Imperii *Annus XXI*. Sed heic subsisto, ut rem cum aliis exemplis conferam. Pistorii in Archivo vetustissimi Monasterii Sancti Bartholomaei pergamenam legi spectantem ad Gausprandum Abbatem Coenobii illius, & scriptam *Imperantibus Dominis nostris Hludwibus, & Lutha.*

*Lutharius dilectissimo filio ejus Imperatoribus, Anno eorum Imperii Octavo-decimo, & Duodecimo, IX. Kalendas Aprilis, Indictione IX.* Is Annus est DCCCXXXI. Finitima Urbs Luca in usu habuit Epocham Lotharii I. deductam ab Anno DCCCXXXIII. quo is Romae inunctus est: quod exprimere interdum solebant Notarii his verbis: *Postquam in Italiam ingressus est.* At Pistorii adhibitam vides Epocham anteriorem, quam nuper describebam. Eodem ipso Anno DCCCXXXI. scripta fuit altera Charta Veronae in Monasterio Sanctae Mariae ad Organum, mihi visa cum his Notis: *Imperantibus Dominis nostris Hludovic, & Hlothario magnis Imperatoribus, Annis Imperii eorum Octavo-decimo, & Duodecimo, Indictione IX.* Ibi mentio est, *Audiberti Abbatis Monasterii Sanctae Mariae, sito ad Organo.* Itidem in Ambrosiano Mediolanensi Coenobio Charta adservatur exarata *Hludovicus, & Lutharium divina ordinante providentia magni Imperatoris Augusto, Anni Imperii eorum Tertio-decimo, & Septimo, XII. die mense Magii, Indictione IV.* Haec habes Annum DCCCXXVI. & Epocham Imperii ab assumpto Regno Italico. Rursus Veronae in Tabulario praeclarissimi Coenobii Sancti Zenonis Charta existit scripta *Annis Imperii eorum Nonodecimo, & Tertio-decimo, sub die V. mense Octubrio, Indictione XI.* Priora exempla Epocham Italicam simul & Caesaream Lotharii Anno DCCCXX. inchoatam produnt. Postremum quoque, si Indictionem à Septembri inceptam statuas, Annum DCCCXXXII. designans Epochae ejusdem exordium refert ad Annum DCCCXX. Quare mihi videtur Pagius rationes recte iniisse, Charta verò à me nuper edita in Notis Chronologicis aliquan-

A tulum deficere. Ibi quoque scriptura vidimus *Anno Domini Ludowichi filio ejus Regem in Italia Anno Secundo.* Secundum Francorum Annales Ludovicus II. Anno tantum DCCCXLIV. coronatus fuit Italiae Rex. Et ab Anno quidem illo Regia ejus Epocham initium sumit. Si spectare Chartam illam dicimus, ad Annum DCCCXL. quomodo *Annus Secundus* Regni Ludovici II. tunc decurrere potuit? Itaque excogitandum est, Anno DCCCXXXVIII. aut DCCCXXXIX. à Lothario I. (consentiente ejus patre Ludovico Pio) Regnum Italiae collatum fuisse Ludovico II. post mortem nempe Pippini Aquitaniae Regis, quo tempore Ludovicus Pius inter filios Regna divisit. Vide Dissertat. XXXI. de Placitis, ubi tabulas indicavi veritatis hujus antea incompetae testes, nisi quod ibi Regni Italici exordium desumptum videtur ab Anno DCCCXL. haec autem ab Anno saltem praecedenti. Sed quoniam de Epochis Lotharii I. ejusque filii Ludovici II. Augustorum ante paucos annos erudite disputarunt editis Libris Clarissimi Monachi Benedictini Itali Berettus, & Astezatus: uberiora ab iis Lector, si volet, accipiet.

Repeto nunc Placita à Scabinis habita, quorum alterum ii celebrarunt tanquam Delegati, ut ajunt, idest per jussionem Bernardi Comitum: primum verò auctoritate propria. Neque sane dubitandum est, quin ejusmodi jus illis fuerit. Idque luculentius etiam alia Charta mihi indicavit in toties laudati Lucensis Archiepiscopi Tabulario adservata, quam breviam dabo. Ibi sic legitur: *Dum in Christi nomine residentes nos Taito & Donufdei Scabinis in judicio ad singulorum hominum causas deliverandum, adessent ibidem Teutpertus Gastaldius, Jacobus Clericus &c.*

nicus &c. Ibiq̄ue venit ante nos Guntelmus Clericus Rector Ecclesie beate Sancte Marie de Monte, & ex alia parte Natali & Auriperto germani, altercationem inter se abentes. Dicebat ipse Guntelmus Clericus: Audire me dignetis, quia iste Natali & Auriperto contra rationem habent res illa in loco Bulficiano prope Monticelo, qui est pertinens Ecclesiae Sancte Marie &c. Natalis & Auripertus Chartam subinde pro se exerunt, ex qua apparebat, quod Ghispriandus Presbiter filio quondam Ghisperti affeduciaverat predicta res Aperti genitori ipsis Natali & Auriperti. Affiduciare est pignori obligare, uti in subsequenti Dissertatione XI. dicam. Regerebat Guntelmus: Chartula ista affeduciati, quas ostendistis, nihil impedit &c. Subsequuntur acta coram Petro reverentissimo Episcopo, post quae adjudicata est causa Guntelmo. In fine legitur: Facta notitia Judicati in Regno Domno nostro Hludowic magni Imperatoris, Anno Imperii ejus Nono, mense Aprile, Indictione XV. (idest Anno DCCCXXII.) Ego Taito Schavino in anc Judicatu à nos factu manu mea subscripsi. Ego Donusdeu Scavinu in quantum à me factum est, interfui. Alteram quoque authenticam Chartam in eodem Lucensis Archiepiscopii Archivo legi, scriptam Anno XXIX. Lotharii Imperatoris, & Secundo Ludovici ejus filii, hoc est Anno DCCCLI. qui fuit Secundus Imperii; cujus prima verba tenebris sunt eruenda: Dum in Dei nomine Civitate Luca in domo Episcoporum Ecclesie beati Sancti Martini una cum Domno & vir beatissimo Ambrosio Episcopo, seu Evibrando & Cuniperto Vassi Domni Imperatori, resedissemus nos Ardo & Andreas Schavinis ad singulorum hominum causas audicndas, vel deliverandas, uti nobiscum aderant Baldericho &c. In eodem Placi-

A to producit Charta exarata Regnante Domno nostro Bernardus gratia Dei Rex Langhubardorum, Anno Regni ejus Sexto, mense October, Indictione XI. hoc est Anno DCCCXVII. Liceat mihi, Lectore veniam faciente, Epocham quoque Bernardi Italiae Regis, filii scilicet Pippini Regis heic illustrare: quippe illam claudicare video apud Baronium & Pagium. Nititur uterque sepulcrali Epigraphe Bernardo positâ Mediolani in aede Sancti Ambrosii, cujus haec sunt verba à Tristano Calcho & à Sigonio evulgata: BERNARDVS CIVILITATE MIRABILIS, CETERISQUE PHS VIRTVTIBVS INCLYTVS REX HIC REQUIESCIT. REGNAVIT ANNOS QVATVOR, MENSES QVINQVE, OBIIT XV. KAL. MAJI, INDICT. XI. FILIVS PIAE MEMORIAE PIPINI. Bernardum è vita cessisse Anno DCCCXVIII. Aprilis mense, Anno IV. Regni, Inscriptio haec prodit. Verùm aut in ea Epigraphe error cubat, aut duplex Bernardi Regis Epochâ est admittenda. Veronae apud Monachos Olivetanos Sanctae Mariae ad Organum membranam archetypam vidi, scriptam Imperante Domno nostro Hlodowico magno imperatore Anno Tercio, & Regnante Domno Bernardo glorioso Rege Anno Quarto, Indictione IX. hoc est Anno Christi DCCCXVI. Ergo Anno DCCCXVIII. decurrere non potuit Annus Regni illius Quintus, ut est in Epigraphe Mediolanensi. Idem confirmant Chartae plures, quas Lucensi in Urbe legi. Ibi una scripta est Anno XL. Caroli serenissimi Augusti, & Anno Primo Domni nostri Bernardi Regis, XI. Kalendas Augusti, Indictione VI. hoc est Anno Christi DCCCXIII. Altera has notas praefert: Regnante Domno nostro Hludowichus serenissimus Augustus.

*stus &c. Anno Secundo, & Domino nostro Bernardus Rex Langobardorum in Dei nomine, postquam in Italia reversus est, Anno Regni ejus Tertio, XVI. Kalendas Magias, Indictione VIII. hoc est Anno DCCCXVI. Exarata est alia Anno Secundo Bernardi Regis Langobardorum, XII. Kalendas Majas, Indictione VII. idest Anno DCCCXIV. Eodem pede procedunt & aliae Chartae, in quibus interdum additur formula illa: postquam in Italia reversus est, ut indicetur, non à morte Pipini patris Regnum Bernardi exordium sumsisse, sed quidem ab Anno, quo illum Carolus Magnus Regem dixit, & in Italiam misit. Alteram Chartam Anno DCCCXV. scriptam infra evulgabo. Cum his compone nunc Inscriptionem Mediolani Bernardo positam, quae eum exhibet sublatum Indictione XI. idest Anno Christi DCCCXVIII. postquam Annos IV. & Menses V. regnasset: atque intelliges, aut illam ab imperito olim scriptam, aut suppositiciam, aut non unam Epocham Bernardi statuendam esse.*

Neque alia ratio computandi Annos Bernardi Regis apud Mutinenses fuit. In \* Charta Capituli Canonico-  
rum Mutinensium pergamenam legi, in prima linea corrosam, è qua tamen haec pauca satis futura nobis expressi..... *Magno Imperatore.... Bernard.... excellentissimis Regibus hic in Italia Anni pietatis Regni eorum in Dei nomine Tertio, & Quarto, die X. Mensis Aprilis, Indictione IX. (hoc est Anno DCCCXVI.) Placuit adque conviner inter Domino Deusdedit gratia Dei Episcopus Sancte Ecclesie Motinensis &c. Altera praefert eandem Notas, quippe scripta Regnante Domino nostro Bernardus viro excellentissimo Rege, Regni ejus in Dei nomine hic in Italia Quar-*  
Tom. II.

\* Chartario legendum videtur.

A to, VI. Kalendas Martii, Indictione IX. idest eodem Anno DCCCXVI. Tertia exarata fuit Anno Quinto Ludovici Imperatoris, & Quarto Bernardi Regis, III. Nonas Decembris, Indictione X. hoc est eodem Anno DCCCXVI. Dixi autem, Chartam Lucensem mihi supra memoratam & scriptam Anno Regni Bernardi Sexto, Mense Octobri, Indictione XI. spectare ad Annum DCCCXVII. quum apud Lucenses altera Charta ejusdem Bernardi tempore exarata indicet, Indictionem novam decurrere coepisse Septembri Mense, quum ibi notae istae legantur: *Anno Primo Ludovici Imperatoris, & Tertio Bernardi Regis Langobardorum, Octobri Mense, Indictione Octava:* quae quidem nobis produnt Annum DCCCXIV. Alia tamen oritur difficultas: hoc est, si *Annus Sextus* Bernardi Regis numerabatur Octobri Mense Anni DCCCXVII. ergo falsum erit, quod Pagius statuit, eum scilicet Anno DCCCXIII. renuntiatum fuisse Italiae Regem; quum tamen id Eginhardus ac Annales Francorum tradant. Nodum video, ac respondeo, à vero non abhorrere, Epocham illam inchoandam esse ab Octobri Mense Anni DCCCXII. quum Chartae hactenus memoratae ab hisce calculis minime dissentiant. Et ipso quidem Eginhardo teste, eodem Anno DCCCXII. cadente, *Carolus Magnus Bernhardum Nepotem suum in Italiam misit propter famam classis, quae de Africa & Hispania ad vastandam Italiam venit. Certe huc ille venerit ornatus potestate Regia, etsi nondum titulo Regis, quem aliquot postea menses est consequutus. Supra animadvertimus, Epocham Bernardi his verbis designatam fuisse: postquam in Italiam reversus est. Non frustra haec addita. Quare, dum me-*  
H liores

liora docear, fas mihi sit credere, initium Epochae Bernardi Regis pertinere ad primos dies Octobris Anni Christi DCCCXII. Alii interea videant, quei Inscriptionem positam Mediolani praestare possint ab omni errore immunem. Nam, ut ut id eis bene cedat, quod est ad haec animadversa, altera adhuc difficultas superanda restabit. Videlicet quamquam Sigonius & Baronius scribant, signatam in ea Epigraphe *Indictionem Undecimam*, Calchus tamen *Indictionem Decimam* illic tantum legit; atque ita pro rei veritate in marmore illo exculptum se vidisse testatur Puricellius in Monumentis Basilicae Ambrosianae. Hoc est secundum illam Inscriptionem Bernardus Rex Aprili mense *Anni DCCCXVII.* è vivis abierit. Atqui teste Eginhardo, testibus reliquis Francorum Annalibus, Bernardus duntaxat post Pascha *Anni DCCCXVIII.* subsequentis *exulsis oculis* ob moerorem vivere desiit. Ergo non video, quei sustineri possit Mediolanensis Inscriptio, nisi sententiam amplectamur Clarissimi Saxii Bibliothecae Ambrosianae Praefecti, qui in Notis ad Sigonium de Regno Italiae pag. 271. questionem hanc versans, contendit, admittendas esse tres diversas Epochas Regni Bernardi, quarum ope sustineri possit laudata nuper Inscriptio. Qui vero Francici Scriptores ad Annum Christi DCCCXVIII. referant Bernardi mortem, Inscriptio vero ad *Indictionem Decimam*, quae cum Anno duntaxat DCCCXVII. conjuncta procedit, nescio an satis dilucide haec demonstratum fuerit. Quod certum est miserime diem suum Bernardus Italiae Rex obiit, relicto post se *Pippino* filio. Sammarthani in *Histor. Genealogic. Regiae Familiae Francicae* Lib. IV. Cap. XIII.

A in ancipiti reliquerunt, num è legitimo thoro, an extra matrimonium *Pippinus* iste Bernardo Regi natus fuerit. At nobis nulla dubitatio futura est legitimae illius originis, postquam *Clariss. Mabillonius* in Appendice ad Tom. II. *Annal. Benedictin.* num. 58. Chartam *Parmensem* produxit, scriptam Anno Christi DCCCXXXV. in qua *Cunicunda relicta quondam Bernardi incliti Regis pro mercedem & remedium anime Seniori meo Bernardi, vel mea, seu filio meo Pippino, Parthenonem* fundat & ditat *Sancti Alexandri Parmensis.* Sed jam tandem progrediamur.

B  
C  
D  
E  
Scabinis haec descriptis *Sculdascios* nunc adjungamus, quorum celebre pariter est nomen ac munus in *Langobardorum Legibus*, & in antiquis Chartis. Supra vidimus *Placito Brixiano Anni DCCCLVI.* non unum *Sculdascium* interfuisse. Nunc autem dicendum est, id hominum genus fuisse *Judices Pagorum, Judices Castellorum.* Nos appellamus *Praetores Rurales.* Germanica vox significat debitorum exactorem, teste *Vossio.* A *Paulo Warnefridi* Lib. VI. Cap. 24. de *Gestis Langobardor.* memoratur *Rektor loci illius, quem Sculdabis lingua propria dicunt.* Apud alios invenias *Sculthais, Sculdaiz, Sculdabus, Scultetus &c.* nomina varia, à *Langobardis* adhibita: quae tamen idem sonant. *Pedaneus Judex* appellatur *Sculdascius* in *Glossis antiquis Codicis Estensis*, ad significandum *Sculdascios* infra *Comites* fuisse, ac *Judices*, ut ajunt in prima instantia. Dixi *rurales Judices*, & inferiores *Judicibus* sive *Comitibus.* *Liutprandus Rex* in *Lege VIII. Lib. IV.* haec habet: *Si homines de sub uno Judice, de duobus tamen Sculdais, causam habuerint, ille qui pulsas, vadat*



cum Miffo, aut Epiftola de suo Sculdaſcio ad illum alium Sculdaën, ſub quo ipſe eſt, cum quo cauſſam habet. Ergo ſub uno Comite, ſive Judice erant plures Sculdaſcii. Nam ex ſubſequenti Lege Judices Civitatibus praeſuiſſe dignoſcuntur. Si quis ait idem Rex, in alia cauſſam habuerit ſimiliter vadat cum Miſſo aut Epiftola de Judice ſuo ad Judicem, qui in loco eſt. A Sculdaſciis autem appellatio deſerebatur ad Judicem, hoc eſt ad Comitum, in Legibus iſdem Langobardicis. Idem Liutprandus in Lege VII. Lib. IV. Sculdaſcios, qui juſtitiam intra quatuor dies facere neglexerint, duodecim Solidorum poena multavit. Poſtea haec ſubjunxit: Si vero talis cauſſa fuerit, quod ipſe Sculdaſcius deliberare minime poſſit, dirigat ambas partes ad Judicem ſuum, hoc eſt ad Praefidem Urbis, quem poſtea Comitum appellare conſueverunt. Tria ergo Tribunalia ſaltem erant, ad quae lites & cauſſae dirimendae deducebantur. Primo ad Scabinos in Civitatibus, aut ad Sculdaſcios in Caſtellis ſive Pagis. Deinde ab his poterant deſerri ad Judicem ſive Comitum Civitatis. Tandem hinc ad Sacrum Palatium, hoc eſt ad Curiam Regis, cui praeerat Comes Palatii. Ad Miſſos etiam Regis à Comitum ſententiâ appellabatur. Ratherius Veronenſis Epifcopus in Opuscul. cui titulus *Qualitatis conjectura*, haec ſcribit: *Quaerere quoque, ut quod antecellentes illius (Imperatoris) praeceptis ſuis Eccleſiae noſtrae conſulerunt vel firmaverunt, defendere nobis contra Comites,*


A Vicecomites, Scoldaſcios dignaretur. Clariffimus Dacherius, cui editionem Operum Ratherii in Spicilegio debemus: vitiatam arbitratus eſt eam vocem *Scoldaſcios*, conjiciens, ibi legendum eſſe *Soldarios*. Uti jam nemo non videt, nullus emendationi locus erat, rectiffime quippe ſe habet vox illa. Quum ergo ad Sculdaſcios quoque juſtitiae & fori cura ſpectaret, hinc eſt quod Pippinus Italiae Rex in Lege VIII. inter Langobardicas eos poenis propoſitis ad ſuum munus implendum ſolicitat, volens ut *Populus juſtitiam ſuſcipiat tam à Comitibus ſuis, quàm etiam à Gaſtaldis, ſeu Sculdaſciis, vel loci Praepoſitis*. Infra addit: *Et ſi Gaſtaldius, aut Sculdais, vel loci Praepoſitus de qualibet Judiciaria tam ad ſuos Pagenſes, quàm ad alios, qui juſtitiam quaerierint, non fecerit, componat, ſicut Lex ipſorum eſt*. Heic *Pagenſes* pro Pagi incolis ſeu diſtrictualibus accipio. *Paefani* nunc appellamus. Animadverteris voces illas *de qualibet Judiciaria*. Ejuſmodi vocabulo totus ille ager designabatur, in quem ſe ſe extendebat jus & auctoritas *Sculdaſcii*. Id etiam infra conſtabit ex Lege XV. Lib. V. Liutprandi Regis. Neque tantum *Judiciaria* appellatum eſt territorium curae Sculdaſcii commiſſum, ſed etiam *Sculdaſcia*. Certos rei nos faciet Diploma, quod ſaepe laudati Monachi Montis Oliveti Veronae in Coenobio Sanctae Mariae ad Organum adſervant.

Donatio prati, facta à Berengario I. Augusto Johanni Episcopo, ut videtur, Cremonensi, Cancellario suo, Anno 918.

**I**N nomine Domini Dei aeterni. Berengarius divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum industria, Grimaldum gloriosum Comitum, & Odelricum inclitum Marchionem, karissimos fideles nostros, humiliter nostram adhibere clementiam, quatenus quoddam pratum juris Imperii nostri pertinens de Comitatu Veronensi, de Sculdascia videlicet, que Fluvium dicitur, Johanni venerabili Episcopo, & fidelissimo Cancellario nostro, proprietario nomine concedere dignemur, sicut hic inferius mensura & coherentie juste & legaliter manifestant. Cui ab uno capite jura Monasterii Sancte Marie adjacent, ab alio latere plures homines habent, alio capite Ecclesia Sancti Justi possidet, ab altero latere decurrit Rivus, qui Altanellus vocatur. Abet ipsum pratum in longitudine perti-

**A** cas legitimas nonaginta octo, pedes legitimos sex, ab alio latere in longitudine perticas legitimas nonaginta quatuor; ab uno capite ex transversum perticas legitimas quinquaginta & unam, ab alio capite perticas legitimas duas. Quorum precibus acclinati predictum pratum de prenominate Comitatu, & Sculdascia Fluvio pertinens, sicut hic superius coherentie & mensurae declarant, & ad nostrum Regnum usque ad hos dies pertinuit, Johanni venerabili Episcopo & Cancellario nostro jure perpetuo per hoc nostrum Imperiale Preceptum concedimus & largimur, ac de nostro jure & dominio in ejus jus & dominium omnino transfundimus ac delegamus, ad habendum, tenendum, vendendum, commutandum, alienandum pro anima iudicandum, & quicquid voluerit faciendum, totius potestatis contradictione remota. Si quis igitur &c.

Signum Domni



Berengarii serenissimi Imperatoris.

Hermenfredus Domini Imperatoris Cancellarius ipsius Imperialis jussione recognovi & subscripsi.

Locus Sigilli cerei deperditi.

Data XV. Kalendas Januarii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXV. Domni vero Berengarii serenissimi Regis XXVIII. Imperii autem sui III. Indictione VI.

Actum Veronae in Christi nomine feliciter. Amen.

Pri-

Privilegium hoc à me inspectum & contrectatum Notas omnes archetypi præferre mihi visum est, nisi quod Sigillum ibi desiderabatur, scissurâ tantum pergamenæ apparente, in quam figi & firmari cera Sigilli consuevit. Nihil tamen secius non uno vitio Notas Chronologicas Diplomatis hujus laborare è vestigio intellexi. Fieri non potuit, ut Anno DCCCCXV. decurreret Annus III. Imperii Berengarii. Illic scribendum potius fuit Anno DCCCCXVIII. quo revera in cursu erat Annus \* Tertii Imperii, & quocum Indictio VI. convenire potuit. Verùm ubi hanc emendationem adhibeas, altera discordia insurgit. Nempe Annus XXVIII. Regni concors quidem est cum Anno DCCCCXV. non autem cum Anno DCCCCXVIII. Accedit quod quum Indictio VI. cadat in Decembrem, atque in aliis Berengarii I. Privilegiis Indictio nova Septembri mense fluere inceperit, heic potius illa referenda est ad Annum DCCCCXVII. quàm ad DCCCCXVIII. quod restituendum videbatur. Itaque aut ad imitationem autographi serò descriptum fuerit Diploma hoc, sed non satis bene perspectis Notis archetypi, ut in Difert. XXXIV. de Diplom. monebo, aut de ipsius Privilegii legitima origine dubitandum est. Ex ejus tamen contextu nihil fraudis colligitur, & monumentum antiquitate minime caret. Interea heic se nobis obtulit Sculdascia, que Fluvium dicitur, sita in Comitatu Veronensi. Situm loci eruditis Veronensibus designandum relinquo. Sculdasciam quoque Belluni exhibet nobis alterum Berengarii Diploma apud Ughellium Tomo V. Italiae Sacrae in Catalog. Episcoporum Bellunensium. Sed satis de Sculdasciis. Sub iis o.

\* Tertius.

A lim fuere Decani atque Saltarii: quod ex Lege XV. Lib. V. Liutprandi intelligimus. Ibi hæc statuuntur. De Servo fugace & adventu homine, si in alia Judiciaria inventus fuerit, tunc Decanus, aut Saltarius, qui in loco ordinatus fuerit, comprehendere eum debeat, & ad Sculdastum suum perducatur. Et ipse Sculdastus Judici suo consignet. Hic ergo Praesidium ordo fuit. Primo Judex, hoc est Civitati Praefectus, quem postea Franci appellare Comitem in more habuerunt. Deinde Sculdascii praefecti Castellis seu Pagis Comitatus. Tum Decani & Saltarii sub Sculdasciis. Subjungo alteram Liutprandi Legem, trigessimam scilicet Libri Sexti, ubi hæc verba: Si quis Judex, aut Sculdais, aut Saltarius, vel Decanus, de loco, ubi Ariolae fuerint, neglexerit amodo intra tres menses eos inquirere & invenire, componat unusquisque de loco suo medietatem pretii sui. Quid ergo fuit altera hæc Magistratum species? Ad Saltarios quod attinet, eorum nomen officium quoque designare videtur. Nempe Saltuum sive Silvarum ac nemorum custodes primo fuere; tum eorum cura ad custodiam finium Villae, aut Pagi propagata est. In Chronico Fontanellenfi Cap. I. memoratur Teugisus Custos saltuum, Villarumque Regalium. Ita Massarios Villarum in Mutinensi, aliisque Comitatibus, constitutos nunc videmus. Apud Ferrarienses erant, & adhuc sunt, in usu Cavazzellani Villarum præter Massarios: eorumque multa est mentio in Statutis illius Civitatis præcipue antiquis. Rubricam profero è Libro II. Statuti Msti Anno MCCLXIV. concinnati: Statuimus quod Massarii contractum, & Cavazzellani Villarum teneantur: & debeant recipere in eorum custodiam bona, quae

quae fuerunt sequestrata, aut intronmissa &c. Item in Lib. I. Quod si Massarij Contratae, seu Cavargellani Villae vel Burgi, in qua reperietur persona bannita, ipsam non denuntiaverit Domino Marchioni, condemnetur Massarius Contratae in CCC. Libris, & Cavargellani Ville in CC. Libris Ferrariensium. Apud eisdem Ferrarienses adhuc usitati sunt Saltarii, non tamen publicae, sed privatae personae, atque hae quidem humillimae conditionis, custodes nempe agris Magnatum praefecti. Olim tamen Magistratus etiam publici ibi fuisse videntur, quum in Lib. II. Rubrica CV. ejusdem Statuti Ferrariensis legatur: *Item statuimus, quod homines habitantes extra Civitatem Ferrariae, & qui sunt in custodia Saltariorum Civitatis Ferrariae, dividantur per contratas &c.* Itaque Saltarios antiquitus fuisse opinor, qui cum jurisdictione aliqua praecessent custodiae agrorum & finium in singulis Villis seu Pagis. *Guarda campagne* nunc appellaremus, sive Massarios à Principe, aut à Populo cujuscumque Pagi constitutos. Neque contemnenda erat eorum auctoritas, quum in Legge XXIX. Lib. VI. Liutprandi Regis post *Judices*, seu *Comites*, &

A Sculdascios, Saltarii quoque honore & privilegio donandi dicantur, quando in exercitum ambulare necesse fuerit. Occurrunt & apud Romanos in antiquis lapidibus Saltuarii, agrorum videlicet & Saltuum custodes. Eorum quoque mentio est in l. 16. ff. de usu & habitatione. Erant & Silvano, quibus praecipue demandabatur cura & custodia Silvarum ad Regem spectantium (*Gajum*, & *Gagium* quoque olim appellabatur *Silva Regis*); tunc enim longe amplius quam nostris temporibus Italia ac Germania nemoribus ac Silvis abundabant, uti infra ostendam in Dissertat. XXI. de antiquo Italiae statu. Diversos eos à Saltariis fuisse puto, eorumque nomen adhuc in aliquibus Italiae locis perdurat. *Sylvarios*, non autem *Silvanos* memorat Du-Cangius in Glossario. At eorum mentionem certam habeo in Decreto magni faciendo Rachisii Langobardorum Regis, cujus antiquissimum apographum, semilacerum tamen, vidi in Tabulario celeberrimi Monasterii Sancti Columbani Bobiensis. Ibi quoque eorum temporum ritum animadvertes, designandi, scilicet fines agrorum aut Crucibus, aut Clavis arbore confixis.

Decretum Rachisii Langobardorum Regis, per quod fines decernit aliquot praediorum ad Monasterium Bobiense spectantium, Anno 747.

Flavio Rachis viro excellentissimo Rege Monasterio beatissimi..... Petri, & Christi Confessoris Columbani, sito in Bobio, & venerabili viro Anastasio..... congregationi ipsius Monasterii. Manifestam est, quod ante hos annos tempore..... Domni Liutprandi Regis vobis subtractum est in aliquod sine nostro tui..... per Hilpranda in suprascriptum Caenubium relaxatum est,

E & in aliquo in ipso..... a Medianaensi in loco, qui dicitur Nocicla. Ideo accedentes inibi Missi nostri..... cum Gifilpert Waldeman inquirentes per Silvanos nostros, idest Otonem & Rach..... veritatem, & renovantes signa & Cruces cum Clavos ferreos adfigentes simul, & ri..... ipsos Medianaenses: idest prima Cruce in ripa de fluvio Nure in Fao, deinde in se..... qui

qui stat in prato usque in terminum, qui inibi fixum est a Nociola, & deinde usque in aliu..... semitam, quod fixerunt Rachis & Oto Silvani in presentia ipsius Gumpert: deinde per..... in via publica, & per ipsam viam ascendente in suso: deinde ex transversum descendente in..... Gambaro, & Molino ipsorum; & deinde iterum ascendente ipsa fine usque in Cruce, que fixerunt in..... rano superscripti Silvani nostri Oto, Rachis, & Pascalius in via publica inter fine Turio & Alpe nostra Carebalo per iussionem de ipsis Missis nostris; & iterum de alio latere per fluvium ipsum Nure ascendente per aquam & loca designata inter duas mojolascas exeunte ad Laco-raria & capanna Gajaria usque in Faa signato & fine ista, & qualiter superius legitur, Silvani nostri, idest Oto & Rachis, per Evangelia firmaverunt in superscriptorum presentia. Unde inquisitio per superscriptos Missos, idest Gumpert, Gislpert, atque Gaiderus Notarium facta est. Propterea sperastis ab excell. Regni nostri, quatinus haec omnia superius dicta, qualiter sine deliberata est, adsignata vobis per nostrum Praeceptum judicata firmare deberemus. Nos vero ob Dei intuitu hoc Serenitatis nostrae Praeceptum vobis emitti praecepimus, firmantes in vos omnia, qualiter superius legitur, aut qualiter ipsi Missi nostri inquisierunt, & signa ponere fecerunt: quatinus ab odierna die securi possideatis. Et nullus Dux, Comes, Gastaldius, vel Accionarius noster, contra hunc nostrum Judicati & firmitatis munimen audeat ire in quandoque, sed omni in tempore firmum permaneat.

Ex dicto Domni Regis per Sisinnium Notarium scripsi ego Gauspert.

Datum in Curte Carbonaria, V. die mensis Augusti, Anno felicissimi Regis nostri Tertio decimo, Indictione XV.

A Qui vetustum autographum descripsit, notas Chronologicas ex oscitantia vitavit, scribens: Anno felicissimi Regis (pro Regni) nostri Tertio decimo, Indictione XV. Non Tertio decimo, sed tantum Tertio primigenia membrana praetulerit. Et revera Anno DCCXLVII. decurrebat Annus III. Rachisii, ut ex aliis ejus Chartis didici, & recte statuit Pagiùs in Critic. Baron. Anno DCCXLIV. Pistorii Chartam vidi scriptam die VIII. Septembrio, Regnante Domino Rachis vir excellentissimus Regem, Anno Quarto per Indictione II. hoc est Anno Christi DCCXLVIII. inchoatâ, ut credere juvat, Indictione novâ eo ipso mense. Ad eundem Annum DCCXLVIII. spectat altera in Archivo Monasterii Mediolanensis Ambrosiani, quam scriptam inspexi Regnante Domino nostro Rachis viro excellentissimo Rege, Anno Quarto sub die V. Iduum Aprilis, Indictione Prima. Praeterea duas similes Chartas sub eadem Indictione I. & Anno IV. mense Augusto exaratas legi in Archivo Lucensis Archiepiscopii; uti & alteram signatam Regnante Domino nostro Rachis vir excellentissimo Rege, Anno Regni ejus Tertio, mense Octobrio, Indictione Quintadecima. Aliam quoque vidi scriptam Regnante Domino nostro Rachis Rege, Anno Tertio, in medio mense Decembrio, per Indictione Quintadecima. Alia se se mihi obtulit inscripta Regnante Domino nostro Rachis Rege Anno Regni ejus Tertio, sub die VIII. Kalendas Magias, per Indictione Quintadecima: hoc est Anno DCCXLVII. quo ipso Anno emissum profectò fuit Bobiense Diploma nuper editum, ubi de Silvanis Regiis mentio occurrit. Ex his autem minime mutata videtur tunc apud Lucenses Indictio Septembri mense. Sed quid de

B

C

D

E

de *Decanis* supra non semel memoratis dicendum? Iis addo etiam *Centenarios*, quorum munus itidem familiare olim fuit. Du-Cangius in Glossario Latino *Decanos* à Graecis appellatos ostendit, qui *decem militibus praessent*. Decuriones apud Latinos ita dicebantur. *Centenarios* verò, qui centuriae militum Praefecti erant. Tum addit, apposite ad rem nostram, utrumque hominum genus sub Langobardis & Francis fuisse *Judices minores*. Hoc est, *Decani* per *Decanias*, sive decem familiis jus dicebant: *Centenarii* verò per *Centurias*, sive centum familiis. Animadverterunt eruditi Viri, ab Eccardo quoque laudati in Notis ad Legem Salicam, quod Walafridus Strabo in Tractat. de Reb. Ecclesiae Cap. 31. habet. *Decuriones, vel Decani, qui sub ipsis Vicariis (Pagorum) quaedam minora judicia exercent, minoribus Presbyteris titulorum possunt comparari: hoc est, Presbyteris, qui alicui Oratorio, sive Ecclesiae non Baptismali praerant. Centenarii, inquit idem Walafridus, qui & Centuriones (legunt alii Centenariones) & Vicarii, qui per Pagos statuti sunt, Presbyteris Plebium, (nobis Piovani) qui baptismales Ecclesias tenent, & minoribus Presbyteris praesunt, conferri queunt. Quibus ex verbis inferri posse videtur, Populum in agro, sive in Castellis ac Pagis habitantem, divisum olim fuisse in *Centenas*, sive *Centurias* familiarum; has autem rursus divisas in *Decenas*, sive *Decurias*, aut *Decanias*. Illis *Centenarii*, istis *Decani* praerant; utriusque jus Populo suo in minoribus causis dicebant. Haec quoque sententia est Wendelini in Notis ad Legem Salicam, immo & Johannis Jacobi Chiffletii in Glossario Salico, qui haec fusius illustravit.*

A Quod enim Spelmannus, eumque sequuti scribunt, *Centenam* Pagum, seu regionem fuisse, quae centum Vicis, seu Villis constabat; *Centenarium* verò, qui ejusmodi Centenae praefectus erat, durum mihi videtur. In Vita Sancti Hugonis Rotomagensis, Ludovico Pio imperante scripta, invenio in *Pago Osismensi Centenam Alancionensem*, & *Centenam Sagiensem*.  
 B Quod certum puto, à *Decanis* ad *Centenarios* appellabatur: ab his ad *Comitem*, sive *Judicem Civitatis Praefectum*. In formulis Bignonianis manus venundatur in *Pago illo in Centena illa*. Pagus multa Castella, ac Villas complectebatur. Centena Villas aliquot complexa videtur.  
 C In formulis verò ab Eccardo editis legitur in *Comitia illa, in Centuria illa, pro Centena*. Et ab ipsis quidem Cornelii Taciti temporibus ritum hunc observasse Germani videntur. *Eliguntur, ita ille scribit in Lib. de Morib. Germanor. in iisdem conciliis & principes, qui jura per Pagos, Vicosque reddunt. Centeni singuli ex Plebe comites, consilium simul & auctoritas adsunt. Centeni isti comites è Plebe, Judicibus iis assessores dati, aegre à me fidem impetrant, ita ut de integritate textus quasi dubitem. Haec autem à Lipsio illustrantur priscae Alamannorum Legis verbis: *Conventus autem fiat in omni Centena, coram Comite, aut suo Misso, & coram Centenario ipsius Placitum fiat. De Centenis*, hoc est de Centum, ut multi putant, familiarum corpore in Pagis multa habet Du-Cangius. Primus autem, qui regionem Civitati subjectam in *Centenas & Decanias* divisisse creditur, fuit Chlotharius II. Rex Francorum circiter Annum Ch. DXCV. Vide Capitularia Baluzii. Ita & corpus Decem familiarum *Decena* appellata creditur,*

ditur, & locus, in quo istae habitabant, Decania. Praesto mihi est ad ministrandam heic lucem aliquam

A Charta vetustissima, quae authentica adservatur in Tabulario Canonorum Mutinensium, unde eam descripsi.

Charta emphyteusis seu locationis quarundam terrarum facta à  
Deusdedit Episcopo Mutinensi Dominico Montanario  
libero homini, Anno 813.

**I**N nomine Domini. Regnante Domino Karolo & Bernardo, viris excellentissimis Regibus in Italia, Anno pietatis Regni eorum in Dei nomine Quadragesimo & Primo, die X. Mense Augusto, Indictione Sexta. Placuit adque convenit inter Dominus Deusdedit Episcopo sancte Motine Ecclesie, set etiam & inter Dominico Montanario libero homine, ut in Dei nomine ego qui supra Dominico, seu filiis meis, resedere & laborare debeamus in terra vel casa Sancti Vincentii, loco qui dicitur Colegaria in medietate de omnes res illas, quas ante hos dies per livello de quondam Marino Episcopo ad manutenere visus fui, & ipsas res obvinet in suprascripte Ecclesie Sancti Vincentii de Ursune & Marione & da Miniano & da Marine, nec non & Ermoaldo filiis quondam Dominici: & subtus Strada ad modia duodice. In Decania quondam Rusticiani, quod in casa Sancti Vincentii obvinet de Teodeperto & Rodeni de Campolongo, & in suprascripta Colegaria. In Decania Gausperti modia duo, sextaria sex. In Decania Lupuni modia duo terrola seminatare. In Decania Lumper modia treu terrola seminatare. In Decania quondam Rusticiani modia duo terrola seminatare. Et in Decania suprascripti Lupuni modia quatuor terrola seminatare. Et in suprascripta Decania Gausperti modia duo, semodio uno terrola seminatare. In Decania Staveli semodia treu terrola seminatare. Quod ego ipse Dominico in casa Sancti

Tom. II.

B Vincentii emisi. Set ut diximus, hec omnia suprascriptas res medietatem habemus. In eo vero timore, ut supra ipsas res resedere & laborare, seu casas & canales edificare, vinea pastenandum, propagandum, & in omnibus meliorandi usque ad annis venientibus viginti & nove. Et exinde per omnem anno circoli, & per tempus tributum persolvere debeamus vobis Deusdedit Episcopo, vel ad successores vestros, & omni genere, grano modia quarto, milica, panico, milio modia quinto, lino manna quart, vino anfora tertia, exenias vero per omnem anno. In festa Sancti Petri berbice uno, valiente tremisse medio: pullo par uno: ovas dece; operas vero per omnem anno octo, quatuor cum boves, & quatuor manualis ad anona dominica. Et vestrum omnem redditum & operas, vel exenias ad casa Sancti Vincentii facere, & consignare debeamus vobis, vel ad Missis vestris, & Misso Domni super areca. Et canales suscipere debeamus cum omni onore. Prado abeatis licentia ad modia duo. Et si hec omnia non compleverimus, qualiter superius legitur, licentia sit vobis Deusdedit Episcopo, vel vestros successores, per vos ipsis, vel vestris Missis distringere & pignerare debeatis. Pena vero ambas partis inter nos possuimus, ut quisquas pars tam vos, quam successoribus, aut heredibus nostris ante suprascriptis annis viginti & nove de ipsa terrola vel casa foris exire, aut menare volueritis, nec l<sup>m</sup>, aut fraudem fecerimus, aut aliqua super positione fa-

I

cere

cere quesierimus, & non compleverimus hec omnia, sicut superius legitur, tunc componat pars partis, cui culpa inventa fuerit, pene nomine in argento solidos treginta. Et post pena composita hos livello in sua permaneat firmitate. Unde duos livello conventionem uno tinore conscripti sunt.

Acto Motina feliciter.

Signum ✠ manus Dominici Montanarii, qui hunc livellum fieri rogavit.

Signum ✠ manus Gaidaldi de Sorba de Vico de Colecaria, exercitalis, teste.

Signum ✠ manus Hingeperto filio Giseperiti de Colecaria, exercitalis, teste.

Signum ✠ manus Sigeperti de Vico Colecaria, exercitalis, teste.

✠ Ego Ratpertus Presbiter & Notarius sancte Motinensis Ecclesie, scriptor istius Cartule livelli conventionem, quam post tradita complevit & dedit.

Hic Episcopus, cui Deusdedit nomen fuit, idem est ac qui à Sillingardo & Ughellio appellatur Adeodatus. Ab iisdem editum est Diploma Ludovici Pii, sed praetermissio ejus nomine, quod tamen in autographo legitur: nempe vir venerabilis Deusdedit Ecclesie Mutinensis Episcopus. In calce haec etiam ita sunt restituenda: Durandus Diaconus ad vicem Fridugisi recognovi. Data VI. Idus Februarias, Anno Christo propitio IX. Imperii Domni Hluduvici piissimi Augusti, Indictione XV. Memoratum in Charta hac videas quondam Marinum Episcopum. Et hic fuisse videtur Episcopus Mutinensis, cujus nulla alia mentio est in Chartis, neque apud eosdem Scriptores. Atque hinc etiam habes, Bernardum Italiae Regem fuisse renuntiatum aut hoc Anno DCCCXIII. aut proxime praecedenti, post diem X. Augusti: qua de re supra mihi fermo fuit. Animadvertite insuper verba illa: nec *Leni* aut *frandem* feceri.

A mus. Du-Changius è Charta Bavari-  
ca ad vocem *Arata* deduxit vim hu-  
jus vocis, quum ibi scriptum sit:  
*perpetuam laesionem, quae vulgo Lem*  
*dicitur, non inferant.* Sed in Charta  
Mutinensi supra *Lem* linea ducitur,  
ita ut vox illa completa minime vi-  
deatur, & *Laesionem* breviam com-  
plecti. Quod nostrum est, plures *Deca-*  
nias heic recensitas intuemur. Omnes  
autem fuisse videntur in loco *Colega-*  
*ria*, nunc *Colegara*, & vulgo *Colga-*  
*ra*. Tunc autem *Colegaria* fuerit o-  
portet Pagus major, sub quo *Deca-*  
*niae* sex vel plures numerarentur.  
Ceterum adhuc in agro Mutinensi,  
Ferrariensi, & Mantuano superest mul-  
tis in locis vocabulum *Degagna*, quod  
nonnulli in *Tegagna* immutarunt. Num-  
quid è nomine *Decaniae* istud profe-  
ctum fuit?

Equidem nullus dubito, quin haec  
Populi rustici divisiones antiqui  
Principes invexerint, uti & Muti-  
nensi in Urbe olim factum fuit de  
*Cinquantinis*. In eam tamen senten-  
tiam inclino, idem olim fuisse *Centen-*  
*arios* atque *Sculdascios* supra memo-  
ratos, & sub hisce diversis nomini-  
bus eisdem Magistratus fuisse desi-  
gnatos. Ii scilicet *Sculdascii* plerum-  
que vocabantur à Langobardis, qui  
*Centenarii* saepius appellabantur à Fran-  
cis. Nusquam enim reperio ambo haec  
nomina adhibita simul, perinde qua-  
si officia diversa. Diximus, *Sculda-*  
*scios*, praefectos fuisse majoribus Pa-  
gis, sive Castellis aut Oppidis. *Deca-*  
*cani* fortasse praefuerint locis mino-  
ribus, hoc est Villis. *Sculdascii*, ut  
opinor, *Centenarii* appellati, non quod  
centum duntaxat familiis redderent  
jura, sed quod jus haberent in Pa-  
gum & agrum, centum saltem fa-  
miliis habitatum; uti & *Decani* ap-  
pellati, quod praecessent Villae, quae  
sal-



faltem ex decem familiis constaret. In Chronico Fontanellenſi legitur *Villa ſita in Pago Oximendi, in Centena Noviacenſe, in Centena Alancionenſe*, hoc eſt in diſtrictu & territorio Centenariorum eorumdem locorum. In militia Decuriam aut Centuriam ſtatueri facillimum eſt. Non ita in Pagis, quae modò plus modò minus incolarum continent. Ad haec ſupra vidimus, Walafridum Strabonem aequaſſe *Centenariis* Presbyteros Plebibus praefectos, *Decanis* Presbyteros minores. Reliqua apud eum ſi legas, nullum alium inter *Comites* & *Centenarios* interpoſitum Magiſtratum invenies. Quid ergo factum fuiſſet de *Sculdasciis*, quibus poſt *Comites* locum fuiſſe ſupra oſtendimus? Atque heic mihi commemoranda eſt Charta Lucenſis Anno DCCXLVI. ſcripta, quam proferam in Diſſertat. LXXIV. de *Parochiis*. Ibi Lucerius Presbyter fatetur, ſe à Walprando Epifcopo praefectum fuiſſe *Eccleſiae Sancti Petri in loco Moſciano*: atque inter cetera ait: *Et in omnem viſ Eccleſiae confirmavi cum conſenſu Rarperii Et Barbula Centinariis, vel de tota Plebem congregata me in ipſa ſancta Dei Eccleſia*. Hinc habes, praefuiſſe Plebi Moſcianenſi non unum, ſed duos Centenarios Laicos, videlicet loci, ut ita dicam, Praetores, adeo ut quodammodo appareat, Plebem illam in duas Centenas fuiſſe diviſam. Scilicet Plebs non unam Villam complectebatur, ac propterea à duobus Centenariis, ſeu Vicariis, ſive Praetoribus minoribus regebatur. Fuerunt aliquando & duo *Comites* in una Urbe, ut alibi oſtendi. Quod extra dubitationem eſt, Centenarii Populo ſuo jus dicebant, ac placita celebrabant, non ſecus atque *Sculdascii*. Carolus Magnus in Lege XXXVI.

A Langobard. *Ut nullus homo in Placito Centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem ſuam amittendam, aut res reddendas, vel mancipia judicetur. Sed ea omnia in praefentia Comitum, vel Miſſorum noſtrorum judicentur*. En quae cauſae Centenariorum auctoritatem excederent, & Comiti aut Miſſo Regio dirimendae ſervarentur. Memorantur etiam in Lege XLI. Ludovici Pii *Placita, quae Centenarii tenent*. In ſubſequentibus ejuſdem Auguſti Legibus ſtatuitur, *ut Vicarii Et Centenarii, qui furones vel latrones celaverint, judicentur. Ut Comites, Vicarii, Et Centenarii de conſtitutione Legis amoneantur, qua jubetur, ut propter juſtitiam pervertendam munera nullus accipiat. Vicarii, ut ſupra opinabar in Diſſertat. VIII. de Comitibus. fuiſſe videntur Vicecomites Rurales. Centenarii, ut hinc etiam colligere poſſumus, iidem ac Sculdascii, Praetores ſcilicet Pagorum, ſive Caſtellarum. Edicitur etiam in Lege CLXV. Caroli Magni, *ut incantatores nullatenus per aliqua praemia à Comitibus, vel Centenariis abſque diſtricta examinatione remittantur*. Vide & ejuſdem Auguſti Leges LV. & LXXII. ubi Centenarii quidem memorantur, non autem Sculdascii, qui tamen certe omitteri non erant, ſi à Centenariis diverſi fuiſſent, quum & ipſi Pagis & Caſtellis praeeſſent, ac Placita haberent. Addo Legem LX. Lotharii I. *Volumus, ut Comites noſtri licentiam habeant inquisitionem facere de Vicariis. (ideſt Vicecomitibus Ruralibus, qui ad Pagos à Comite mittebantur interdum, cognituri, num recte à Centenariis juſtitia miniſtraretur) Et Centenariis, qui magis propter cupiditatem, quàm propter juſtitiam faciendam ſaeppiſſime Placita tenent, Et exinde Populum affligunt minorem*. Neque ſecus egiffe*

egisse in suis Villis Decanos, nos docet Hincmarus Epistolâ IV. scribens: Comites, & Vicarii, vel etiam Decani plurima Placita constituent. Attamen hic Scriptor tum heic, tum loco supra laudato Vicariorum nomine significare videtur ipsos Centenarios, qui vices Comitis gerebant in Pagis. Quod ubi statuas, ita explicandae erunt Leges supra memoratae, agentes de Vicariis & Centenariis, ut illud Et loco Aut usurpatum fuerit: cuius rei exempla alibi complura habemus.

Venio ad *Gastaldios*, quos etiam *Castaldios* seu *Gastaldiones*, interdum veteres appellarunt. Quale fuerit sub Langobardis Regibus eorum munus, sine ullo negotio ex ipsis Legibus intelligimus. Scilicet Ministri, Procuratores, & Oeconomi Regis fuere, praefecti eorum Curtibus sive praediis, Silvis, & aliis patrimonii, aut Filci Regii redditibus. Liutprandus Rex in Lege VI. Lib. VI. haec habet: *Si quis Gastaldius aut Actor Regis (Actor Publicus est in Codice Estensi, quod idem significat) Curtem Regiam habens ad gubernandum, & ex ipsa Curte alicui sine iussione Regis, casam tributariam vel terram, silveta, vel prata ausus fuerit donare &c. in duplum componat.* Paria difcas è Lege CCCLXXVIII. Rotharis Regis, cuius haec sunt verba: *Si quis Gastaldius, aut quislibet Actor Regis, post susceptas & commissas sibi ad gubernandum Curtes, aut casas Regias, aliquid per donationem ab alio quocumque factam conquiescit, sit illi stabile, dum accedat Regis scientia & consensus.* Ita & in Lege LXXIII. Lotharii I. *Concedimus Gastaldiis nostris, Curtes nostras providentibus &c.* Quibus ex verbis elucet, quid olim curae Gastaldiorum commendaretur, ut propterea assentiri Vossio nequeam, scribenti

A Lib. 2. Cap. 8. de Vitiis Sermonis: *Gastaldius fuerit, qui Regi, vel Principi inservit in curandis hospitibus. Ac huiusmodi propria est significatio: ut idem fuerit ac Architrivinus vel Oeconomus, & in Palatio Occidentalis Imperatoris, jam ab Othonis Magni temporibus, Dapifer;* Haec omnia nullo fundamento constant, immo sponte ruunt, collata cum Legibus supra memoratis. Neque inde nominis Etymologia deducenda est, unde Spelmannus, Amerbachius, & idem Vossius censuerunt; sed potius à *gestellen*, hoc est *praeponere, constituere*, ut Eccardus opinatur in Notis ad Legem Salicam. Adhuc autem in aliquibus Italiae locis & nomen & munus idem *Gastaldiorum* viget, non apud Principes, sed apud Magnates, qui Oeconomos suis praediis praefectos appellant *Castaldi* & *Gastaldi*. Hi à Mutinensibus, aliisque Populis nunc *Fattori* nuncupantur. In multis Rotharis Legibus *Curtis Regiae* mentio occurrit, ut in CLIII. CLIX. CLX. &c. eoque nomine Palatium Regium, & Fiscus Regius designatur, uti recte animadvertit Du Changius in Glossario Latino. Atqui in ejusdem Regis Lege CCXXII. statutum videas, ut quoties consanguinei vindictam non sumant de femina libera nubente Servo, tunc liceat *Gastaldio Regis, aut Actori, aut Sculdascio, ipsam in Curtem Regis ducere, & intra pensiles ancillas constituere.* Hinc habes, non modicam Gastaldiis auctoritatem traditam simulque Fiscalium rerum aliquam curam fuisse commissam. Sed parum hoc fuit. Jus etiam dicebant, & lites Populi dirimebant. Elucere id videtur è supra laudata Pippini Regis Italiae Lege VIII. ubi Populus justitiam habere jubetur tam à Comitibus suis, quam e-

*tiam à Gastaldiis, seu Sculdasciis. Et si Gastaldius, aut Sculdais &c. non fecerit, mulctetur.* Proinde qui in Capitularibus Regum Francorum appellantur *Judices Villarum Regiarum*, sive *Provisores*, non alii fuere à *Gastaldiis*. Si quid tamen conijcere licet, non de omnibus causis judicandi facultas eis data est, sed tantum de litibus ad Fiscum & patrimonium sibi commendatum pertinentibus, uti adhuc praestatur à Camerariis, Quaestoribus, aliisque tum privatarum, tum sacrarum largitionum Comitibus, aliisque minoribus Fisci ministris. Alii vidimus *Comites* minime ab onere militiae fuisse immunes, immo eos in primis adactos ad deducendum Populum suum ad exercitum, quoties id aut tutela finium, aut expeditio aliqua poscebat. *Sculdascii* quoque & *Saltarii* idem praestitisse videntur in Lege XXIX. Lib. VI. Liutprandi Regis. Sed & *Gastaldios* convolasse illuc, & cohortibus suis praefuisse, hoc est, ut opinor, hominibus eductis à Curtibus Regiis, intelligere possumus ex Lege XXIV. Rotharis Regis, ubi haec leguntur: *Si Gastaldius exercitalem suum contra rationem*

A molestaverit, Dux eum solatiet. Ludovicus quoque II. Imperator in Constitutione promotionis exercitus apud Camillum Peregrinum Tom. 2. pag. 264. *Rer. Italicar. imperat, ut nullum ab expeditione aut Comes, aut Gastald, vel ministri eorum excusatum habeant. Audin ministros eorum? Ergo & sub Gastaldiis ministri minores fuere, quos supra invenimus appellatos Actores Regis.* Langobardis quoque regnantibus extitisse *Gastaldios Reginarum*, indicabit nobis antiquissima Charta, cujus apographum vidi (ex authentico desumptum & signatum coram Brixianis Judicibus Anno MCCXCIX.) in Tabulario eximii Monasterii sacrarum Virginum Sanctae Juliae Brixiae. Nimirum suum quoque fuit patrimonium Uxoribus Regum, idest Curtes, Silvae, Praedia, &c. Placitum Lucae habitum in Curte, quae dicitur Reginae, produxi nuper in hac ipsa Dissertatione. Sed ibi Palatium, non Villam, indicari, res ipsa monet. Villas contra & Castellam possedisse Reginae atque Imperatrices in aliis hujus Operis Chartis deprehenduntur. En Brixianae pergamena verba.

Natalia filia Gisulfi Anselbergae Abbatissae Monasterii Brixiani  
Sanctae Juliae vendit portionem suam in Curte  
Alphiani, Anno 769.

**R**egnante Domno Desiderio & Adelchis viri excellentissimi Reges, Anno pietatis Regni eorum in Dei nomine Tertio decimo, & Undecimo, sub die IV. Kalendarum Aprilium, Indictione VII. Constat me Natalia filia Domni Gisulfi Rovatoris & Conjux Adelberti, ipso tamen Adelberto jugale meo consentiente, & subter confirmante, nec non etiam & parentibus meis, sicut E-

E dictus continet, Aurichis, qui fuit Gastaldus in Bergamo, & Gislbert, filius quondam Gisilini, in quorum presentia professus sum, seu & testium, qui & subter signa futuri sunt, nulla me violentia pati, sed bona & spontanea mea voluntate nullatenus cogentis, accepissem sicuti in presentia testium accepi à te Anselperga dicata Deo Abbatissa Monasterii Domni Salvatoris situm in-

tra Civitatem Brixianam, & fundatum à Domino Desiderio piissimo Rege, & ab Ansa gloriosa Regina genitoribus tuis, per Missum tuum auri solidos nobis secentos, atque protestatos accoloratos numero mille, finito precio, pro terra juris mei juges plus minus numero centum viginti ad justam mensuram, quam habere visa sum in fundo Albiano, qualiter usque nunc pro deinde . . . . cum germanis & nepotibus suis in concambio ab Alelcis quondam jugale meo habuerint in integrum; seu & ipsa Casa juris mei massaricias numero duas, que sunt posite in fundo Sualbo atque Perisco, habentes ambe instimul terram per mensuram justam juges quadraginta. Una ex ipsis casis regitur per Gadoald liberum hominem, & alteram, que fuit recta per quondam Orsonem Massarium; atque pro portione ex familia mea, que mihi Legibus pertinere videntur, & pertineat de portione illa in fundo Alfiano. Unde cum suprascripto Monasterio tuo ante hos annos commutationem feci, & predictam portionem ex familia in mea reservavi potestate, quando ipsam commutationem feci, & mihi ex jussione parentum à quondam Gisulfo genitore meo advenerunt, excepto Orsonem, Petrum, & Anselinda, que in mea reservo potestate. Que vero denique terra in suprascripto fundo Albiano, sicut supra legitur, & casas massaricias duas in fundo Perisco vel Sualbo, & predicta familia in integrum preter duo nomina, quod mihi superius reservavi cum omni jure, pertinentia, & accedentia sua in integrum ab hodierna die vobis, quorum supra Anselberga, vel Monasterio vestro vendo, trado, & mancepo, nulli alii venditas, donatas, alienatas, aut traditas, & ad res quia nihil michi in suprascripto fundo Alfiano, neque de verbis prenominate, neque de familiis, preter ut supra Vesonem & Anselenda, meo

A juri aliquid reservare professa sum, neque de suprascriptis casis massariciis me omnes exinde à presenti die surrexissent. Et si in suprascriptis duabus casibus minus de quadraginta juges fuerint, debeam vobis illas supplere in quantum minus fuerint, in Vico Bolefingo in optimo loco. Quidem & spondeo ego qui supra Natalia vel mei heredes tibi prenominate Abbatisse Anselberge, vel successoribus in presato Monasterio tuo duplas res sub estimatione &c.

Acto Tizco feliciter.

Signum manus Natalie, que hanc Cartulam vendicionis fieri rogavit.

Ego Adelpert . . . . . Domne Regine, in ac Cartula vendicionis ad me, vel ad Conjunge mea Natalia facta, ad omnia suprascripta, & per mea largitate acta, testis & consentiens subscripsi.

Signa manus Arigis de Bergamo filius quondam Luponi &c.

Ego Alperto Gastaldio Domne Regine in anc Cartulam vendicionis rogatus ad Natalia testes subscripsi, que ipsa me presente signum fecit.

Signum Arioald Gastaldus Domni Regis, qui nomen suum scripsit, filius bone memorie Arioaldi testis &c.

Ego Gonpert Notarius Regis huic Cartule &c.

Ego Martinus Clericus & Notarius Scriptor hujus Cartule, quam post tradita complevi & dedi.

Habemus heic Arioaldum Gastaldium Domni Regis, idest Desiderii, itemque Alpertum Gastaldium Domnae Reginae, idest Ansaе ejus uxoris, genitorum videlicet Anselpergae Abbatisaе. Dignitatem quoque Gastaldiorum id confirmare poterit, quod interdum praeivisse Scabinis in antiquis Placitis reperiantur. Testis erit nobis hujusce ritus Charta, quam ex Archiepiscopi Lucensis depromsi, ubi illius autographum adservatur.

Judi.

Judicatum Adelberti I. Tusciae Ducis, & Ambrosii Episcopi Lucensis in Placito Lucae habito, Anno 847.

**I**N nomine Domini. Dum Adelbertus Inlustrissimo Dux, una cum Ambrosio venerabili Episcopo istius Civitatis Lucensi, residentibus in Civitate Luca, Curte de dicte Localis in iudicio cum ipsis Aron Gastaldio, Ardo, Petro, Andreas, & Gberimundo Scabinis, ad relicorum hominum causas deliberandas: essentque nobiscum Cuniperto Vassu Domni Imperatoris, Wichelmo, Hildiperto, Teudimundo, Rodilando, Hildiprando, Sichiprando germanis, Arrogbisi, Angalperito germanis, Fridiano Clerico, Toto, Cunrado, Gastaldulo, Albolfo, Gausprando, Adelperto, Adalgbisi, & reliquos plures: veneruntque ante nos Andreas Advocatus Ecclesie Sancte Julie, que est Plebs baptismalis, sita loco Controne, necnon & Draco & Valperto germanis, altercationem inter se abendum, dicendum nobis Andreas Advocatus: Suprascriptis Draco & Valperto germanis abere videtur injuste rebus & Ecclesiis Sancte Julie, & locus, sum Advocatus, que esse videtur in loco Filectulo prope loco Granariolo. Unde quero, ut de eis inter nos iudicio. Respondebant ipsis Draco & Valperto germanis: Nescimus.....de quod dicis. Dicitum hoc..... Andreas per nostrum iudicium dedit wadia: Sepius dictis germanis fecimus quod vero wadia essent parati aput locum; ostensio ipsa recipere abeo & remitto ad iudicium ponendi; exinde rationem posuerunt inter se fidejussores. Et statuimus inter eis constituto. Constituimus, quod iterum ante nos in iudicio reversi. Dixit nobis ipse Andreas: Ostensi huic Drachi & Valperti germanis an-

**A** tediect....in loco Filectulo volo; ut ponantur hic ante vos rationem: Cartas habere videntur injuste. Respondebant ipsis Draco & Valperto: Abemus res ipsa; sed non in Curte, eo quod comparavimus eas da Flaiperto filio quondam Pini.....manibus habemus &c. fecimus vobis cartula ipsa relegi; ubi inter reliqua contenebatur &c. Unde qualiter inter nos acta & deliverata est causam presentem notitia Judicati a parte suprascripte Ecclesie Sancte Julie. Et Petrum Clericum scribere admonuimus Anno Imperii Domni nostri Hlotharii magni Imperatoris, postquam in Italia ingressus est Vigesimo.....VII. Kalendas Julias Indictione X.

**B** Signum manus Petri Scabino, qui ut supra interfuit.

Ego Andreas Judex & Scabinus interfui.

Ego Gerimundo Scabinu interfui &c.

**C** Sed praeter oeconomicum munus, quo Gastaldii consuevere frui, interdum etiam politicum regimen Civitatum ipsis commendatum reperimus, ita ut nomine quidem, sed minime re, a Comitibus distinguerentur. In Dissertat. LXXIV. de Pavochiis, regnante Liutprando Rege, saepe nominatum videbimus Warnefridum Judicem Senae. At is in iisdem Chartis appellatur etiam Gastaldius Senae. Ita apud Anastasium in Vita Zachariae Romani Pontificis legimus, ab eodem Liutprando Rege missos fuisse obviam adveniendi Papae Agiprandum Ducem Clusinum Nepotem suum, seu Tacipertum Castaldium in ejus obsequium, & Ramingum Castaldium Tuo

scaner.

*scanensem*. Quae res non solum pro-  
dit illustrem Gastaldiorum dignita-  
tem, sed etiam significare videtur,  
*Gastaldii* titulo in quibusdam Civi-  
tatibus aut Oppidis nonnullos fuisse  
Rectores constitutos. Quod si quis  
contendat, in unaquaque Civitate  
praeter *Comitem* fuisse etiam *Castal-*  
*dium* ad colligendos Fisci redditus; e-  
go, ejus opinionem minime discussa,  
respondebo nihil ob stare, quo minus  
interdum ambobus hisce muneribus  
unus fungeretur; idque praecipue a-  
nimadverti posse in Beneventano Du-  
catu, ubi *Gastaldius* & *Comes* sub duo-  
bus diversis nominibus idem fuerit.  
Auctor est Paullus Diaconus, Alze-  
coni Bulgarorum Duci, in Italiam  
multas adducendi copias, à Grimoad-  
do Longobardorum Duce tradita fuis-  
se *ad habitandum* deserta quaedam lo-  
ca circa Beneventum; idest *Sepianum*,  
*Bovianum*, & *Iferniam*, & alias cum  
suis territoriis Civitates; ipsumque *Al-*  
*zeconem*, mutato dignitatis nomine, de  
Duce *Gastaldium* vocari praecepit. Mul-  
ta sane, multumque Dignitatis Bul-  
garo illi concessa vides; nomen ve-  
rò immutatum est, ne Beneventano  
Duci injuria aut incommodum crea-  
retur, qui unus titulo *Ducis* vastissi-  
mo illi Ducatui tunc dominabatur,  
subiectumque sibi habiturus erat Bul-  
garum ipsum. Adeo verò in iis re-  
gionibus invaluit *Gastaldii* appella-

A tio, Praefecturam Urbium aut Oppi-  
dorum significans, ut complura loca  
non alio titulo regerentur illic; &  
quod alibi *Comitatus* seu *Districtus* di-  
cebatur, ibi *Gastaldatus* sive *Gastal-*  
*data* nuncuparentur. In Chronico Be-  
neventani Monasterii Charta Sicardi  
Principis Beneventani commemorat  
*Judiciariam Petri Gastaldii nostri*. Ita  
B in Charta divisionis Anno DCCCLI:  
celebratae inter Siconulfum Salerni  
Principem, & Radelchum Principem  
Beneventi, Tomo II. Rer. Itali-  
car. pag. 260. occurrunt *integra Ga-*  
*staldata*, seu *Ministeria*, *Tavantum*,  
*Latinianum*, *Cusentia*, *Lucania*, *Saler-*  
*num*, *Capua*, aliaque permulta. Ea-  
dem quoque non semel videas apud  
C Leonem Marficatum in Chronico Ca-  
finensi. uti & in Chronicis Vultur-  
nensi & Farfensi, jam editis inter  
Italicarum Rerum Scriptores, ut al-  
ia omittam. Et quandoquidem *Co-*  
*mitum* munus non ita stabile olim  
fuit, ut auferri à Principe nunquam  
posset (quod in Dissertat. VIII. de  
*Comitibus* animadverti) propterea ii-  
dem Legibus ac fortunae casibus ob-  
noxium fuit *Gastaldiorum* ministerium.  
D In Placito Lucensi obvium se nobis  
faciet Wichelmus quidam vivens, o-  
lim *Gastaldius*. Charta in Tabulario  
Archiepiscopii saepe laudati ejusdem  
Urbis mihi visa, digna est, quae lu-  
ce donetur.

Judicatum Ambrosii Episcopi Lucensis in controversia de Ecclesia  
Sancti Gregorii, sita in Piscia majori, Anno 844.

D Um orta fuisset intentio, & diu  
protageretur litigium inter Wi-  
chelmo olim Gastaldo filio quondam  
Ragbinarii, necnon & Aufrido Presbi-  
tero Rectorem atque custodem Ecclesie  
Sancti Salvatoris sita infra Civitate i-

E sta Lucense ante Ecclesiam Sancti Mar-  
tini Domus Episcoporum, de Ecclesia  
Sancti Gregorii sita locus Piscia Majo-  
re, ubi dicitur Bobulo.... de casis &  
omnibus rebus ad eadem Ecclesia perti-  
nentes, quam ipse Wichelmo aliquoriens  
sibi,

sibi, suisque juris habere contradicebatur; unde & ipse *Aufrido*..... ostendentes monumina duas una ex his qualiter *Teutperto Presbitero* & *Rigniperto Clerico* offeruerunt *Domini* & *Salvatoris* infra Civitate ista *Lucense*..... ante Ecclesiam *Sancti Martini* inter dicta Ecclesia *Sancti Gregorii* cum rebus suis: alia autem *Cartula*, quomodo *Alaperto Presbitero* contulit Ecclesia ipsa *Sancti Gregorii* cum casis & omnibus rebus ad ipsum *Monasterium* pertinentes eidem Ecclesie *Domini Salvatoris*; quadam die ipse *Wichelmo* simul & *Aufrido Presbitero*, una cum *Teufrido Notario Advocato* iisdem Ecclesie *Sancti Salvatoris* in iudicio pariter unanimo conjuncti presentiam nostram *Ambrosio Episcopo* predictae Civitatis *Lucense*..... *Riprando*, *Gottesfrido*, *Grauso*, *Cuniperto Vassi Domni Imperatoris*, *Ardo*, *Adelperto*, & *Petro Schabinis*, *Hieronimo Scabino Florentine Urbis*, *adesentibus*..... *bisconi*, *Hildeperto*, *Ardimanno*, *Rodelando* &c. & reliquos plures. Dum ex..... parte causam antehat relatum ac cognitam fuisset, & inter se utramque *Wichelmo* & *Teufrido Advocato* diversas mitt..... hec & alia.... ipse *Wichelmo* professus est nobis dicens: Portio illa de supra scripta Ecclesia *Sancti Gregorii*, & de casis & rebus ejus, qui fuit quondam *Teutperti Presbiteri*, ego non contendo, simul & de illa portio, quam quondam *Alaperto Presbitero* per *Cartulam* iisdem Ecclesia *Domini Salvatoris* contulit duas exinde partis ego non contendo, nec contra pars eidem Ecclesia *Domini Salvatoris* non contradico, sed magis eas reddere volo. Tunc ipse *Wichelmo* per *system* de manus sponte sua eundem *Teufrido Advocato* à parte supra scripte Ecclesie *Domini Salvatoris* reddedit & revertisit de antedicta portio ipsa Ecclesia *Sancti Gre-*

Tom. II.

A cerii, atque rebus ejus, qui fuerat ipseus *Teutperti Presbiteri*, & de illa quam exinde ipse *Alaperto Presbitero* in eadem Ecclesia contulit, duas partis reddedit & restituit. Et fenita est causam hanc notitia *Judicati* pro securitate a parte eidem Ecclesie *Domini Salvatoris*, & ita prevedimus, ut in eadem permaneat deliberationem. Et *petrum Clericum*

B *Notarium* scribere admonuimus, *Anno Imperii Domni nostri Klotharii magni Imperatoris*, postquam in Italia ingressus est, *Vigesimo Secundo*, *Indictione VII.* *Mense Januario.*

Ego *Ambrosius Episcopus* subscripsi.Ego *Adelpertus Scavinu* interfui.Signum manus *Petroni Schabino*, qui his actis interfui.C Ego *Ardo Schavinu* interfui.Ego *Iehronimo Scavinu* interfui &c.

Epocha *Lotharii I.* heic, sicuti & in altero supra descripto *Adelberti I. Tusciae Ducis Placito*, adhibita, desumpta est ab Anno coronationis *Romanae*, hoc est ab Anno *Christi DCCCXXIII.* Additur autem, postquam in Italia ingressus est, ut distinguatur à praecedente altera, quae, uti supra vidimus, in usu apud Italiae *Populos* fuit. Interea minime omittere puto, inter eos, quibus olim *justitiae ministrandae jus* fuit, videri *Vassos* quoque, sive *Vassallos Regios*, de quibus in *Dissertatione* subsequenti agetur, recensendos. *Audi Legem XVIII. Langobardicam Caroli Magni: Si Vassus noster*, inquit, *justitiam non fecerit, tunc Comes & Missus noster ad ipsius casam sedcant, & de suo vivant, quousque justitiam faciant.* Infra verò additur: *Si Comes in suo ministerio justitias non fecerit, Missus noster hac de causa sonniare faciat* (id est curam habeat hujus rei) *usque dum justitiae ibidem factae fuerint.* Ergo hinc aliquis sibi persuadeat,

K

Vassos

*Vassos* quoque *Regios*, sive *Imperatoris*, olim jurisdictione praeditos, hoc est auctoritate juris dicendi saltem in civilibus controversiis: quod ubi statueretur, agnosceremus etiam antiquitatem Beneficiorum, sive Feudorum nobilium cum superioritate territorii, ac jure in incolarum personas. Et sane exploratum est, longe ante Caroli Magni tempora inventum fuisse morem Beneficiorum, de quibus infra agendum erit, atque inde *Vassos*, *Vassallos*, *Leudes* &c. iidem fruenter fuisse appellatos. Num ergo Nobilibus ejusmodi viris jam tum tradebatur aliqua jurisdictio & potestas in homines, Castellum aut Villam beneficiariam inhabitantes, ita ut non liceret solum, sed oporteret iis dicere jus, eorumque controversias decernere, uti Comitibus mos erat inter Urbis sibi creditae & agri, sive districtus aut Comitatus incolas? Sed verum amo. Heic nihil certum habemus. *Facere justitiam*, formula est non uni interpretationi obnoxia. Heic autem nihil aliud significare videtur, nisi juste agere erga alios homines, & illata eis damna sarcire, & inique ablata restituere, uti etiam in Dissertat. IV. de *Officiis Domus Regiae* dixi: non autem jus dicere, sive ministrare justitiam in civilibus aut criminalibus causis. *Justitiam habere, justitiam accipere*, ut est in lege XI. Pippini Italiae Regis, de iis vicissim dicebatur, quibus emendandum aut restituendum erat quidquid justitiae leges poscebant. Tam Comites quam Vassi aliena interdum jura aut bona usurpabant, onera ac tributa indebita Populo imponebant, eorumque pecuniam multis extorquebant modis: nunquam verò adducebantur ad emendationem injustitiae ac impoten-

A tiae suae, nisi quum vis superior altioris ministerii, aut ipsius Regis, eos in tramitem justitiae revocabat. Quare nihil certi inde haurias ad stabilendam jurisdictionem in Vassis illorum temporum.

B Verum etsi ejusmodi praerogativam in Vassis iis affirmare non audeo, perspectum tamen habeo, non defuisse illam viris iis, quos antiquitas appellare consuevit *Loci Servatores*. Sed quodnam hoc munus fuit? Equidem minime decernam, fuerintne illi, Magistratus à Civium numero delecti, atque ordinarii, an potius Vicarii *Comitis*, aut *Ducis*; atque ita appellati, quod locum illius tenebant, quasi nulla fuerit differentia inter ipsos, & *Loco positos*, quorum non raro occurrit mentio in antiquorum Chartis. Quae pauca in hanc rem se mihi obtulerint, adferam. Huc spectat Caroli Magni Lex Langobard. LXXXVIII. his verbis concepta: *Si quis furem vel latronem comprehenderit, & eum indemnem dimiserit, neque illum ad presentiam Ducis, aut Comitis, qui in loco praest, vel Loci Servatoris, qui Missus Comitis est, adduxerit &c. damni aestimationem componere ad Publicum cogatur*. Haec sane controversiam omnem tollere videntur, quum intelligamus, *Servatores Loci* nihil aliud fuisse nisi *Missos Comitis*, ac propterea nomine illo donatos, non quòd (uti nunc fit alicubi, & praesertim Mutinae) ii *Conservatores Urbis* essent: sed quòd tenerent *servarentque locum Praesidis Urbis* in regimine Populi; ita ut sive Comes, aut Dux abesset, sive adversa valetudine, alii sive negotis impeditus justitiam Populo ministrare non posset, tunc ejus vices agerent *Loci Servatores*. Sed quid, inquires, ab hisce *Servatoribus* differebant *Vicarii* in multis Legibus

memo-



memorati, & *Viccomites* de quibus  
 egi in Dissertat. VIII. de *Comitibus*?  
 Suspiciari forte aliquis possit, sub di-  
 versis nominibus significari consue-  
 visse unum idemque munus. Et sane  
 tam *Loci Servatoribus* quam *Vicariis*  
*Comitum* auctoritas iudicandi confere-  
 batur. In Lege LXIX. Langobardi-  
 ca Caroli Magni statuitur, ut ante  
*Vicarios* nulla criminalis actio disjnia-  
 tur; nisi tantum leviores causae, quae  
 facile possunt judicari. Lotharius quo-  
 que I. Augustus Lege LX. decernit,  
 ut *Comites* nostri licentiam habeant in-  
 quisitionem facere de *Vicariis* & *Cente-*  
*naviis*, qui magis per cupiditatem, quam  
 propter justitiam faciendam saepissime *Pla-*  
*cita* tenent &c. Sunt & aliae Leges,  
 ubi de *Vicariis* fit mentio. *Servato-*  
*res* autem *Loci* & ipsos jura *Populo*  
 dixisse, infra ostendam. Verum ani-  
 madvertas velim, haberi in Chronico  
 Vulturnenfi pag. 446. ad Annum  
 DCCCCXLVIII. Praeceptum Marini  
 Ducis Neapolitani, in quo à *Loci*  
*Servatoribus* distinguunt videntur *Vica-*  
*rii*. Ibi enim sancit, ut à nullis *E-*  
*xactoribus* nostris, idest *Loci Servatori-*  
*bus*, *Tribunis*, *Vicariis* &c. Ad haec  
 veri etiam simile videatur, *Viccomi-*  
*tes* eisdem fuisse ac *Servatores Loci*,  
 tum quod utrique vices *Comitis* a-  
 gerent, tum etiam quod utrisque *Pla-*  
*cita* habere, ac dirimere lites fami-  
 liare foret. Sed huic sententiae ob-  
 stat, me nusquam reperisse plures si-  
 mul *Viccomites* sub uno *Comite*,  
 quum tamen non unum *Servatorem*  
*Loci* eodem tempore, atque in ea-  
 dem Urbe deprehenderim, ut infra  
 ostendam. Quod certum est, illustris  
 fuit dignitas ejusmodi Magistratum.  
 Paullus Warnefridi Lib. 6. Cap. 3.  
 de Gest. Langobardor. haec scribit:  
*Forojulianorum Ducatum* (Ansfrido in  
 exilium acto) post haec Ato frater

A) *Rodoaldi* (antea *Ducis*), *Loci Serva-*  
*toris* nomine per annum & menses se-  
 ptem gubernavit: hoc est non *Ducis*,  
 sed *Vicarii* titulo rexit. Tum Cap.  
 24. addit *Mortuo* quoque apud *Forum*  
*Julii Adone*, quem dixeramus *Loci Ser-*  
*vatorem* fuisse, *Ferdulfus Ducatum* su-  
 scipit. Quibus ex verbis intelligis,  
*Servatorem Loci* appellatum fuisse, qui  
 B) pro *Comite* aut *Duce* *Populum* rege-  
 bat, eique justitiam ministrabat. Non  
 poterat interdum *Comes Civitatis* Prae-  
 fectus sufficere tot litibus audiendis,  
 tot negotiis expediendis. Interdum  
 quoque ad exercitum, ad *Palatium*,  
 atque aliud proficisci sibi opus erat.  
 Proinde unus sive plures *Juris periti*  
 aut à Rege, aut ab ipso *Comite*  
 C) delecti & constituti erant, qui in  
 minoribus saltem causis jus redde-  
 rent, & *Comite* impedito aut absen-  
 te *Populum* gubernarent. Eos etiam  
 nonnumquam mittebat *Comes* ad *Pa-*  
*gos*, ut perspicerent, an *Centenarii*,  
*Sculdasarii*, aliique extra *Urbem* mi-  
 nores *Judices* suo officio recte fun-  
 gerentur. Immo eorum etiam fuit,  
 D) non tantum in *Pagis*, sed & in *Ur-*  
*bibus* *Placita* celebrare, ac audire &  
 dirimere *Populorum* controversias. *Loci*  
*Servator* propterea, ut supra vidimus  
 appellatus est *Missus Comitis*: quo et-  
 iam nomine eundem donat *Wala-*  
*fridus Strabo* in *Libro de Reb. Ec-*  
*cles.* Dixi delectos ab ipso *Comite*  
 ejusmodi *Missos* sive *Vicarios* suos;  
 E) idque ex conjectura tantum; quum  
 illos constituere aequius ad *Regis* po-  
 testatem pertineret, & fortassis ita se  
 res habuerit. Ex antiquis monumentis  
 nunc aliquid lucis huic argumento ac-  
 cedat. E *Tabulario Lucensis Archie-*  
*piscopii* *Chartam* archetypam descri-  
 psi; ubi *Loci Servatores* quidam memo-  
 rantur, in quorum munus & auctori-  
 tatem *Lector* mecum inquirat oportet.

Judicatum duorum Loci Servatorum in controversia de Ecclesia  
Sancti Angeli inter Patronum & Rectorem, coram  
Johanne Episcopo Lucensi, Anno 786.

**I**N Dei nomine. Regnante Domino nostro Carulo Rege Francorum & Langobardorum, quo Langobardiam cepit, Anno Regni ejus Tertiodecimo, & filio ejus Domino nostro Pipino Rege, Anno Regni ejus Sexto, VII. Kalendas Novembris, Indictione X. Notitia Judicati qualiter dum in Jesu Christi nomine adstante nos Jacobo Diacono, & Austrifonso Loci Servatoribus in Domo Sancte Ecclesie ante venerabile Dominus Johanne Episcopo, ubi nobiscum aderant Sacerdotes & Arermannos hujus Lucane Civitatis, idest Austripertus Loci Servator, Rachiprandus Presbiter, Arachis, Georgius, Gbispertus, Richidomnus Haolmi, Sichualdus Clericus, Andreas filius bone memorie Rigiperti, Alpertus Clericus filius bone memorie Lucii. Ibique venerunt ante nos Deusdedit Presbiter filius bone memorie Baronii, & Deusdona Presbiter Rectorem Ecclesie Sancti Angeli de Saragio, altercationem inter se habentes. Dicebat ipse Deusdedit Presbiter: Domine, audeat me pietas vestra, quia iste Deusdona Presbiter me Rectorem & ordinatorem ordinavit, & per Cartulam in me confirmavit Ecclesia Sancti Angeli ad Sragium, ubi iste Deusdona Presbiter modo esse videtur; ut omnia in mea esset potestate juxta textum de dotem illam, qualiter in isto Deusdona Presbitero & Clerico, & res ipsa confirmata fuit. Postea inimicum eum suaduit, & involavit mihi ipsam Cartulam, & querit mihi contrare ipsam Ecclesiam. Respondebat ipse Deusdona Presbiter: Certe veritas, quia,

**A** sicuti dicis, per Cartulam confirmavi inde ipsam Ecclesiam Sancti Angeli, & res ad ea pertinentes jam in tempore *Desiderii Regis*: & qualiter in te confirmavi, nullam tibi exinde contra num cartulam ipsam numquam involavi, nec aput me unquam revenit. Et dum ante ipsum Dominus Johannes Episcopum & nos, ipse Deusdona Presbiter taliter vetare cepisset, sic ipse Dominus Johannes Episcopus ante se Evangelia venire fecit, ut quem ipse Deusdona Presbiter exinde sciret omnia, ei certam diceret veritatem. Et dum ei Evangelia ipsa in ante poneret, presenti ipse Deusdona Presbiter ante nos professus est: „ Certam vobis dico veritatem, „ quia Cartulam ipsam nec furavit „ nec aput me revenit, nisi dixi Al- „ perti Clerici, qui erat obsequialis „ ejus Deusdedit Presbiter. Vade, si „ potest; tolle Cartulam illam, quam „ ego feci Deusdedit Presbiter de Ec- „ clesia mea Sancti Angeli, & res „ ad eam pertinent, & didi ea, & „ ego confirmo, & in ipsam Eccle- „ siam Sancti Angeli, sicut & ipsum „ habeo confirmatum. Sic postea ipse „ Alpertus Clericus, dum in ejus „ obsequium esset, furavit ei ipsam „ Cartulam, & adduxit eam mihi, „ & dixit mihi: Ecce Cartulam il- „ lam, que mihi tollere dixisset, „ tantum confirma me in ipsam Ec- „ clesiam. Set ego dixi ei: si non „ delis Cartulam istam, ibidem te „ confirmare non possit. Et dum ta- „ liter dixissem, ipse Alpertus Cle- „ ricus presenti ante me dedit Car- „ tulam illam ad unum Bretonem

„ peregrino, qui ibidem venerat ;  
 „ presenti ante nos ipse Britto misit  
 „ ea in focum, & ibi arsit. Et dum  
 taliter professus fuisset sic ipse Dominus  
 Johannes Episcopus ante se venire fecit  
 ipsum Albertum Clericum, ubi & nos  
 insimul eravamo, interrogavit eum, si  
 veritatem tulisset Cartulam illam Deus-  
 dedi Presbiteri, sicut ipse Deusdona  
 Presbiter dicebat, & presenti ante nos  
 dixit ei: „ Veritas est, quia dixit  
 „ mihi iste Deusdona Presbiter tol-  
 „ lere ipsam Cartulam. Et dum e-  
 „ go in obsequium ipsius Deusdedi  
 „ Presbiteri fuisset, & ego claves  
 „ ejus haberem potestatem, tuli &  
 „ ipsam Cartulam, per quem Deus-  
 „ dona Presbiter eum confirmaverat  
 „ in Ecclesia Sancti Angeli, & res  
 „ ad ea pertinente, & adduxi ea  
 „ ad istum Deusdona Presbiterum,  
 „ Et sic ea fecimus incendere ipsum  
 „ Brettonem, sicut iste Deusdona  
 „ Presbiter justitiam; quia postquam  
 „ in me per Cartulam confirmavit  
 „ ipsam Ecclesiam Sancti Angeli, &  
 „ res eidem pertinente; & oblica-  
 „ vit mihi quod ea in alio homine,  
 „ vel in Ecclesia dare non poteret  
 „ per nullum ingenio. Postea exin-  
 „ de misit Cartulam in Ecclesia San-  
 „ cti Silvestri. Set ipse Deusdona Pre-  
 sbiter statim dixit. Veritas, quia po-  
 „ stea exinde feci Cartulam in Ec-  
 „ clesia Sancti Silvestri, & aliam  
 „ Cartulam exinde feci Rapprandi  
 „ & Alipertuli Clerico.

Et dum taliter professus fuisset, &  
 sic ipse Dominus Johanne Episcopo ore  
 proprio suo dixit Deusdedi Arcidiaconi  
 Rectori suprascripte Ecclesie Sancti Sil-  
 vestri, si veritatem ipse Deusdona Pre-  
 sbyter fecit Cartulam ipsam de jam di-  
 cto Monasterio Sancti Angeli in Eccle-  
 sia Sancti Silvestri, sicut ipse Deusdo-  
 na Presbyter dicit, ut ante nos ea ad-

A ducere deberet, ut exinde certam posse-  
 mus conjungere veritatem. Set ipse Deus-  
 dedit Arcidiaconus dixit: Postquam i-  
 ste Deusdona Presbyter dicit, quod  
 Cartulam ipsam fecisset, sit \* facta,  
 nam ego eam adducere non possum,  
 & nullam rationem exinde pono ab-  
 sique Falichisi, qui est Procurator  
 de ipsa Ecclesia. Et dum omnia hec  
 factum fuisset, sic ipse Dominus Johan-  
 nes Episcopus noster ore proprio suo no-  
 bis praecepit, & conjurando nobis di-  
 xit, ut nos una cum ipso Austriperto  
 Loci Servatore secundum Deum per  
 veram Legem & justitiam causam ipsam  
 inter eos judicare & deliberare deberi-  
 mus. Nos vero qui supra Jacobus &  
 Austrifonsus Loci Serbatoribus secun-  
 dum ejus preceptione ipsum Austriper-  
 tum Loci Servatorem & Sacerdotes  
 & Avemannos, quorum nomina super  
 leguntur, judicavimus, ut ipse Alper-  
 tus Clericus & Deusdona Presbyter per  
 Evangelia juratim dicerent, quia qua-  
 liter de causa ista professi sumus, omnia  
 sic fuit veritatem, & qualiter judi-  
 cavimus ante nos, exinde juraverunt.  
 D Similiter & judicavimus, & wadia  
 dare fecimus ipsum Deusdedit Presby-  
 ter jam dicti Deusdona Presbyteri, ut  
 consignaret per testimonia, qui Cartu-  
 lam ipsam vidissent, & Notarium qui  
 eam scripsisset, ut nos certam poteri-  
 mus conjungere veritatem, quali tem-  
 pore Cartulam ipsam scriptam fuisset,  
 aut si fuisset veritate, sicut & ipse  
 Deusdedit Presbyter querebat, & ipse  
 Deusdona Presbyter & Alpertus Cleri-  
 cus professi sunt. Et dum wadium eun-  
 taliter dare fecimus, dixit ipse Deusde-  
 dit Presbyter: Sicut wadium dedi,  
 testes illos habeo, & Notarium, qui  
 eam scripsit; set tantum jubeatis co-  
 raram scedem Dominorum nostrorum  
 Regum inquirere. Sic nobis ostendit  
 testimonia, idest Adelchari Clericum,  
 Ami-

*Amicus Presbyter, Inso, Andreas Clericus, Virbonus Presbyter, & Ratfonso Notario, quem nos separati diligenti inquestivimus. Unanimiter ante nos dixerunt: Vidi Cartulam, per quam Deusdona Presbyter firmaverat Deusdedit Presbytero in Monasterio Sancti Angeli, & res ad ipsum Monasterium pertinentes. Et erat scripta tempore Desiderii Regis, & à testibus roborata. Et ipse Ratfonso Notarius dixit: Recordo de Cartula illa, quam Deusdona Presbyter fecit, & de Monasterio Sancti Angeli, & res ad ipsum Monasterium pertinente Deusdedit Presbyteri: quia ego ea scripsi per rogatum ipsius Deusdedit Presbyteri tempore Desiderii Regis, & ante me eam firmavit, & tradidit ipsius Deusdedit Presbyteri. Et dum testimonia ipsa & ipsum Notarium taliter testimonium reddidissent, interrogavimus ipsum Deusdona Presbyterum, si testimonia ipsa reprovare poterent, aut aliquid haberet, quod exinde adversus eos diceret. Sed presenti ante nos dixit: Nec testimonia ista reprovare possum, nec nulla habeo, quod exinde contra eos dicam, quia omnia veritatem dixerunt. Sed quamvis ipse Deusdona Presbyter testimonia ipsa justificaret, presenti Evangelia Dei ante nos adduci fecimus, & tum ipsa testimonia una singularum, quam & ipse Notarius jurando ante nos testimonium suum confirmaverunt. Insuper ipse Deusdedit Presbyter ante nos per Evangelia dixit cum sacramentales suos secundum legem, sicut nos judicavimus, quia qualiter testimonia ista de hac causa testimonium reddiderunt, omnia veritatem dixerunt. Et dum testimonia & Notario ipsum per Evangelia testimonium suum confirmaverunt, & ipse Deusdedit Presbyter juravit, sicut supra judicavimus, & vadia dare fecimus jam*

*A nominatum Alpertum Clericum supradicti Deusdedit Presbyteri, ut ei componeret de ipsam Cartulam, quam ei furavit, & incendere fecit, secundum eorum Legem. Et dum hec facta fuissent, justum nobis paruit esse una cum suprascripto Austriperto Loci Servatore, seu Sacerdotes & Aremannos ita judicavimus, ut ipse Deusdedit Presbyter haberet in suo dominio ipso Monasterio Sancti Angeli una cum omnia res ad ea pertinente, sicut per jam memoratam Cartulam in eum confirmatum fuit, & partem ipsorum, cui exinde postea ipse Deusdona Presbyter Cartulam emisit, sint exinde contenti. Et fenita est inter eos causatio. Unde hanc notitia Judicati nostri tibi, qui supra Deusdedit Presbyter emittere previdimus, & pro confirmatione Filippum Presbyterum scribere communitimus, ut modernis & futuris temporibus in eadem maneat deliberatione.*

*Actum Luca.*

*Ego Jacobus Diaconus in hunc Judicatum à nobis factum manu mea subscripsit.*

*D Ego Austrisus Diaconus in hunc Judicatum à nobis factum manu mea subscripsit.*

*Signum manus Austriperti Loci Servatori, qui in his actis interfuit.*

*Ego Ghispert in his actis interfui.*

*Ego Georgius in is actis interfuit.*

*Ego Rachiprandus Presbiter in his actis interfui &c.*

*Heic nobis occurrunt Jacobus & Austrifonfus Diaconi, ambo Loci Servatores. Adest tertius Loci Servator Austripertus, quem Secularis vitae virum opinari licet. Ergo plures eodem tempore, eodemque in loco reperiuntur Loci Servatores. Sed quei ad gerendas Comitatus, seu Praefidis Saecularis vices adfumebantur viri Clero addicti? Deinde hujus causae Judi-*

Judices quidem ii sunt: sed iudicio praeest *Johannes Episcopus Lucensis*, & caussa haec Beneficialis est, ac proinde ad unius Episcopi tribunal spectat. Mihi nata dubitatio, num duo illi Diaconi, non Comitibus, sed Episcopi essent Vicarii, ac locum Episcopi tenerent in iudicandis causis Ecclesiasticis. Iis enim praecepit idem Praeful, ut una cum ipso *Austriperto Loci Servatore Laico*, secundum Deum, per veram Legem, & justitiam causam ipsam iudicare & deliberare deberent. Sed in hac sententia persistere non ausim, conferens ista cum aliis monumentis nunc mihi evulgandis. In eodem *Lucensi Archivo* se mihi obtulit idem *Austrifonsus Diaconus*, adhuc *Loci Servator* cum duobus suis Collegis Anno DCCCII. qui *Placitum Lucae* habuit. Ego haec pauca decerpfi è lacera pergamena. In nomine &c. *Carolus serenissimus Augustus, magnus, pacificus Imperator, gubernans . . . . Francorum & Langobardorum, Anno Regni ejus, quo Langobardiam cepit, Vigesimo octavo, & filio ejus Domino nostro Pippino Rex, Anno Regni ejus Vigesimo primo, mense . . . . In nomine Domini notitia Judicati. Resedentes nos Raspertus Presbiter, Agiprandus, & Ostrofonso Diaconus,*

A no, *Loci Servatores, in Domo Sancte Ecclesie una cum viro . . . . Gbisprando & Cauferamo Scafinis, singulorum hominum causas audiendas & deliverandas; & postquam per Widbodum Missum Domni nostri Caroli . . . . Ecclesie Sancti Silvestri de Monasterio Sancti Andree de loco Apuniano . . . . nos Sarpertus Presbiter Advocatus Sancte Ecclesie Sancti Silvestri . . . . cum Agiprando Presbitero fecimus ipsum in Placito &c. Actum in domo Sancte Lucae Ecclesie. Ego Raspertus Presbiter Loci Servator in hunc Judicatum à nobis facto manu mea subscripsi. Ego Agiprandus Archidiaconus & Loci Servator &c. Servatores isti, ut quisque intelligit, Placitum habent publicum, hoc est universi Populi causas iudicandas sibi proponunt. Ergo Regis sive Imperatoris auctoritate agunt, ac Judicem pro Principe, non pro Episcopo agunt. Memoratur etiam ibi *Widbodus Missus Caroli Magni*. Attamen tres isti non Laici, sed Ecclesiastici viri sunt. Sed rursus in scenam prodeat idem *Austrifonsus Diaconus Servator Loci* ad Annum DCCCVII. quo scripta fuit Charta Judicati, quae in supra laudato Archivo authentica existat.*

Placitum Lucense ab Austrifonso Diacono, Loci Servatore habitum, in controversia de Ecclesia Sancti Angeli inter Theosprandum Rectorem Ecclesiae Sancti Martini & Alprandum Clericum, Anno 807.

I N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. *Carolus serenissimus Augustus, a Deo coronatus, magnus & pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium: qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum. Anno Regni ejus, quo Langobardiam cepit, Trigesimo Tertio.*

E t filius ejus *Domnus noster Pippinus Rex, Anno Regni ejus Vigesimo Sexto, mense Januario, Indictione XV. In nomine Domini. Notitia Judicati. Resedentes nos Austrifonsus Diaconus, Loci Servator in Domo Sancte Ecclesie ad singulorum hominum causas audiendum vel deliverandas, ubi nobiscum*  
ade-

aderant Suripertus Presbiter, Philippus Presbiter &c. Sicheradus Clericus &c. & alii plures. Ibi in nostris presentibus veniens Teosprandus Clericus Rector Ecclesie S. Martini Baptismalis, sita in loco Colline, causam avendo cum Alprando Clerico filio quondam Lupualdi de ipso loco Colline, cepit dicere ipse Teosprandus Clericus: Si placet vobis, faciat mihi justitiam iste Alprand Clericus. Pro qua causa abes res Homuli Clerici Avii tui, & Basilica Sancti Angeli, que est pertinente suprascripte Ecclesie Sancti Martini? Respondebat ipse Alprandus Clericus: Veritas est, quia abeo res ipsa, que dicis, & Ecclesia Sancti Angeli, eo quod fuit ipsius Homuli Clerici Avii mei, & ipsius Patris mei. Respondebat Teosprandus Clericus dicens: Tu res ipsa, nec Ecclesiam avere non debes: quia ecce Cartula pre manibus abeo, quomodo Ecclesia Sancti Martini pertinere debet. Nos autem fecimus Cartula ipsa ante nos relegi. Continebatur in ea, quomodo iste Homulus Clericus filio quondam Causeradi aritatori prope Ecclesia Sancti Martini de Colline manifestaverat, ut per triginta annos parentes ejus, & ipse voluntate & inperationem fecissent de Presbiteris suprascripte Dei Ecclesie: & hic Luca propter Crismum eos mittebant ad tollendum, & cavallicaturas cum ipsis Presbiteris fecissent, & in predicta Dei Ecclesia per Cartulam offerfionis omnem rem suam, & Ecclesie Sancti Angeli, que a Genitore suo constructa est, offeruit & confirmavit &c. Et ipsa Cartula deperiisset; proinde iterum per Cartulam offeruit Deo & sepe dicte Ecclesie Sancti Martini, ubi tunc Gaudiosus Presbiter Rector esse videbatur, jam dictam Ecclesiam Sancti Angeli tali ordine confirmavit, ut tam ipse,

A quam & heredes ejus ipsam rem usufructuare & regere deberent, & voluntate & inperationem de Presbitero, qui ibi ordinatus fuerit pro re ipsa facere, & non haberent potestatem venundare &c. Et Cartula ipsa scripta erat per quondam Austripertum Clericum in Anno Desiderii & Adelchis Regum Quartodecimo & Duodecimo, Quarto Kalendas Octobris, per Indictionem Nonam, (\*) & a testibus erat roborata. Relecta Cartula ipsa, audiente ipso Alprando Clerico, ante nos interrogavimus eum, si rem ipsa & Ecclesia Sancti Angeli contendere aut contra ipsam Cartulam & Testamentum Avi sui averet, quod dicere. Ipse Alprandus Clericus respondit atque manifestavit, dicens:

B Jam postquam Cartulam istam vidi, sicut ab ipso Avio meo factum, nec res ipsa, nec Ecclesia Sancti Angeli contendo, nec contra ipsa Cartula nullum abeo que dicam, nisi qualiter parentes mei pro ipsa re & Ecclesia fecerint voluntate de Rectoribus Ecclesie Sancti Martini pro ipsa re, ita & ego facere volo. Postquam autem ipse Alprand Clericus in nostro

C D judicio taliter renunciavit, & manifestavit, consideravimus una cum suprascriptis nobiscum resedentibus, & recte nobis paruit esse. Et ita judicavimus, ut secundum textam jam memorate Cartule ipsas res & Ecclesia Sancti Angeli esse in potestate suprascripte Ecclesie Sancti Martini, sicut ab ipso Homulo Clerico Avio ipsius Alprandi Clerici manifestatum & datum fuerat; & eidem Alprandi Clerici renunciavimus, ut voluntatem & inperationem de Rectoribus ipsius Ecclesie Sancti Martini, atque Officium faceret, sicut parentes ejus consueti fuerunt de ipsa re faciendum. Et si ipsum Officium ipsius Ecclesie & inperationem & voluntate de Rectoribus

E pre-

(\*) Idest Anno Christi DCCLXXI.

prefate Ecclesie Sancti Martini facere nolere ipse Alprandus Clericus, sicut ipsi parentes ejus fecerunt ..... Et ita judicavimus, ut ab ipsa predicta Ecclesia Santi Angeli, & omnem rem, que fiet ipstus Homuli Clerici Avii ejus, contentus & re ..... deberet. Et finita est inter eos intentio. Unde hanc notitia Judicati tibi, qui supra, Teusprando Clerico ad partem prefate Ecclesie ..... emitti previdimus, ut nulla contra te neque successores tuos iterum de hac causa oriatur intentio, sed semper .... deliveratione firmiter persistat. Et pro confirmatione Richiprandum Subdiaconum Notarium scribere comunimus.

Actum Luca.

Ego Strifusus Diaconus Loci Servator in hac Judicatu à me factu manu mea subscripsi.

A

Ego Philippus Presbiter interfui.

Ego Albertus Presbiter ibi fui &c.

Habemus & heic eundem, qui supra, Loci Servatorem Ecclesiasticum, qui litem ad Ecclesiam quidem spectantem cognoscit, sed simul Saeculari auctoritate, ut verba illa singulorum hominum causas audiendum vel deliverandas indicare videntur. Neque is quidquam adfert, ut intelligamus, num ex ordinaria, an ex delegata potestate, ab eo haec fierent. Hisce denique accedat Judicatum, ex ipso Lucensi Tabulario per me excerptum, quo praelucente rectius fortasse ad haec intelligenda perducemur.

B

C

Sententia in Placito Lucensi pronuntiata à duobus Loci Servatoribus in controversia inter Ecclesiam Cathedralis Sancti Martini & quemdam Suavem, Anno 815.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Regnante Domino nostro Hludowicus serenissimus Augustus, à Deo coronatus, magnus, & pacificus Imperator, Anno Secundo, & Domino nostro Bernardus Rege Langobardorum, Anno Regni ejus, postquam in Dei nomine in Italia reversus est, Quarto, Mense November Indictione IX. Dum in Christi nomine resedentes nos Taito & Aipo, Loci Servatores in judicio ad singulas causas audiendum & deliverandum, ubi nobiscum aderant Aremannos hujus Lucane Civitatis, idest Ilmerando de Wamo, Petrus Teudici Clericus, Gherimundo, Andrea, seo Frotaldo, & Baso homines Franciscos, & alii plures. Ibiq; venit ante nos Benedictus Advocato Ecclesie Sancti Martini, ubi est Domus Episcopo-

Tom. II.

D

E

rum, & ex alia parte Suave, altercationem inter se abentes. Dicebat ipse Benedictus: Audire me digneris, quia iste Suave contra rationem abet quatuor petie de vinea ipsius Ecclesie Sancti Martini in loco Balsiniana prope Ecclesiam Sancti Georgii. Respondebat ipse Suave: Nescio, vinie ille, unde tu dicis. Et dum inter eos talis verteretur causatio, judicavimus, & wadia dare fecimus ipso Benedictus eidem Suavi, ut munstraret ei ille quatuor petie de vinea, unde eum querebat. Et ipso Suave fecimus ei dare wadia, ut esset parato videndum ipsa vinea, & venire in Plaito ponere ei exinde rationem. Postea dum in constituto ambas partes ante nos reversi fuissent, in judicio adessent ibidem subscripsi Arimannis, tunc ipse Benedi-

L

tus

*Aus dicebat eidem Suavi: Ecce parati fumus. Pone mihi rationem de ille quatuor petie de vinea Sancti Martini in Bulfiniana, quas tibi consignavi, pro quid eas abere vobis? Respondebat ipse Suave: Ipse quatuor petie de vinea, unde tu dicis, quas mihi munstrasti, eas mihi dedit ad laborandum quondam Ghisprando negotiante. Et ecce Livello pre manibus abeo, quomodo ipse mihi dedit ad laborandum omnia res sua illa in ipso loco Bulfiniana, quam ei, ex comparationem obvenit de Tachiperto. Et ipse quatuor petie de vinea de sua res fuerunt, quam ipse Ghisprando per isto livello mihi ad laborandum dedit. Et dum livello ipso legi fecissemus, dicebat ipse Benedictus: Livello isto, quas tu ostendis, ad partem Sancti Martini nulla impedit, quia vinie ille, quas tibi munstravi, ipsius Ghisprandi nulla per tenuerunt: nec non fuerunt de res ipsa, quas tibi ipse per isto livello ad laborandum dedit. Nos vero ita audientes interrogavimus ipso Suave, si aberet autore de vinie ille, quas ei ipse Benedictus da parte Sancti Martini contendeat, an non. Sed ipse Suave i statim ante nos professus est, dicens: Ipse Ghisprando autore meo mortuus est, & exinde autore menime dare possum, nisi consegnare possum, quomodo ipse vinie, quas mihi consignasti, ipse Ghisprando per isto livello mihi dedit. Et dum ipse Suave talis nobis faceret proclamationem, judicavimus & wadia dare fecimus ipso Suave eidem Benedicti, ut sicut adseverabat, taliter consignaret, & ipso Benedicto fecimus ei dare wadia, ut esset parato recipiendum ab eo ipsa consignationem. Et dum in constituto ambas partes ante nos reversi fuissent in iudicio: tunc ipse Benedictus dicebat ei-*

*A dem Suavi: Ecce parato sum consignatione ipsa da te recipiendum, sicut mihi per iudicio istius Taiti & Aipi Loci Servatores wadia dedisset de ille quatuor petie de vinea in Bulfiniana, quas tibi munstravi, quomodo ipse Ghisprandus per illo livello, quam in iudicio ostendisti tibi dedisse. Dic mihi; si poti, consignatione ipsa facere an non? Tunc nos, qui supra Auditores, interrogavimus ipsos Suave, si poteret consignatione ipsa facere an non, aut aliquid aberet, quot de ipse quatuor petie de vinea ad partes Sancti Martini dicere vel contendere poteret. Sed ipse Suave presenti ante nos professus est dicens: Consignatione ipsa, qualiter istius Benedicti wadia dedi, menime facere possum, nec de ipse quatuor petie de vinea nulla abeo, quot contra parte Sancti Martini dicere aut contendere possum. Et dum ipse Suave taliter ante nos renunciatum fuisset, tunc recte nobis paruit esse una cum superscriptos Avemannos. Ita judicavimus, ut ipse quatuor petie de vinea haberet parte jandedite Ecclesie Sancti Martini, ubi est Domus Episcoporum, & ipse Suave esse exinde contemptos & remotos; & fenita est inter eos causatio: unde qualiter ante nos acta & deliverata est causa tibi, qui supra Benedicto ad parte memorate Ecclesie Sancti Martini hoc nostrum emisimus iudicatum, ut modernis & futuris temporibus in eadem permaneat deliverationem, & Ghiselpert Notarius scribere commonuimus.*

*Actum Luce.*

*Ego Taito Loci Servator in anc iudicata ad nos facta manus mea subscripsi.*

*Ego Aipo Loci Servator in unc iudicato ad nos facta manus mea subscripsi.*

*Signum manus Petri ibidem fuit.*

*Signum*



*Signum manus Ilmerandi ibidem fuit.*  
*Ego Adelmanus ividem fui.*

Supra vidimus, quid de Epocha Bernardi Regis sentiendum sit. Heic autem perspicue cernimus; duos *Loci Servatores Taitonem & Aiponem*, viros utique Seculares, & in Placito Saeculari confidentes, jus dicere Populo universo. Nullus verò ex iis se se *Comitis Missum* profitetur; ut proinde sublucere videatur, judicandi auctoritatem iis à Palatio fuisse traditam, atque ordinariam fuisse, in subsidium nempe Comitis & commodum Civitatis. Quod si Clerici ad idem munus adhibebantur, nil mirum est, quum toties *Missos Regios* è Clero deletos viderimus *Placita* indixisse, & *justitiam* Populo

A ministrasse. Postremo tandem loco animadvertas, primores Presbyteros Ecclesiae Romanae, scilicet Archipresbyterum, Diaconum, & Primitierium, Sede vacante, olim appellatos fuisse *Servantes locum Sanctae Sedis Apostolicae*. Id constat ex Literis Cleri Romani Anno Christi DCXXXIX. vel DCXL. scriptis ad Episcopos Scotiae apud Bedam Lib. 2. Cap. 19. Histor. Ecclesiast. Quare intelligas, quondam *Loci Servatores* idem quodammodo fuisse, atque nobis sint *i Luogotenenti*. Et quoniam in praecedentibus Chartis hifce *Lucensibus Avemannorum*, qui *Placitis* aderant, mentio habetur, de iis vide, quae infra congeram in *Disertat. XIII. de Hominibus Liberis*.




DE ALLODIIS,

VASSIS, VASSALLIS, BENEFICIIS,  
FEUDIS, CASTELLANIS &c.

DISSERTATIO UNDECIMA.



## DISSERTATIO UNDECIMA.



Ntiquo Romano-  
rum jure erant,  
uti & nunc sunt,  
Bona proprietaria  
sive Patrimonialia,  
quae quisque  
possidebat tam-  
quam propria &  
acquisita sive titulo hereditatis, sive  
emtionem, donatione, aliisque ejusmodi  
contractibus, quos jus gentium  
invexerat. Neque tantum privatis per-  
sonis suum erat Patrimonium, sed &  
ipsis Imperatoribus, qui & praedia &  
bona propria possidebant, eaque *Procu-  
ratoribus rei privatae*, sive *proprii Patri-  
monii* gubernanda tradebant. Bona verò  
*Fiscalia*, quae è tributis, vectigali-  
bus, aut etiam fundis ad Rempu-  
blicam spectantibus constituebantur,  
per alios Procuratores administrari  
consueverunt. Excolebant autem Ro-  
mani agrum sui juris aut per Servos  
suos, quos propterea *Servos glebae* ap-  
pellatos novimus, aut per Liberos ho-  
mines. Familiaris quoque fuit vetustis

A Saeculis *Locationum* usus, pretio nempe  
statuto, quod quotannis Conductor  
pro re locata ad persolvendum sese  
obligabat. In ea sententia fuere Sal-  
masius ad Solinum, & Du-Cangius  
in Glossario Latino, Italicam vocem  
*Fitto*, inde derivatam fuisse, quod  
praediorum Conductores, sive *Coloni*  
censum certum singulis annis domi-  
no fundi se exsoluturos pollicerentur.  
B Scilicet *Fitum* pro *Fixum censum* bar-  
barica Secula dixerunt à *Figo*, cujus  
supinum effecere *Fitum*, non *Fixum*.  
Ejusmodi opinionem, uti solidis fun-  
damentis nixam, non solum ample-  
ctor, nam adhuc Italicæ Linguae est  
C *Fitto* pro *Fixus*; *Confitto*, *Trafitto* pro  
*Confixus*, *Transfixus*; sed & ipsam  
confirmatum eo, Chartam videlicet  
exerendo, quam è Chartophylacio Sa-  
crarum Virginum Ferrariensium San-  
cti Silvestri descriptam ad me misit  
amicus vir, Joseph Antenor Scala-  
brinius in eadem Civitate Sanctae  
Mariae in Bucca Rector, ubi *Fixæ*  
*Pensio* idem est, atque *Fitus Census*.

Charta emphyteusis facta a Clarissa Abbatissa Monasterii Sancti  
Silvestri Ferrariensis, Saino & Bono-Petro germanis,  
Anno Christi 1085.

I N nomine Patris & Filii & Spiri-  
tus Sancti. Anno Dominicae Incar-  
nationis MLXXXV. Regnante Heinrico  
Heinrici Imperatoris filio, Anno Viesi-  
mo Sexto, die XI. mensis Decembris,  
Indicione VIII. in inferiori Burgo Fer-  
rariæ, in Clastrum Sancti Silvestri.

E Ego quidem in Dei nomine Sainus &  
Bonus-Petrus germani ad invicem, &  
Perbello & Guilla similiter germani no-  
stri ad petere videmur à te Domna  
Clariza, Deo annuente, Abbatissa Mo-  
nasterii Sancti Silvestri, ab hoc die  
per hanc enfiteosis paginam concedisti  
nobis

nobis rem vestri Monasterii, seu filiis & nepotibus nostris, vel duobus successoribus nostris, qui post nostrum obitum habeant rem, que hic inferius legitur. Hoc est totam & integram ipsas res immobiles, quas per libelli affectus paginam habuimus vestro jure: que fuit de Paulo Martinello in fundo, qui dicitur Corigijs Maurus, & in Casaliculo, cum terris, vineis, casalibus, campis, & cum omnibus prescripte res pertinentibus. Ad habendum, tenendum, possidendum, laborandum, defensandum, meliorandum, ex nostris propriis expensis seu laboribus, nichil aliud pro Fixa Pensione alico modo reputemus, seu ut inferamus cum nostris filiis & nepotibus vel duobus successoribus tibi predictæ conceditrici annualiter omni mense Marcii pensionis nomine Denario vestro tres; tantum ista pensionem persolvamus. Post diem autem nostrum, nostramque filiorum & nepotum, vel duorum successorum, sicut supra legitur, supra scriptam rem revertatur in jure predictæ Ecclesie vestre. Promittimus pro nobis & à dictis petitore cum nostris filiis & nepotibus vel duobus successoribus hanc petitionem inviolabiliter modis omnibus conservare & adimplere tibi supradicta conceditrici, sub pene nomine auri uncia tres. Et soluta pena stet in sua firmitate. Quam scribere rogavimus Bonum Vicinum Ferrariensem Tabellionem, & manibus nostris firmavimus, testesque firmare rogavimus, sub die & mense & Indicione suprascripta.

Signa manum predictorum petitorum ad firmanda omnia, sicut supra legitur.

Signum manus Gulfi, Jobannis, Ugolini, Petri, teste in omnibus, sicut supra legitur.

Ceterum Ficti nomen eâ etiam de causâ in Emphyteusi adhibitum videas, quod Emphyteutae certum quotannis censum penderent domino fun-

A di. In Antiquitat. Estens. Par. I. Cap. 7. pag. 47. evulgavi Investituram Curtis Lusiae Anno MLXXIX. datam Hugoni & Fulconi filiis Azonis Marchionis Estensis ad Fictum censum reddendum Ficti nomine usque ad annos viginti & octo expletos. Quare quod veteres dicerent, tradere seu dare aliquid ad Fictum (supple Censum) reddendum, hinc ortum habuit Italica vox *Affitto*. Antiquissimus quoque est usus *Emphyteuseon*, de quibus erit infra sermo in Dissertatione XXXVI. Nunc mihi, levi tamen brachio, excutiendum est argumentum de *Beneficiis*, *Feudis*, & *Allodiis* eaque occasione de *Vassis* & *Vassallis*: quorum frequens mentio est in monumentis ac Historiis barbarici aevi. Qui *Beneficium* ac *Feudum* pro una eademque re apud veteres sumunt (& quidem non pauci, neque sine causa, in eam opinionem descendunt) usque à Romanorum dominantium aevo originem *Feudorum* arcessunt. Scilicet coeperunt Imperatores, & fortassis antea ipsi quoque Romani rerum domini, praedia aut ad Fiscum devoluta, aut parta in bello militibus aliisque suis fidelibus elargiri, ut eorum fidei ac laboribus suum esset praemium ac merces. Atque ad eum morem alludere censetur Hyginus, qui sub Trajano floruit, in Libro de Limitibus constituendis, ubi ait: *Si qua Beneficio concessa aut assignata Coloniae fuerint, in loco Beneficiorum adscribemus*. Dolabella quoque Auctor Gramaticus apud Gœsium inter rei Agrariae Scriptores haec ait: *Quaeris, si in Libro Beneficiorum regionis illius Beneficium alicui Augustus dederit*. Ad haec in aula Principis Libri seu Commentarii exstabant, in quibus descripta erant singula Beneficia, & cui collata fuerant.

Legi-

Legitur apud Gruterum pag. 1078. num. 1. Inscriptio posita M. Ulpio Augusti Liberto Phaedito, qui nuper laudato Trajano Imperatori fuerat A. COMMENT. BENEFICIORUM. Quid plura? Cicero ipse videtur ejusmodi Beneficia memorasse in Oratione pro Archia. Quod si haec adhuc obscura reputas, accipe quae Lampridius scripserit de Alexandro Severo Augusto: *Sola, quae de hostibus capta sunt, limitaneis Ducibus & militibus donavit, ita ut eorum ista essent, si heredes illorum militarent.* Praeterea de Probo Augusto haec idem Scriptor narrat: *Veteranis omnia illa, quae anguste adeuntur Isauriae loca, privatis donavit: addens, ut eorum filii ab Anno octavodecimo, mares dumtaxat, ad militiam mitterentur.* Haec revera speciem Feudorum praeferunt, quum sub ea conditione loca illa militibus concederentur, ut eorum postea filii militarent, ubi congruam aetatem attingerent. Nemo autem ignorat, simili fere pacto Feuda olim, & nunc, contributa, ut Vassalli, quum res possit, domino Feudi militent, eumque fide, armis, atque consiliis tueantur. Attamen nec sic quidem justam tenemus Feudorum imaginem. Romanorum quippe Beneficia fuere aut agri dono dati militibus, directo domini jure minime reservato. Aperte Lampridius ait *Donavit.* Aut etiam Praefecturae fuerunt, quandiu sinebat Princeps, duraturae. Idem Lampridius in Alexandro: *Dabat haec in Beneficiis, quae famam ejus non laederent. Bona privatorum &c. Praepositivas locorum civilium &c. Administrationes &c.* Denique Romanorum Beneficia conjunctam minime habuerunt Jurisdictionem, qua revera donati sunt posteriorum Saeculorum Vassalli. Quum verò inter tot Leges Theodosiani &

A Justiniani Codicis nihil occurrat, quod Feudorum naturam redoleat, quae rite statuas, eorum temporum Beneficia cum subsequantium Saeculorum Beneficiis seu Feudis merito posse componi? Quid verò fuerint *Scrinia Beneficiorum*, quid Beneficia in Aquaeductibus, edicet tibi Gothofredus in Notis ad Lib. XI. Tit. XX. Legem IV. & ad Lib. XV. Tit. II. Legem VI. Codicis Theodosiani.

B Ea igitur sententia praefenda omnino mihi creditur, quae à Germaniae Populis Feudorum originem arcessit. Atque haec innumeros Germanicae gentis Eruditos pro se numerat, è quibus ne unum quidem nominare in re tam patenti est opus. C Subscribo & ego, non tantam tamen antiquitatem germanae Feudorum institutioni tribuens, quantam nonnulli sibi persuasere. Scilicet sunt qui è Langobardis Germaniae Populis Feudorum usum derivant, quibus assentiri nequeas, quum neque in Langobardorum Regum Legibus, neque in vetustis gentis illius monumentis quidquam occurrat, unde eluceat, apud eos Populos Feuda in usu fuisse. D Pleaque verò ex Eruditis censent, Francorum gentem, quae & ipsa Germaniam matrem habuit, originem dedisse Feudis, & quidem ante Langobardorum tempora. Nimirum Saeculo ipso Christianae Aerae Quinto Clodovaeus Rex (Aimoio, ut ajunt, teste Lib. I. Cap. 14. de Gestis Francorum) *Milidunum Castrum eidem Aureliano, cum totius Ducatus regionis, jure Beneficii concessit.* Carolus autem Molinaeus scribit, se vidisse *antiqua instrumenta donationis antiquorum Feudorum, factae per Childebertum Primum Clodovei Primi filium Francorum Regem Monasterio Sancti Germani Pratenfis.* Bignonius quoque vir do-

etiffimus, quotiescumque offendit in Formulis Marculfi, aut in Capitularibus Regum Francorum nomen *Vassorum*, aut *Beneficii Regalis*, ibi continuo scripsit agi de *Beneficiis*, quae nunc *Feuda* appellamus. Vide praeceteris Iterum Cap. I. de Feudis Imperii, ut alios omittam. Verum mihi nondum satis persuasum est, *Feudorum* indolem, qualem nunc habemus, reperiri apud veteres Francos: quanquam non negem, eos posuisse fundamenta ejusdem institutionis, & quamquam norim, *Feuda* quoque *Beneficii* nomine Seculis posterioribus designata fuisse. Sed quomodo *Beneficia* omnia non ejusdem speciei sint, propterea nominis communio nequaquam evincit, veterum *Beneficia* ne hilum quidem à *Feudis* diversa fuisse. Quas habeam adhuc suspensae opinionis rationes, accipe. Haecenus existimatum est, nihil aliud fuisse Francorum *Vassos*, nisi qui sibi collatis *jure Beneficario* praediis, Seniori concedenti fidem ac servitium suum obligabant. Mihi contra suspicio gravissima inedit, nihil opus fuisse *Beneficio* apud Francos, ut quisquam *Vassus* constitueretur. *Vassi* nomen, uti Ducangius, Boxhornius, Eccardus, aliique docti Viri animadverterunt, non aliunde natum videtur, nisi è Cambrica voce *Gwas*, significante *Famulum*, *Ministrum*. Olim ergo nobiles viri, seu militari cingulo insigniti, non secus ac nostris temporibus, ad Regum famulicium inhiabant: tum ut patrocínio Principis, aliisque Aulae Regiae privilegiis fruerentur, tum etiam ut Regum liberalitatem in se derivarent (quod plerumque accidebat) atque ab iis *Beneficia*, hoc est usumfructum praediorum Regalium, dum vita comes esset, consequerentur. Quicumque nobilis ad famuli-

A cium Principis adscisceretur, eidem juramento suam fidelitatem obligabat, atque exinde *Vassus* appellabatur. *Vassalli* verò (si tamen fuit, quod non credo, inter *Vassos* & *Vassallos* discrimen) ii nuncupati videntur, qui inferioris ordinis erant, & aequae tamen atque *Vassi* Regi famulabantur. *Vassi* & *Vassalli Regis* occurrunt in Capitulari Anni DCCCXXIII. sub Ludovico Pio. Ac propterea id genus non ignobiles famuli, atque ingenui viri, Episcopis, Comitibus, atque Abbatibus inservientes, etsi interdum *Vassi* quoque dicantur, saepius tamen *Vassallorum* nomine donati visuntur. Fuerunt enim Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Episcopis, & demum Abbatibus, *Vassalli*, id est nobiles Famuli, *Ministeriales* etiam appellati, qui *Senioribus* hisce obsequium ac servitium praestabant, sive ad augendum splendorem domesticum, sive ad subeundos pro eis militiae labores. Atque inde ortum habuit Italica vox *Signore*, quae tamen communis est Gallis & Hispanis. In Italia tamen non solum à *Vassis*, sed à *Colonis liberis* appellati sunt *Seniores Domini*, uti videre potes in Chartis Monasterii Vulturnenfis Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. Altera verò vox *Padrone* nata est è *Patronus*, quo nomine Liberti, Aldii, atque alii, ut aiebant, *Pertinentes*, suos Dominos distinguebant, quum adhuc ab eorum jure penderent: de qua re in Dissertatione XV. de *Manumiss.* sermo erit. Ceterum, ut dixi, necesse minime fuisse videtur ad *Vassos* constituendos, ut *Beneficii* cujuscumque collatio praecederet. Interdum in ipso famulicium, seu *Vassatici* exordio se liberalem Senior praebat; interdum post probatam *Vassi* diuturnam fidem, praemii loco eis è proprio, sive Regali patri-



patrimonio fundum aliquem largiebatur, aut ex Ecclesiarum spoliis, prout iniquitas eorum temporum ferebat: de qua re infra agetur in Dissertat. LXXIII. de *Monaster. in Benefic. datis.*

Et primò nihil ad rem facit Aimoini Floriacensis Monachi auctoritas, qui Saeculo tantum X. seu potius XI. Francorum Historiam conscripsit. Quicumque vetustissimi Annalium Francorum Historici apud Du-Chesnium Tomo I. tradunt *Melidunum* à Clodoveo Rege una cum Ducatu traditum *Aureliano*, nihil de *jure Beneficii* habent; ac praeterea quid importet hoc nomen, infra constabit. Ruit autem ad ipsum primum aspectum *Molinaci* sententia, ubi donationem memorat *antiquorum Feudorum, factam Monasterio Sancti Germani Pratenfis.* Equando enim dona à Regibus effusa in Monachos, *Feudi* nomen retulere? Ipsum Diploma jam editum vide: nihil tale inde exculpas. Deinde olim *Vassus* sive *Vassallus* evadebat, quisquis Regi, aut Potentibus, *Commendare* se poterat. *Commendatio* ista *Vassaticum* quoque appellata. *Ut se in Vassaticum Comitibus nostris more solito commendent,* concessum legitur in Privilegio Hispanis dato à Ludovico Pio Augusto apud Baluzium Anno DCCCXV. Lege ibi sequentia: *Et si Beneficium aliquod quisquam eorum ab eo, cui se commendaverit, fuerit consequutus: sciat se de illo tale obsequium Seniori suo exhibere debere, quale nostrates homines de simili Beneficio Senioribus suis exhibere solent.* Ita in Annalibus Francor. ad Annum DCCCLVII. *Tassilo Dux Bajoariorum in Vassatico se commendavit Pippino Regi.* Nithardum quoque audi Lib. 3. *Histor. Si Honores, quos idem in Burgundia habuit, eidem*

A *donare vellet, ut se illi commendaret, praecepit.* Heic manu tangis, *Vassos* antea creatos, quàm *Beneficium* consequerentur; neque Seniores ulla obligatione adactos fuisse ad ejusmodi Beneficia *Vassis* tribuenda. Hisce adde *Caroli Magni Capitulare Anni DCCCXVII. pag. 495. Baluzianae editionis,* ubi ista occurrunt: *De Vassis Dominicis, qui adhuc intra casam serviunt, & tamen Beneficia habere noscuntur, statutum est, ut quicumque ex eis cum Domino Imperatore domi remanserint, Vassallos suos Casatos secum non retineant, sed cum Comite, cujus pagenses sunt, ire permittant.* En veram *Vassorum* ideam, qualem antea mihi effinxeram. Famuli erant honoris causa adhibiti in Aula sua à Regibus, & intra casam serviebant: hoc est in Palatio, ut habet titulus, Regi inserviebant. Secundò necesse minime fuit, ut iis traderetur *Beneficium* quodpiam. Satis verba praelaudatae Legis produnt, fuisse ex iis complures Beneficio donatos, alios verò ejusmodi donis caruisse. Tertiò *Vassis* ipsis, qui *Vassi Regii, & Vassi Domini* appellabantur, erant *Vassalli* subjecti idest ingenui homines, qui ideo *Casati* nuncupantur, quòd in Casa, hoc est in domo Comitum, Episcoporum & Abbatum, famulicii, simulque honoris causa, residebant; ideoque diminutivo nomine *Vassalli* vocati videntur, quasi Famuli minores, quod *Vassis* sive *Famulis Regiis, & ipsi famularentur.* Quae quum dico, negare rursus nolo, quin & *Vassi* appellati fuerint ii etiam, qui Primatibus inserviebant; neque enim hujus rei desiderantur exempla. Titul. 79. *Ribuariae Legis Cap. 3. Si alicujus Seniscalcus, qui servus est, & Dominus duodecim Vassos infra domum habet, occisus fuerit &c.* Ita in Lege 121. *Lan-*

gobardica Caroli Magni memorantur *Vassi fortiores Comitum*. Quae omnia eò nos deducunt, ut intelligamus, non dissimiles fuisse *Vassos & Vassallos* ab honorariis *Famulis*, sive nobilibus sive ingenuis, quos nunc *Corrigiani, Uomini di Corte, Familiari*, ap-

A pellamus. Neque iis caruere Episcopi, uti ex innumeris exemplis liquere potest. Unum instar omnium proferre juvat, Chartam videlicet, quam ex Archivo Capituli Canonorum Patavii olim descripsi.

Confirmatio jurium & bonorum facta in Synodo Patavina a Gauslino illius Civitatis Episcopo Canonicis suae Cathedralis Ecclesiae, Anno 978.

R Egnante in perpetuum Domino nostro Jesu Christo, Anno Incarnationis ejus DCCCCLXXVIII. Anno Imperii Domini Otoni invictissimi semper Augusti Decimo; per Indictione V. feliciter. Dum Dominus Gauslinus sancte Patavensis Ecclesie reverendus Pontifex resedisset in cathedra sui Episcopii in Domo Sancte Marie matris Ecclesie, convocata Sacerdotum, Levitarum, reliquorumque caterva tam ex Cardine Urbis ejusdem, quamque ex singulis Plebibus, vel Oraculis in Synodali conventu, & solerti providentia mentes cunctorum divini verbi epulis reficeret, & spiritali ammonitione juxta Sanctorum statuta Patrum singulos quosque instrueret, & que regulariter in Synodo peragenda ac deliberanda sunt, Deo suffragante salubriter perficeret: Tunc universo Clero ipsius Sancte Sedis cum ceteris Sacerdotibus & Levitis, reliquorumque gradu, Ordinibus Sancte Patavensis Ecclesie, ante pretaxatum Dominum Gauslinum Episcopum venientes presentiam, quatinus ob anime sue remedium seu & predecessorum suorum, quamque etiam pro statu successorum suorum eis misericorditer subvenire dignaretur. Petentes & misericordiam postulantes, quatenus sue scriptioni ac concessioni de territoriis & vineis sacre ipsius Canonice, quem ipsi per datum atque concessum predecessorum suorum E-

B piscoporum ad possessionem sacre ipsius Canonice habebant & detinebant, concedere dignaretur, quoniam antiqua munimina Cartarum propter rabiem Pagavorum igne cremate & consumate atque perditae habebant. Tunc Sanctissimus & Reverentissimus per omnia Pontifex zelodei eos compatiens, & eorumdem petitiones in antro pectoris rimatim pertractans, & considerans illud veracissimeditum, que in Lege Dei continere dignoscitur, ut qui Altario deservium, cum Altario participantur, & qui Evangelio annuntiant, de Evangelio debent vivere, quatenus suam habentes justiciam securi possint in sancta Dei Ecclesia militare. His igitur motus traditionibus una per consensu, voluntatemque ipsorum Sacerdotum, cunctorumque Ecclesiastici ordinis tradidit eis jam dictus Dominus Gauslinus Episcopus per servitiam pastorem indagatricem sui Episcopii, quam in manu sua tenebat, & per hanc concessionis Cartulam in integrum omnibus rebus illis, quas hactenus tenuerunt, tempore videlicet Domini Adelberti bone recordationis Episcopi, ceterorumque antecessorum Episcoporum, & nunc ad partem ipsius Canonice detinent. Id est in primis Oratorium Sancte Lucie cum omnibus pertinentiis suis in integrum, seu & terris casalicis & sediminas earum, cum Curtis, ortis, & reis,

reis, & terris cum vineis quamque & aratoriis, cultis & incultis infra eandem Civitate, sicut hactenus tenuerunt in confinio, ubi dicitur Burcuniga minore. Concessit etiam eisdem Sacerdotibus terris cum vineis extra eandem Civitate, ubi dicitur Pontecurroum, que ab antiquitus Vineæ Celle Canonice dicebatur. Iterumque concessit supradictorum Canonorum aliquantulum terris aratoriis in locum, qui dicitur Lavezolo, quantum potest esse per estimationem inter cultum & incultum jugias viginti. Decimis vero ejusdem Civitatis vel vicis ad eandem Civitatem antiquitus pertinentibus, vel aspicientibus, que à fidei Populo dantur in integrum, concessit atque largiuit, tam de fructibus terræ, quam de animalibus per omnia in integrum. Donationes vero vel offerfiones à quocumque antecessoribus suis Episcopis date vel concessæ fuerunt, si aliquo casu perditæ sunt, per hac concessionis Cartula concessit, confirmavit, & corroboravit in integrum. Haec autem omnia superius comprehensa dedit, cedit, & confirmavit suprascriptis filiis ac Sacerdotibus Canonice ordinis ipsius sanctæ matris Ecclesie, tam eis qui moderno tempore sunt vel posteris eorum usque in perpetuum, ut habeant, teneant, firmiterque in perpetuum possideant, & inter se dividant, pro ut melius videtur illis, qui moderno tempore sunt, vel successoribus eorum, secundum qualitatem uniuscuiusque ordinis, absque ulla sua vel successoribus suis diminutione. Si quis autem hujus concessionis ac ordinationis, quas per consensum Sacerdotum, Levitarum, ceterorumque Ordinibus graduum tam ex Cardine ipsius Ecclesie, quam ex singulis Plebibus vel Oraculis sacro Sinodi, quas ipse Dominus Gauslinus ordinavit, corrumpere aut infringere vel molestare presumpserit ex successoribus suis, mereat pro peccatis suis à limitibus Ecclesie esse extraneus, & veniat super

A eum omnes ille maledictiones, quas Dominus percussit Egiptum, & in secundo adventu Christi cum Juda traditore accipiat damnationem in perpetuam perditionem. Et ut neque ab eo, neque à successoribus suis à proprio statu removeri possit, manu propria roboravit.

✠ Ego Gauslinus Patavensis Episcopus ad omnia suprascripta manu mea subscripsi.

B Gandulfus Comes Veronensis, rogatus à Gauslino Episcopo manu mea subscripsi.

Ego Martinus Archipresbyter Sanctæ Patavensis Ecclesie, huic descriptioni ac concessioni consensi & subscripsi.

C Ego Arledeo Archidiaconus Sanctæ Patavensis Ecclesie, huic descriptioni ac concessioni consensi & subscripsi.

Ego Anselmus Presbyter Sanctæ Patavensis Ecclesie, huic descriptioni ac concessioni consensi & subscripsi.

Ego Rodivertus Presbyter Sanctæ Patavensis Ecclesie, huic descriptioni &c.

Ego Grimaldus Presbyter Sanctæ Patavensis Ecclesie, huic descriptioni &c.

Ego Dominicus Presbyter Sanctæ Patavensis Ecclesie, huic descriptioni &c.

D Ego Gumpertus Diaconus huic concessioni consensi & subscripsi.

Ego Sigibertus Diaconus huic descriptioni ac &c.

Idemmo Judex Domini Imperatoris rogatus subscripsi.

E Signum manibus Raineri, & Nateri, & Gifelberti, Vaffi ejusdem Domni Gauslini Episcopi rogati à Domino Gauslino Episcopo, huic descriptioni manus suas posuerunt.

Signum manibus Miloni, & Lanzoni, & Ingoni, Vaffi eidem Domni Gauslini Episcopi, rogati &c.

Signum manibus Johannis Calvo, & Wigelmo, & Ingo de Runco Liutari, Vaffi eidem Domni Gauslini Episcopi, rogati &c.

Ego

Ego Ingelbertus Presbyter atque Cancellarius Sancte Patavensis Ecclesie ex iussione ejusdem Domni Gauslini Episcopi, consensu cunctorum Sacerdotum, & Levitarum hanc concessionis Cartulam rogatus scripsi, atque post tradita complevi.

Parem concessionem ab Adelberto Episcopo Patavino, Gauslini praedecessore factam produxit Ughellius Tomo V. Ital. Sacr. sed erroribus undique scatentem: quam iridem in sua Historia Patavina, parum tamen castigatam, rursus exhibuit Sertorius Ursatus. Heic autem animadvertit, tabulis Gauslini Episcopi, non solum Gandulfum Comitem Veronensem subscribere, cui nescio cur locus fuerit in eo Concilio; sed & Sacerdotes & Diaconos ex Cardine Urbis, idest Cardinales Canonicos, seu Parochos Patavinae Civitatis; non enim subscribunt Parochi suburbani ac rustici ex singulis Plebibus, vel Rectores ex Oraculis, idest qui Capellani tunc appellabantur, praefecti Oratoriis, seu Ecclesiis ruralibus, Plebi subiectis, quamquam universi eidem Synodo interessent. Ad haec subscribunt nonnulli Vassi ejusdem Gauslini Episcopi, nobiles nempe Viri, famulatu Praefulis addicti, qui ea de causa solemnioribus sui Senioris actibus interesse consueverunt. Itaque jam primum, ni fallor, discrimen perspeximus, quod inter veterum Francorum Vassos sive Vassallos, & eos quos nunc Vassallos Feudatarios appellamus, intercedebat. Nunc, atque a multis Seculis nemo Vassallus constituitur, nisi ratione Beneficii sive Feudi collati; olim vero nihil opus fuit Beneficio, ut quisquam Vassi honore donaretur, quum id munus in eo duntaxat situm foret, ut ad famulicium Regis, aut Ducum, Comitum, &c.

A adscisceretur. Quod etiam apertius intelligas è verbis Monachi Sangalensis Lib. I. Cap. 22. de Gest. Caroli Magni, ubi de quodam Episcopo ait: *Hic habuit unum Vassallum non ignobilem civium suorum, valde strenuum & industrium: cui tamen ille, ne dicam BENEFICIUM aliquod, sed ne ullum quidem aliquando blandum sermonem impendit.* Illud quoque familiare fuit, ut Seniores Vassis suis Beneficium aliquod largirentur, quo gratos se eorum servitio praeberent, eorumque praesidio in rebus potissimum bellicis uterentur. Verum nullo adhuc certo teste didici, tunc ob Beneficia collata Vassos Seniori fidelitatem jurasse: quum contra certum mihi sit, ob Vassaticum, sive Famulatum, Seniori praestitum fuisse ejusdem fidelitatis sacramentum. Annales Francorum ad Annum DCC. LVII. de suprascripto Tassilone Duce, qui se in Vassatico commendavit Pippino Regi, haec habent: *Sacramenta juravit multa & innumerabilia, Reliquiis Sanctorum Martyrum manus imponens. Et fidelitatem promisit Regi Pippino, sicut VASSVS recta mente, & firma devotione, per justitiam VASSUS DOMINO suo esse deberet.* De eodem Duce ad Annum DCCLXXXVII. addunt Annales Francici: *Contristatus Tassilo venit per semetipsum, tradens se manibus Domni Regis Caroli in Vassaticum, & reddens Ducatum sibi commissum à Domino Pippino Rege.* En ut idem ob Vassaticum jusjurandum praestitit; ob Ducatum verò nihil, immo ipsum Carolo Regi dimisit. Propterea Vassi conjunguntur cum Drudibus, idest Fidelibus. Eos etiam Fideles appellatos interdum invenias, uti & Saeculis antiquioribus vocabulo Salicorum, Leudes, hoc est, qui fidem Principi obligabant & subje-

ctio.

tionem. Atqui non desiderabantur *Leudes*, quibus nullum adhuc Beneficium à Rege traditum fuerat, ut patet ex Lib. 4. Cap. 5. Legis *Wifigothorum*, ubi haec habentur: *Quod si inter Leudes quicumque nec Regis Beneficiis aliquid consequutus, sed in expeditionibus constitutus, de labore suo aliquid acquiserit: tertia pars ad patrem perveniat: duas autem filius, qui laboravit, obtineat.* Neque à *Vassis* diversi fuere *Antrustiones*, in Lege *Salica* memorati. *Marculfus* Lib. I. Formula 18. de *Regis Antrustione* in haec verba loquitur. *Rectum est, ut qui nobis fidem pollicentur inlaesam, nostro iueantur auxilio. Et quia ille Fidelis Deo propitio noster veniens ibi in Palatio nostro una cum Arimania sua in manu nostra Trustem & fidelitatem nobis visus est conjurasse: propterea per praesentem praeceptum decernimus ac iubemus, ut deinceps memoratus ille in numero Antrustionum computetur. Et si quis fortasse eum interficere praesumpserit, noverit se wurgildo suo solidis sexcentis esse culpabilem.* Hoc est poenam triplo majorem, quam occidens hominem ingenuum, persolvat.

Ad *Beneficia* venio sub vetustis *Francorum* Regibus usitata. Haec etiam *Honorum* nomine donata, *Ducangius* animadvertit. Neque exempla desunt, quae idem persuadere videntur. Attamen plerumque *Honorum* voce designatas reor *Dignitates* & *Officia* honorifica, puta *Marchionis*, *Comitis*, *Castaldii*, *Judicis* &c. In *Ludovici Pii* Lege *Langobard.* XXIV. *Si liber homo aut Ministerialis Comitis hoc fecerit, Honorem qualemcumque habuerit, sive Beneficium amittat.* Ita *Carolus Magnus* in Lege *Langobard.* IX. de *Judicibus* & *Advocatis*, non adducentibus de *infra immunitatem latrones*, ait: *Et qui hoc non fecerint,*

A *Beneficium & Honorem perdant. Similiter & si Bassi (idest Vassi) nostri hoc non adimpleverint, Beneficium & Honorem perdant. Et qui Beneficium nostrum non habuerit, bannum nostrum solvat.* Quae postrema verba idem, quod antea proposui, non obscure confirmant: scilicet *Vassos* non de-fuisse, honore *Vassatici* fruentes, & *Regis* famulos, nondum tamen ullo Beneficio donatos. Nunc ergo doctissimum *Bignonium* audiamus, qui in *Notis* ad nuper laudatum *Marculfum* scribit *Beneficii nomine ea praedia dicta, quae pro servitio militari à Rege, sive etiam ab aliis, concedebantur, quae Feuda posteritas dixit: Contra mihi latius excurrisse creditur* vox *Beneficium* sub *Carolinae* gentis imperio. Hoc est, eo nomine tunc distinctos fuisse fundos, quorum usufructu ex concessione Domini quicumquam dum viveret, perfruendus erat, praecipue ob servitium honorificum, aut oeconomicum, aut militare, domino fundi praestitum, sive praestandum. Itaque prima notio veterum *Beneficiorum* haec fuit, videlicet jus in acquirentem translatum perfruendi praedio tradito, dum vita comes esset. Atque haec ipsa notio in *Beneficiis Ecclesiasticis* Clero collatis perdurat, nam ex quo *Beneficia* sunt, secundum leges usufructus eorum à Clerico, dum is vivit, auferri non potest, nisi in crimen incurrat, propter quod Beneficio spoliandus veniat. Clarissimi *Monachi Benedictini* è *Congregatione Sancti Mauri*, *Martene* & *Durand* Tom. I. veter. Scriptor. pag. 115. Praeceptum *Lotharii I. Augusti* proferunt, Anno *DCCCXLVII.* scriptum, in quo is *Rotgario* cuidam Laico, *Ministeriali Matfridi illustris Comitis*, concedit in *Pago Riboriense*,  
in Co-

in Comitatu Juliacensi, Capellam juvis nostri &c. quatenus eam cum omnibus ad eam pertinentibus, diebus Vitae suae teneat. Addit etiam: concedentes tribuimus, & de jure nostro in jus & dominationem ipsius cunctis Vitae suae diebus absque alicujus inquietudine transfundimus. En ut concessio tamdiu duratura fuit, quamdiu in vivis futurus erat Rotgarius. Beneficium hinc verbis designatum est. Ita in Spicilegii Dacheriani Tomo tertio novissimae Editionis pag. 390. Viennenses Monachi Anno MXXV. Wagoni & uxori ejus Eldelae terras quaedam concedunt, quamdiu Eldela vixerit; ut ejus vir & ipsa nomine Beneficii serviant Deo, Sanctoque Andreae & Monachis. Ibidem quoque pag. 363. Viennensis Episcopus Anno DCCC. LXXXVII. Teutberto Comiti Mantulam Villam jure Beneficiario concedit, ut quamdiu ipse Comes, & uxor ejus carne vixerint, eandem Villam lege Beneficiaria, usuque fructuario teneant. Secundo Beneficia temporis illius cum Precariis, sive Praestariis confundebantur, eo tantum titulo ab ipsis distincta, quod *Empbyteuses* aut ad annos XXIX. aut ad tertiam usque generationem, aut ad alios temporis limites protendebantur, easque renovare quinto quoque anno, aut ferius erat opus; Beneficia verò ad vitam usque accipientis conferebantur, neque renovanda concessio fuit. Vide Marculfum Lib. 2. Formulâ V. *Precaria de Villa* facta viro & uxori. Ibi haec lego: *Ut ipsa Villa, dum advivimus, aut qui pari suo ex nobis suppressis (pro superstes) fuerit, dum advivit, nobis ad BENEFICIUM usufructuario ordine excolendum tenere permistis.* Ita in Appendice Baluziana ad eundem Marculfum Cap. 28. *Praestaria ad Ecclesia.* Ibi haec animad-

A vertenda: *Postea ad petitionem tuam non denegavimus, nisi ut ipsas res ad praestitum BENEFICIUM tibi praestare deberemus. Quod ita & fecimus, sicut taliter, ut tempore vitae tuae ipsas res pro nostro BENEFICIO habere debeas.* Sunt & alia ejusmodi exempla. Tertio Beneficia quoque feminis olim concedebantur: ex quo intelligas, non eadem plane fuisse, ac Feuda subsequenterum Seculorum, quae viris tantummodo, & quidem propter militare servitium, largiri mos fuit. Duo exempla nuper attuli. Tertium addo. In Formulâ à Lindembrogio editis Cap. 22. *Precaria ad casam Dei* habetur, in qua mulier ait: *Expetii à vobis, ut ipsas res, quamdiu advivo, sub usu BENEFICII vestri tenere & usuare debeam &c.* Quarto Beneficia, quae Seculares viri de rebus Ecclesiarum consequerentur, censum annum, aut Decimas & Nonas, reddere consueverunt: quod à Feudorum natura aliquantum dissentit. Apud Baluzium Tom. 3. pag. 156. *Miscellaneor. Diploma Ludovici Pii* legitur, in quo ait: *Baro Vassallus noster nobis innotuit, quod quamdam Villam sitam in pago Cenomanico, nomine Tridentem, de jure Cenomanicae matris Ecclesiae per nostrum BENEFICIUM possideret, de qua per singulos annos Nonas & Decimas, & legitimos census praesatae matris Ecclesiae Recloribus persolveret.* Alterum ejusdem Augusti Diploma vide pag. 104. huic simile. Tertium quoque pag. 171. Ibi quoque pag. 158. Charta occurrit, in qua notum fit, Villas quaedam à Pippino Francorum Rege Anno Christi DCCLII. Cenomanensi Ecclesiae fuisse restitutas. Vulvingus verò eas petens, inquit: *Dum ego advivo, pro vestro BENEFICIO mibi ipsa loca liceat tenere & dominare. Et*  
spon.

*Spondimus vobis annis singulis hibernaticam argento Libra una ad parte Sancto Gervasio &c.* Alia exempla praetermitto, unum hoc tantummodo additurus, nempe occurrere Mancipia Beneficii titulo alicui donata, hoc est eâ conditione, ut post accipientis mortem in plenam Domini directi possessionem redirent.

Equidem optassem, ut luculentius constaret, quibus ritibus, quibusve verbis, pactis, & tabulis ante Annum à Christo nato Millesimum *Vassif* constituerentur, eisque Beneficia traderentur; inde enim certiore hauriremus lucem ad dignoscendum, an idem plane fuerint antiquorum Beneficia, & subsequen-  
 tium temporum Feuda. Verum heic Chartae nos deficiunt, fortasse quod Ecclesiae & Monasteria, è quarum unis ferme Archivis Chartarum supellex superstes petenda est, concessiones Beneficiorum praesertim Laicorum negligenter: sublato enim è vivis Beneficii possessore, fundum Senior recipiebat, nisi ex indulgentia sua eundem elargiretur defuncti viri heredibus. Attamen quae pauca innui, ejus mihi videntur roboris, ut continuo antiquorum Beneficia tam facile accipienda non sint pro iisdem ex omni parte Feudis, quae posterior aetas usurpavit; neque *Vassif* & *Vassalli* ante Annum à Christo nato Millesimum iidem judicandi plane sint, atque *Vassalli* subsequen-  
 tis aevi. Ceterum *Vassif* Imperatorum aut Regum accedebat multum honoris ac privilegii. Quippe animadvertere in eos, eorumque personas ad judicium suum trahere, Comiti, aliisque Reipublicae Ministris minime licuit: sed eorum caussae atque personae uni Imperatoris, aut Regis, aut Comitum Palatii judicio suberant. Immo quum Carolus M. in Lege 43. Langobar-

A dica edixerit, ut Comes Palatii nostri potentiorum caussas sine nostra jussione finire non praesumat: sub nomine potentiorum *Vassif* ipsos comprehensos opinari fas est. At quia nonnulli ex iis pertinaces interdum erant in criminibus, & quamquam moniti à Comite, immo & quandoque anathemate ab Episcopo perculsi, utriusque Praesidis vocem contemnebant, Lotharius I. Augustus Lege XV. inter Langobardicas facultatem Comitibus contulit, ut in ejusmodi contumaces, minas & arma justitiae exerent, certiore tamen prius Principe facto, quàm in vincula eos conjicerent. Si pro quibuslibet caussis, culpis, atque criminibus (ita ille statuit) quaecumque persona totiens correpta fuerit, ut etiam excommunicatione Episcopali pro contemptu digna habeatur: Comitem suum Episcopus sibi societ, & per amborum consensum hujusmodi distringatur contemtor, ut jussioni Episcopi sui obediens existat. Infra addit: Si autem *Vassif* noster in hac culpa fuerit lapsus, sicut supra, à Comite distringatur. Quod si eum non audierit, nobis nuntietur, antequam in vinculis mittatur. Haec autem illud etiam indicant, non in Aula tantum Regia, sed per universas Regni Provincias, fuisse Regibus atque Imperatoribus *Vassif*, hoc est honorarios Famulos, iisdem fruente Privilegiis, eodemque Regum patrocinio, quo ceteri ad Palatii servitium constanti ordine adhibiti. Propterea in antiquis monumentis occurrunt *Vassif Regii* extra Aulam Principis, qui praecipue honoris gratiâ Comitum Placitis interesse consueverunt. In ipsis etiam Placitis eos conspicias praecessisse *Scabinis* Civitatum, quorum tamen valde honorificum fuit munus, ut in praecedenti Dissertatione dixi. Illius etiam dignitatis

reperias Vassos Dominicos, ut interdum splendido *Missorum Regalium* officio fungerentur, & per Provincias profecti abusus tollerent, & suum cuique jus reddendum auctoritate amplissima curarent. Ludovici Pii Legem Langobardicam 54. habeo, in qua statuitur, ut *Missi Domini* ci, extra suam Judiciariam *conjectum*, hoc est contributionem necessariam

A | ad suum victum ac iter, à Populo non accipiant. Tum ibi additur: *Vassi verò nostri & Ministri alii, qui Missi sunt, ubicumque venerint, inde conjectum accipiant.* Quam rem ut sub oculos Lectorum sistam, producere juvat Placitum, cujus archetypum vidi in insigni Tabulario Lucensis Archiepiscopii.

Johannes & Heribrandus Vassi Imperiales & Missi Ludovici II. Augusti, in Placito Lucensi litrem dirimunt de Ecclesia Sancti Quirici, Anno 857.

**D**Um ad potestate Domni Hludovici perpetui Augusti partibus Tusciae *Missi directi fuisset nos Johannes & Heribrandus Vassi Imperiales, singulorum hominum justitiam faciendam, cum venissetus Civitate Luca, resedentes nos in judicio Curte Ducale cum Jeremiam Episcopum, & Hildebrandum Comitem, Atelbertum, Rarsfredum, & Ratpaldum Judices Sacri Palatii; erantque nobiscum Ademarius, Teodemundus Vassi idem Augusti, Ardo, Cunimundus Scarvinis: erantque nobiscum Offo, Minto, Liutperto, Rumaldo, Gisperto, Audo..... Johannes, & reliqui multis. Ibi in nostri venerunt presentia, idest Gifulsus Advocatus Episcopii Civitatis ipsius Lucensis, nec non & Andreas Scarvinus Advocatus Monasterii Domini Salvatoris, situm Sextum, altercationem habentes. Dicebat ipse Gifulsus Advocatus jam dicti Episcopii: pars Monasterii Domini Salvatoris..... malo ordine, & devestitiv jam dictum Episcopium de Ecclesia Sancti Quirici in loco Arme, cum res ad eas pertinentes: unde querimus habere justitiam..... Advocatus: scio Basilicam ipsam in honore Sancti Quirici in eodem loco*

B | Arme, sed nescio, si pars Monasterii Sexto Basilicam ipsam habeat: volo inde habere..... da parte Monasterii. Et postea inde mittendum rationem. *Qualiter sicut ipse Andreas dixerat, wadium dedit inde inquirendum, & rationem mit..... Ipse Gifulsus Advocatus dedit wadia de plaido in constituta die in eadem Curte Ducale, ubi in judicio residebamus presentia nostra, quorum..... traque pariter venerunt. Et cepit ipse Gifulsus querere, sicut dudum, quod Basilicam ipsam injuste pars Monasterii Sexto detineret. Respon..... se Andreas Advocatus: de Basilicam ipsam edificatam in honore Sancti Quirici in loco Armae inquisivi pars Monasterii Sexto, sed Basilicam ipsam sicut.... sam & quo operta est, cum portico de ante se habente, à parte Episcopii hujus Lucensis pars Monasterii Sexto non contradicit, quia n..... parti ejusdem Monasterii pertinet, & de res ad ipsa Basilica pertinente, de quibus me mallasti, quod pars predicti Monasterii parti predicti Episcopii contradiceret; verum non est, quia nichil de rebus pertinentem ad ipsam Basilicam pars Monasterii*



terii Sexto habet, nec nullam de e-  
jusdem . . . . Basilice pertinentia pars  
Monasterii Sexto pertinet. *Profecto ac  
facta rectum nobis paruit esse, & judi-  
cavimus, ut pars . . . . Lucensis juxta  
eidem Andream professione jam dictam  
Basilicam, porticale ante se, atque cum  
rebus ad eam pertinentes habere . . . .  
deberet absque ulla contradictione de par-  
te Monasterii Sexto. Et hanc notitiam,  
qualiter actum est, pro securitate jam  
dicti Episcopi Lucensis facere commo-  
nuimus.*

*Quidem & ego Apollinaris Notarius  
ex mandato & aamonitionem scripsi An-  
no Imperii Domni Hludwici Hoctabo,  
Mense Decembrium, Indictione Sexta.*

Ego Johannes Missus Domni Im-  
peratoris subscripsi.

Ego Eriprandus Missus Domni Im-  
peratoris subscripsi.

*Adelpertus Missus Domni Imperatoris  
interfui.*

*Ratfredus Notarius Domni Imperato-  
ris interfui.*

*Ego Teopaldo ibi fui.*

*Signum manus Hermensfredi, qui in  
his actis interfuit.*

En ut Vassi isti duo Imperiales,  
Missi à Ludovico II. Imperatore,  
muneris sui causâ praecedunt Hiere-  
miae Episcopo Lucensi, & Hildebrando  
Comiti ejusdem Civitatis. Comiti, in-  
quam, dumtaxat; nam quod Cosmus  
de Arena in seriem Ducum Tusciae  
hunc ipsum Hildebrandum intulisse  
videatur, hujus ipsius Placiti men-  
tione injectâ, invitis certe Superis  
ac hominibus id fecisse mihi credi-  
tur, quum temporibus iis universae  
Tusciae praeesset Adelbertus I. Dux &  
Marchio, ac propterea nullus in ca-  
talogo Ducum Tusciae locus Hilde-  
brando relinquatur. Quum verò &  
Comites & Duces & Episcopi olim  
Vassos, idest famulos, familiares, do-

mesticos nobiles sibi adsciscerent, eo-  
sque per jurisjurandi obligationem  
Fideles sibi facerent: contingebat, ut  
hi servitium illud pertoesi, aut spe  
lucris majoris ducti, priore Domino  
contemto, ad alium avolarent: quae  
res non paucas olim excitavit turbas  
atque querimonias inter Italiae Ma-  
gnates. Itaque Pippinus Italiae Rex  
Lege 47. antidotum istud morbo gli-  
scenti adhibuit. En ejus verba: *Stet-  
it nobis de illis hominibus, qui heic  
infra Italiam eorum Seniores dimit-  
tunt, ut nullus eos recipere debeat in  
Vassaticum, sine commeatu ( Italice  
commiato, licenza ) Senioris sui, an-  
tequam sciat veraciter, pro qua caus-  
sa ipse suum Seniore dimisit. Et il-  
le homo, qui eum recipere voluerit,  
debeat eum in nostra praesentia praesen-  
tare &c. Quod si Du-Cangius du-  
bitat, an Vassi Comitum à Vassis Do-  
minicis distinguerentur, profectò nul-  
la mihi dubitandi causâ occurrit:  
certissimum quippe puto, nihil aliud  
fuisse Vassos Comitum, nisi Familiares  
nobiles ad servitium Comitis, non  
verò Regis adscitos; Vassos verò Do-  
minicos à Domino, hoc est à Rege,  
ita appellatos. Quod etiam animad-  
vertas velim: si quis Vassallus Co-  
mitum, Antistitum, Abbatum, aut  
Abbatissarum ( nam & istis olim fue-  
re Vassi ) in Regem delinquebat, ab  
eo Beneficium auferebatur. In Con-  
stitutione Ludovici II. Augusti pro  
expeditione Beneventana Tomo II.  
Rer. Italicarum pag. 265. haec habemus:  
*Quod si Comes aut Bassi nostri  
( nisi ) aliqua infirmitate ( detenti ) re-  
manserint, aut aliquem excusatum reti-  
nuerint; aut Abbates vel Abbatissae,  
si plenissime homines suos non direxerint,  
ipsi suos Honores perdant ( heic etiam  
vide Honorum nomine Dignitates si-  
gnificari ) & eorum Bassalli & Pro-*  
prium*

prium & Beneficium amittant. De Episcopis autem cujuscumque Bassallus remanserit, & Proprium & Beneficium perdant.

Videmus heic & Proprii & Beneficii mentionem factam: quae bonorum differentia nos nunc ad se compellat. Et profecto praeter Beneficia & Emphyteuses, olim quoque, non secus atque nostris temporibus, numerabantur bona Patrimonialia ac Propria. Hinc Allodii vox processit, efformata, ut creditur à Saxonico *Al*, sive *All*, significante possessionem aut plenitudinem, quae conversa est in *Alode* & *Allodium*; sive ut Hichelius opinatur, è Scando-Gothico *Lod* vel *Lood*, quod fructum seu proventum fundi significat; Aut ex *All*, *Omnis*, & *Od*, quae duae voces conjunctae Omnimodam proprietatem, vel propriam possessionem indicant, uti alii censuerunt. Praestare nolim certitudinem hujusmodi originum. Quod nostra re-

A fert, hanc vocem Glossae veteres apud Lindenbrogium ita explicant: *Allodium dicitur hereditas, quam vendere vel donare possum, ut mea propria.* Vide Martinium, Du-Cangium, Bignonium, ac praesertim Eccardum in Notis ad Legem Salicam Tit. 62. *Allodialia bona* nunc etiam passim dicimus, quae ita in nostro jure sunt, & *Propria*, nulliusque privatae personae juri obnoxia, ut ea pro lubitu ad heredes transmittere, vendere, commutare, aut donare nobis liceat, non interdicante Principe, aliisve dominis inrequisitis. *Allodiis* opponuntur *Beneficia*, seu *Feuda*. *Emphyteuses*, aliaque bona, quorum ulum aut usufructum quisquam possidet, penes alium remanente dominio. Hujusmodi bonorum differentiam sentias velim in Diplomatis duobus, quae ex insigni Archivo Monachorum Casinensium Sancti Sixti Placentini deprompta fuere. En primum.

**Caroli Crassi Italiae Regis Privilegium concessum Angelbergae Imperatrici viduae, quo omnia illius bona & jura confirmantur, Anno 880.**

**I**N nomine Sanctae & Individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia Rex. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet & futurorum industria, Angilbergam dignae recordationis Hludowici excellentissimi Imperatoris Consobrini nostri Conjugem Augustam, dilectam Sororem nostram, mansuetudinis nostrae perisse censuram, ut qualiter idem Augustus Dominus & vir suus per suorum praeceptorum paginas contulit, concessit atque donavit, qualiterque noster Genitor divinae memoriae clementissimus Rex, sui erga Nepotem instinctu amoris, suam adjungens auctoritatem simili, ut ille,

D modo confirmavit ei universa, quae Karolomannus Frater noster gloriosus Rex per auctoritatis suae praecepta eidem contulerat; taliter etiam nos piam eorundem imitantes munificentiam erga praefatam Augustam agere debeamus, ea, quae sibi ex dono & largitate tam Patris & Consobrini, quamque & Fratris nostri competunt, nostrâ auctoritate roborantes & solidantes pariter, scilicet cum his omnibus, quae à reliquis Progenitoribus & propinquis nostris propriae virtutis à Deo censura sibi quoquo modo videntur concessa vel confirmata. Nos igitur ejus precibus, quia non injustae visae sunt, ad sensum dedimus, decernentes

nentes clementer, & per hoc nostrae sublimitatis praeceptum omnimodis santientes, ut uniuersa, quae ille magnificus quondam Hludowicus saepenominatus Imperator Consobrinius noster, Senior & Vir ejus, ipsi qualicumque modo contulisse atque concessisse probatur, eodem ordine atque tenore, irrefragabiliter habeat, retineat, atque dominetur, quaedam uidelicet, quoad vixerit, usufruendo, & potestative ordinando; quaedam uero perpetualiter possidendo, & cui uoluerit dimittendo absque ullius contradictione vel diminutione, seu injusta molestatione. Non solum autem de his, quae à suo Viro carissimo Consobrino nostro, atque Fratre optinuit, de quibus illa iuxta quod constitutum est, atque per omnia volumus, atque concedimus, uerum etiam & de illis, quae ipsa sibi quocumque ingenio iuste ac legaliter, ut praetuli-  
 mus, undecumque, uel à quibuscumque adquisiuit, liberam ei in cunctis tribuimus facultatem, tam pro sua & Senioris sui anima per loca uenerabilia donandi, quàm & quibuscumque aut qua-

A litercumque distribuendi, quemadmodum, ut praefati sumus, sanctae memoriae Genitor noster per sui praecepti formulam confirmasse illi & decreuisse dinoscitur. Quicumque uero haec Patris & Consobrini ac Fratris nostri, nostraque statuta uolauerit, aut immutauerit, & quod non putamus, supradictam Augustam amabilem Sororem nostram de his, quae sibi tam ab ipsis, quàm à nobis concessa & confirmata sunt, iuxta uotum proprium agere non permiserit, aut ejus factum in aliquo irritum fecerit, sciat se in futuro aeterni Iudicii sententia puniendum, & in praesenti per hanc nostram auctoritatem centum Libras auri probati poena multandum: quarum medietas Fisco nostro exigetur, & medietas ei, cui injusta molestia fuerit facta, persoluetur. Et ut haec nostrae largitatis concessio plenior in Dei nomine optineat firmitatem, hoc nostrae auctoritatis praeceptum inde conscribi mandauimus, propriaque manu confirmauimus, & anuli nostri impressione adsignari praecepimus.

Signum



Karoli serenissimi Regis.

Hernustus Subdiaconus ad vicem  
 Liuthwardi recognoui & sub-  
 scripsi.



Data

Data X. Kalend. Aprilis Anno Incarnationis Domini DCCCLXXX. Indictione XIII. Anno Regni Regis Karoli in Italia Primo.

Bouchetus in Libro de vera origine Francorum Regum *Angelbergam* (*Engelbergam*, & *Ingelbergam* alii appellant) Ludovici II. Augusti conjugem, tanquam *Spoletani Ducis* filiam nobis exhibet. Sammarthani vero fratres in Histor. Genealog. Reg. Francor. Lib. 3. scribunt, ab Historicis germanis tradi, patrem illustri huic mulieri fuisse *Ethiconem Welphum* filium *Ethiconis Ducis*, ut ajunt, Sueviae. Contra Campius in Histor. Placentinae Ecclesiae ad Annum DCCCLXXIV. & alibi tradit, *Angelbergam* *Filiam* fuisse *Ludovici I. Germaniae Regis*, ac propterea *Sororem Ludovici II.* itidem Germaniae

A. Regis, & *Carlomanni Italiae Regis* & *Caroli Crassi Imperatoris*, ad quem spectat Diploma nuper editum. Et reapse monumenta, quae adservantur in praeaudato Benedictinorum Monasterio Placentino, id persuadere videntur. Infra in Dissertatione XVII. de *Fisco*, & in Dissertatione LXXI. de *Episcoporum potentia*, Diplomata duo proferam, in quibus iidem *Carlomannus* & *Carolus Crassus* eam viventem Anno DCCCLXXVIII. & DCCCLXXXII. disertis itidem verbis *Sororem nostram* appellant. Nunc autem ad uberiores hujus rei lucem Praeceptum *Conradi I. Augusti* Lectori offero, eductum ex ipsius *Placentini Coenobii Cartophylacio*, ubi eadem *Angelberga Karlomanni Soror* aperte dicitur.

Conradi I. Imperatoris Diploma, quo Parthenoni Sancti Xysti in Urbe Placentina posito omnia Privilegia illius & jura confirmat, Anno 1038.

I N nomine sanctae & individuae Trinitatis. Chvonradus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Cunctorum liquido fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum noverit industria, quod nos ob interventum ac petitionem *Gislae Imperatricis*, nostrae scilicet dilectae *Contestalis*, nostrique Imperii consortis, & *Heinrici Regis* nostrae amantissimae prolis; & nostri fidelis *Episcopi* & *Cancellarii*, per hanc praecipuam paginam *Abbatiae Sancti Sixti*, cui praeesit *Adeleida venerabilis Abbatissa*, concedimus, confirmamus, & corroboramus illa omnia, quae habentur, & scripta sunt in illo Praecepto, quod nostri antecessores Imperatores, videlicet *Karломannus* & *Ludovicus* precibus

D & interventu *Angilbergae ejusdem Karlomanni Sororis* & *Ludovici Uxoris* eidem *Placentino Coenobio* fecerunt, & confirmaverunt, scilicet liberam & privatam potestatem agricolis & pensionariis praelibati Monasterii concesserunt, & sicut intra Urbem *Placentinam*, vel circum vias publicas ad ipsius Monasterii fines dilatandos, vel quandoque munidos dederunt, & veluti universos aquaeductus in ipso Comitatu *Placentino* ad profectum jam dicti Monasterii adjecerunt, ita concedimus, confirmamus, & corroboramus, eo scilicet ordine, ut praedictum Monasterium habeat, teneat, atque dominetur; & nullus ejusdem loci agricolae & pensionarios inquietare praesumat. Cui insuper nostra praecipua auctoritate liceat, cum voluerit, sicut

sicut supradictum est, ad profectum Monasterii Stratas Placentinae Urbis perfodere intus & foris, & aquaeductus aut veteres reformare, aut novellos instituere, aut quos voluerit in alteram partem transmutare sine omni publicae partis contradictione; sed ita scilicet pontibus aut aliis instrumentis ipsae viae parentur, ut euntes & redeuntes transi-

re possint. Si quis igitur huic nostro praecepto contraire aut obviare voluerit, sciat se compositurum auri probati Libras centum, medietatem Kameræ nostrae, & medietatem praefato Monasterio. Quod ut verius credatur & diligentius ab omnibus observetur, manu propria roborantes, praesentem paginam Sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Chuonradi



Romanorum Imperatoris Augusti.

Kadelous Cancellarius vice Herimanni Archiepiscopi & Archicancellarii recognovit.

Locus ✠ Sigilli.

Datum XIII. Kalend. Aprilis, Anno Dominicae Incarnationis MXXXVIII. Inditione Sexta, Anno Domni Chuonradi Regni. XIV. Imperii XIII.

Actum juxta Perusum in Monasterio Sancti Petri, feliciter. Amen.

Verum quia Conradus à Carlomanno nimium aetate remotus fuit, parum usui nobis futura videantur illius verba. Proinde praeferendas reor Chartas Carlomanni ejusdem, uti & Caroli Craffi, quas nuper memoratus Campius protulit in Appendice ad Tom. I. Histor. Eccles. Placentin. ubi eadem Sororis appellatio occurrit. Itaque ista ante oculos habens, diu mihi & ego persuasi, stare inconcussam Campii sententiam, neque alium Angelbergae patrem censendum, nisi Ludovicum I. Bajoariae, sive Germaniae Regem, Ludovici Pii Augusti filium. Attamen re diligentius inspecta, deprehendi tandem inconcussa minime esse fundamenta, quibus suam opinionem Campius suprastruxit. Infra intueri Diploma ejusdem Ludovici I. Germanici in eâ-

B dem Dissertatione LXXI. edendum, atque Anno DCCCLXXVI. datum. Ibi tantummodo appellatur dilecta ac spiritualis Filia nostra Engilpirga. Eiusmodi verba significant, non naturâ quidem, sed spiritali adoptione Filiam Ludovici ejusdem Regis fuisse Angelbergam: hoc est ab eo de sacro Fonte susceptam. Filioli, & Filiolae, & Filii Baptismatis, & Filii spirituales olim dicebantur Infantes à Patrinis suis de Baptismo sublatis. Nobis nunc Figliocci dicuntur. Quare quum Sororem nostram à Carlomanno Rege, & à Carolo Craffo Augusto fratribus Angelbergam Imperatricem inscribi audimus, dubitare licet, eadem significatione usurpatam hanc vocem, ita ut Soror spiritualis, non verò uterina, neque naturalis, eorumdem Regum fuerit. Atque in eam

eam sententiam pronius feror, quod iis Seculis, rigidius etiam quam nostris, inire conjugia inter Consanguineos nefas esset. Et nondum mos inuestus fuerat, ut Romani Pontifices dispensatione adhibitâ impedimentum Canonicum tollerent. Juveninus in Comment. de Sacrament. Differt. X. de Matrimon. auctor est, *Paschalem Papam II. Saeculo XII. primum fuisse Pontificem, qui dispensavit in gradibus consanguinitatis. An stabilis sit illius sententia, non est hujus loci inqui-*

A rere. Illud nobis in praesentia sufficit, tunc abhorruisse Ecclesiam à Matrimoniis inter Coniunctos & Affines usque ad certos gradus, neque disciplinam hac in re laxari tunc consuevisse. Atqui, si vera esset Campii opinio, nimis arctum sanguinis vinculum intercessisset inter Ludovicum II. Imperatorem, atque Angelbergam, quam tamen nemine contradicente, aut dispensante, ei sacro foedere coniunctam novimus, uti è sequenti schemate patebit.

Ludovicus Pius Imperator.

Lotharius I. Augustus.

Ludovicus I. Germaniae Rex

Ludovicus II. Augustus.

Angelberga, ut Campius putat, ab eo genita.

Ad haec, uti Du-Cangius animadvertit, Reginae & Augustae à Regibus exteris *Sororis* appellatione, honoris & amoris causâ interdum donabantur: qua ratione nostris etiam temporibus Galliae Reges *Fratri* aut *Consobrini* titulum deferunt Principibus exteris, si quando ad eos scribunt. Quae omnia è nos ducunt, ut Campii sententiae diffisi, dubitare possimus, num alius à Ludovico Germaniae Rege parens Angelbergae contigerit. Quisnam verò ille fuerit, is mihi & aliis prodat, qui majore otio quam ego ad rem altius investigandam abundet. Attamen vide infra in Differt. XVII. de *Fisco* Diploma praelaudati Caroli Crassi, ubi is *Hermingardim*, ipsius Angelbergae filiam, *Neptem suam* appellat. Eo sane vocabulo Campii opinio non parum juvatur.

C Diploma Caroli Crassi Regis nuper à me evulgatum resumò; neque enim dissimulandum reor, occurrere in eo aliqua fictionis aut interpolationis signa. Ut mittam, locum dati Diplomatis ibi desiderari: quod tamen apponi consuevit; mihi fidem Chartae ipsius elevare, immo prorsus atterere videtur, appositum ibi sigillum, *Carolus Imperator*, nobis exhibens quum certe is Anno DCCC-LXXX. decimo Kalendas Aprilis nondum Imperiales titulos assumerit, ac diserte in ipso Diplomate *Regem* dumtaxat inscriptum videamus. Plura non addo; neque enim mihi habere sub oculis licuit pergamenam illam, ut certius in eam iudicii aciem intenderem. Verum nequaquam inutilis censenda est huiusmodi aut interpolatorum aut dubiorum monumentorum cognitio, quum & ipsa colla-

collata cum aliis, ad veritatem Historiae melius constabiliendam, & ad antiquorum industriam deprehendam, imitatione tamen indignam, conducant. Ceterum ejusdem quoque Caroli Crassi nondum Imperatoris Diploma habes apud supra memoratum Du-Cangium in Appendice Tomi I. pag. 467. Datum dicitur *V. Kalendas Januarii, Anno Incarnat. Dominae DCCCLXXXI. Indictione XIV. Anno Regni Domni Karoli Regis in Francia V. in Italia II. Actum Placentiae.* Heic Annus DCCCLXXXI. exordium cepit à praecedenti Natali Domini, atque adeo datum Diploma fuit Anno vulgari nostro DCCCLXXX. Alterum idem Campius ipse adfert pag. 465. Datum *XII. Kalendas Junii, Anno ab Incarnat. Domini DCCCLXXX. Indictione XIV. Anno Domni Karoli piissimi Regis in Francia V. in Italia II.* At heic vitium latet, quum Anno DCCCLXXX. Duodecimo Kalendas Junii decurreret Indictio XIII. non verò XIV. Ita apud Puricellium in Monument. Basilicae

A Ambrosianae, Diploma ejusdem Caroli Crassi Regis legitur, *datum Papiae XII. Kalendas Aprilis, Anno ab Incarnatione DCCCLXXX. Anno Regni in Francia IV. in Italia I.* De cujus tamen Diplomatis fide dubitavi ego alibi. Verum haec ipsa, quaecumque sint documenta, illud saltem persuadere videntur, scilicet inaugurationem Caroli Crassi in Regem Italiae recte ab Annalium Ecclesiasticorum parente Baronio consignatam fuisse Anno DCCCLXXIX. quod nempe Carlomannus ejus frater, antea Rex Italiae constitutus, cum variis morbis colluctaretur, atque imparem se praerberet ad Regale onus ultra sustinendum. Et ad eum quidem Annum DCCCLXXIX. in haec verba loquuntur Annales Bertiniani: *Karolus Ludovici quondam Germaniae Regis filius in Longobardia perrexit, & ipsum Regnum obtinuit.* Sed jam tandem succedat alterum ejusdem Caroli Crassi Diploma, quod nuper fueram pollicitus, atque argumentum nostrum repetamus.

**Confirmatio omnium bonorum & jurium spectantium ad Angilbergam Imperatricem Viduam a Carolo Crasso Imperatore, Anno 887.**

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Oportet Imperialem dignitatem curam omnium genere subjectorum, maxime verò secundum Apostolum, domesticorum atque propinquorum. Idcirco cunctorum fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque tam praesentium, quam & futurorum novit solertia, quia cum dilectissima & amantissima Soror nostra Angilberga Imperatrix quondam Augusta, Gisulfum venerabilem Abbatem & Medi-

D cum ad nostram direxisset perspicuitatem, & per eum nobis significasset, quod quidam homines illi adhuc contradicerent partem ex rebus suis, quas a suo Domino & Coniuge divinae memoriae Hludowico Confobrino nostro adquisivit, nec non & a Genitore, Patruo quoque, & a germano nostro Carlomanno gloriosissimo Rege, & a nobis illi concessa & confirmata sunt, & etiam ex his, quae per instrumenta Cartarum adquisierat. Ideoque nostrae complacuit benignitati, secundum quod illi

illi concessa & confirmata sunt, inrefragabiliter redintegrando, hoc nostro praecepto rursus confirmare: eo videlicet ordine, quae proprietario jure illi corroborata sunt, perpetualiter possideat, faciatque ex ipsis libere quidquid elegerit tam in divinis cultibus, quam in humanis commoditatibus. Et quae ei jure beneficiario collata sunt, secundum suorum seriem Praeceptorum, absque alicujus refragatione, vel diminoratione quiete possideat. Et si quis ulterius quoli-

A bet argumento contra hoc nostrae confirmationis Edictum agere temptaverit, scilicet invadendo aut retinendo absque ejusdem permissione quicquam ex praedictis rebus, ducentas Libras auri optimi cogatur persolvere, medietatem Palatio nostro, & medietatem eidem dilectae Sorori nostrae. Et ut haec certius veriusque credatur, ac ab omnibus diligenter observetur, manu propria ea subter firmavimus, & Bullae nostrae impressione insigniri jussimus.

Signum Domni Karoli



Imperatoris Augusti.

Fredeboldus Cancellarius ad vicem Liutberti Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Deest Sigillum, quod erat appensum.

Data III. Idus Augusti Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXVII. Indictione V. Anno Regni ejus XII. Imperii autem VI.

Actum Lustunoa Curte Regia in Dei nomine feliciter. Amen.

Vide in Dissertatione XVII. de Fisco alterum simile Diploma. In utroque habemus numeratum Annum VI. Imperii Caroli Crassi; an vero vitiose, consule quae in Dissertatione XLI. de Nominibus attuli de Coronatione Romana ejusdem Caroli. Sed hisce dimissis, uti vidimus in praecedenti Diplomate à me edito, spectante ad Annum DCCCLXXX. Carolus Crassus Angilbergae Augustae se ita confirmare scribit ejus bona, ut retineat quaedam, quoad vixerit, usufruendo & potestative ordinando (en quae Beneficiario jure eadem Augusta possidebat) quaedam vero perpetualiter possidendo, & cui voluerit dimittendo (en Allodialia). At in Diplomate Anni DCCCLXXXVII.

C quod nunc protuli, ejusmodi bonorum distinctio in majori lumine collocatur. Scilicet inquit Augustus quae Proprietario jure illi corroborata sunt, perpetualiter possideat, faciatque ex ipsis libere quidquid elegerit. Et quae ei jure Beneficiario collata sunt, quiete possideat. Heic etiam animadvertite, acque feminis ac viris collata olim fuisse Beneficia, ac propterea non eo solum nomine distincta fuisse praedia, ob militare servitium viris, dum viverent, collata. Proinde in Regum, aliorumque donationibus animadvertendum est, num Proprietatis aut ad Proprium, mentio fiat, atque an concedens omnem in res datas sibi competentem ditionem in alterum transtulerit. Quod quoties occurrit ea bona



bona in *Allodium*, non verò in *Beneficium* aut *Feudum* concessa fuisse patebit. Illud insuper praecipua observatione dignum est, non praedia tantum, sed *Curtes* etiam, & *Castella*, atque *Oppida* jure olim *Allodii* possessa fuisse, ut *Chartae* ipsae indicant. Hanc rem uno *Diplomate* confirmatum nunc eo, quod ex antiquo exemplo descripsi, existente in

A | Archivo *Canonicorum Cremonensium*. Palam inde fiet, quot *Castella* & praedia unus *Rogerus nobilis* vir *Ottonis III. Augusti* aetate possideret, eaque sub *Allodii* titulo; ita enim illa confirmat *Imperator*, ut *Rogerus*, ejusque *heredes* faciant exinde quicquid eorum animus decreverit. Haec certa *Allodii* indicia.

Otto III. Imperator Rogerio Fideli suo *Castella* & *Villas* ejus in *Italico Regno* positas per suum *Privilegium* confirmat, Anno 997.

I N nomine Sancte & individue *Trinitatis*. Otto divina favente clementia *Romanorum Imperator Augustus*. Si dignis nostrorum fidelium petitionibus aures nostrae majestatis accomodaverimus, justum atque ratum veritatis seriem firmissime censemus. Quocirca noverit omnium presentium scilicet & futurorum fidelium nostrorum universitas, *Eribertum* nostrum dilectum *Cancellarium* nostram suppliciter adisse presentiam, petens & obsecrans, ut *Rogero Fidei* nostro, suisque successoribus confirmationem & corroboracionem tam eorum prediorum, que nunc in *Italico Regno* habere videtur, quamque in futuro adquisiturus est, facere dignemur. Unde per hoc nostri *Pragmatici* pagina.... auctoritatem confirmamus & corroboramus eidem *Rogero*, suisque heredibus, omnia *Predia* sive *Castella* cum *Villis* & pertinentiis suis, que hic nominative posita esse videntur: *Malleum*, *Sarraum*, *Cortelaviam*, *Cavacurtam*, *Casale de Mari*, *Bevurcum*, *Campum Vaccarum*, *Brattum majorem*, & *Brattum minorem*, *Picinaasco*, *Melade*, *Raginavia*, *Soliviale*, *Codugno*, *Sancto Petro* ..... *delmarii*, *Busnadurio*, *Ranairo*, *Maravgo*, *Achazola*, *Altinasco*,

C | *Ledosa*, *Nespolo*, *Solairo*, *Braida Aribaldi*, *Glariolam majorem* & *Glariolam minorem*, *Campo Androni*, *Sancto Marcellino*, *Gatairo*, *Campovacano*, *Casale Sicbonis*, *Sancto Floriano*, *Campo Boaro*, *Isola Perregida*, *Casale Lellandi*, *Telpida*, *Novelida*, *Castellum Aribaldi*, *Cuchuzo*, *Barriano*, *Sanctam Mariam*, *Casalicio Muziani*, *Chaluro*, *Montecellum*, *Bucionem*, *Pratum Atonis*, *Baldiscum*, & in *Vallem Camonicam* omnia, quae ad *Barrianum* sive ad *Monticellum*, seu ad *Bergiem* pertinere videntur. Insuper si quid inter hec omnia ad nostram partem respicit, aut interjacet; eidem *Rogero*, suisque heredibus, concedimus atque largimur, ut faciant exinde quicquid eorum animus decreverit, remota omnium hominum contradictione. Si quis autem hujus nostri *Precepti* auctoritatem, quod non credimus, infringere temptaverit, sciat se compositurum centum *Libras auri optimi*, medietatem *Kamere* nostrae, & medietatem eidem *Rogero*, suisque heredibus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, sigilli nostri impressione hanc paginam nostrae auctoritatis & confirmationis subterius insigniri precepimus.

Signum Domni Ottonis serenissimi Imperatoris.

Eripertus Cancellarius ad vicem Petri Cumani Episcopi & Archicancellarii recognovit.

Data Kalendis Madii, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXCVII. Domini autem Ottonis Regnantis XV. Imperantis verò II. Indictione X.

Actum Romae feliciter.

Curtes autem, sive, ut saepe agebant, Cortes, ex plurimis praediis constabant, atque, uti in Antiquitatib. Estens. animadverti, atque infra in Dissert. XIX. de Tributis ostendam, pleraeque vetustis temporibus Villam integram complectebantur cum Ecclesia, in qua Populo Sacramenta ministrabantur, sive Plebs esset, sive subiecta Plebi, hoc est Baptismali Ecclesiae. Flodoardo teste, quidam Presbyter de Bovonis Curte fuit: sic enim Villa vocatur. Saepe etiam Castrum ibi situm erat, ac inde suum nomen Curtis ipsa mutuabatur. Ughellius Tom. V. Italiae Sacr. in Episcop. Veronens. adfert Praeceptum Karломanni Regis donantis Monasterio Sancti Zenonis Curtem nostram nomine Desentianum iuxta ripam Lacus, scilicet Benaci. Infra repetit, se elargiri Castrum cum Curte & Plebe, Desentianum nomine: qui locus adhuc incolarum & aedificiorum frequentiam splendet. Monendus tamen Lector, Diploma illud aut commentum esse veterum Saecu-

lorum, aut saltem interpolatum putide ab aliquo sciolo, sive corruptum fuisse: quod perpendenti Notas Chronologicas, ac praecipue illa verba pro anima Pipini avi, & Karoli Martelli patris mei, è vestigio pateat. Inepte agit, quicumque Karломannum Pippini Regis fratrem Italiae imperasse opinatur. Refert Florentinius in Monumentis Comitissae Mathildis ex Archivo Ecclesiae Pisanae tabulas ejusdem Comitissae Anno MLXXVIII. scriptas, per quas confirmat eidem Ecclesiae nonnullas Curtes cum Castrorum & Capellis inibi habentes. Ibi non semel Curites scriptum. Sed in membrana authentica fuerit Curtes, uti & domos colitales, non domus colcoles: quod imperitus Librarius nobis propinavit. Cortes autem omnes Sirmondus, vir singularis iudicii atque eruditionis, censuit fuisse Alodes. Non repugno; sed ne subscribere quidem audeo sententiae excludenti à tanta agrorum portione titulos Beneficii atque Emphyteusis. Temporibus autem Ludovici II. Augusti Rutherfordus quidam, qui Vassus ac Ministerialis ipsius Augusti appellabatur, Curtem eo titulo, quod suae proprietatis esset, pro remedio animae suae Ecclesiae Cremonensi largitus est, eamque donationem Imperator ipse confirmandam duxit per Diploma, quod ex praelaudato Regesto Episcopi Cremonensis descriptum publicae luci reddo.

Ludovicus II. Imperator Curtem Ruberinum Ecclesiae Cremonensi à Rutherfordo Vasso Imperiali donatam eidem Ecclesiae per suum Diploma confirmat, Anno 861.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei eterni. Hludovicus gratia Dei Imperator Augustus. Omnium fidelium

Sancte Dei Ecclesie, ac nostrorum presentium scilicet ac futurorum comperiet industria, quod Rutherfordus quondam fidelis

*delis Vassus & Ministerialis noster, de hac luce discedens, quandam Curtem sue proprietatis, nomine Ruberino, in Comitatu scilicet Bergamense prope Plebem, que dicitur Forumnovum, ad partem Ecclesie Cremonensis obtulisset, ac jure proprietario pro anime sue remedio per rogatores suos, Guntheri videlicet, Gyroldum, atque Hillonem per conscriptionis paginam tradidit: & per fideles nostros in nostra presentia eandem traditionis paginam, quam predictus ille Vassus noster, rogatorque ipsius rei fecerat, undique roborari jussimus. Set pro ampliori firmitate ac tocius securitatis augmento placuit nobis id ipsum nostra ac Imperiali auctoritate muniri: & ideo hanc nostre auctoritatis roborationem superaddere & fieri jussimus, per quam omnino sancimus, firmumque mansurum constituimus, ut nullus Comes, neque ullus Reipublice Minister, nec quispiam heredum vel proberedum predicti Rutchberi, atque ulla intercidens & opposita persona, quippiam retractationis aut invasionis inquietudinem in his rebus ullo unquam tempore contra praesatam Ecclesiam, aut Rectores ejus inferre presumat, nec quisquam inde causare conetur: sed sicut in nostra presentia tradite, & a nostris fidelibus fuerunt roborate, ita*

*A a nostris & a futuris temporibus nostra ac Imperiali auctoritate corroborate ad partem predictae Cremonensis Ecclesie jure proprietario maneat inconvulse cum omnibus integritatibus, veluti in brevi testato continetur. Si quis autem contra hanc nostram auctoritatem ire temptaverit, ac de prescriptis rebus partem praefate Ecclesie inquietare questierit, penam immunitatis nostrae, sicut de rebus ceterarum Ecclesiarum, hoc est triginta Libras argenti ipsi componet Ecclesie. Et ut hoc cercius crederetur, ac diligentius observaretur, de anulo nostro subter jussimus sigillari.*

*Deest subscriptio Imperatoris.*

*C Pu. . . . . Notarius ad vicem Druetemiri recognovi.*

*Data V. Idus Martias, Anno Imperii Domini Ludovici Pii Imperatoris in Italia VIII. Indictione IX.*

*Actum Mantua Civitate, & Palatio Regis feliciter in Domino. Amen.*

*Quibus autem formulis Reges non Beneficii sed Allodii nomine aliquid suis Fidelibus conferrent, ex sequenti Diplomate liquebit, quod ex insigni Archivo Capituli Canonicorum Regiensium depromsi.*

### Donatio Felinae & Malliaci facta per Ludovicum II. Imperatorem Supponi Vasso & Consiliario suo, Anno 863.

**I**N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Hludowicus divina ordinante providentiâ Imperator Augustus. Si piorum petitionibus aures nostrae pietatis accommodaverimus, id nobis ad eorum fidelitatem augendam prodesse cupimus, insuper ac aeternae remunerationis praemia sine fine mansura nos percipere credimus. Igitur omnium Fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque prae-

*E sentium scilicet ac futurorum nosse cupimus sagacitatis industriam, qualiter Andelberga dilectissima Coniunx & Confors Imperii nostri expetivit clementiam nostram, quatinus per nostrae largitionis Praeceptum jure proprio concederemus Supponi strenuo Vasso, dilectoque Consiliario nostro quasdam Cortes juris Regni nostri, sitas in Comitatu Parmense, in Gastaldatu Bismantino, quarum una*

vocatur Fellina, cum Capella & omni domo coltile & mansis atque familiis utriusque sexus, omnibusque rebus ad eam pertinentibus tam mobilibus, quam immobilibus; & alteram quae nominatur Malliaco similiter cum omnibus rebus mobilibus & immobilibus tam domocoltilibus, quam massaritiis, servisque & ancillis, Silvaque & Gajo in Monte Cervario. Cujus precibus libenter annuentes, jam fato Supponi inclito Vasso nostro praenominatas Cortes Fellinam & Malliacum cum Capella & omnibus rebus mobilibus & immobilibus, seseque moventibus, cunctisque mansis, Silvaque & Gajo in Monte Cervario, seu & familiis utriusque sexus & universis pertinentiis & adjacentiis suis in integrum, sicut haecenus ad partem Regni nostri

A pertinerunt, per hoc nostrae Donationis Praeceptum ad proprietatem concedimus, suisque heredibus ac proheredibus in perpetuum habendas & possidendas cum omnibus, quae dici aut nominari possunt tam in montibus, quam in planitiebus, remota totius Reipublicae, vel alicujus Potestatis inquietudine. Si quis autem hoc nostrae largitatis Praeceptum quandoque violare aut irrumpere conatus fuerit, sciat se compositurum centum Libras auri obrizi, medietatem Palatio nostro, & medietatem saepe nominato Supponi, ejusque heredibus ac proheredibus. Et ut hoc nostrae Donationis Praeceptum futuris temporibus firmiorem in Dei nomine obtineat vigorem, manu propria subter confirmavimus, & anuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domni


PO  
LILS

Hludowici serenissimi Imperatoris Augusti.

Gauginus Notarius jussu Imperiali recognovi.

Dat. III. Nonas Aprilis, Anno Christo propitio, Imperii Domni Hludowici piissimi Augusti X. Indictione XI.

Actum Venusiae, in Dei nomine feliciter. Amen.



Occurrit heic Cortis, idest Vicus, seu Villa Malliacus, cujus situm ignorare me fateor. Felina quidem adhuc nomen servat in Regiensium montibus, ibique Castellum cum suo

D districtu & Ecclesia Parochiali. Donizo Cap. penult. Vitae Comitissae Mathildis narrat, quae postremis vitae suae annis eadem Principissa Ecclesiae Canossinae contulerit, inquit: Ejus

*Ejus quocirca tribuit sub jure Felinam Egregiam Curtem, dantem fruges sat abunde.*

Suppo autem heic memoratus non alius mihi fuisse creditur, quàm qui circiter Annum Christi DCCCLXXI. ab eodem Ludovico Augusto constitutus fuit *Comes & Dux Piceni*. Plura ego de eo commentatus sum in superiori Dissertatione VI. de *Marchionibus*. Quum ergo habeamus, hæc *Curtes* Sopponi concessas fuisse *jure proprio*, neque eidem tantummodo, sed *& heredibus ac proberedibus suis in perpetuum habendas & possidendas*: nihil aliud exposcitur, ut intelligatur, *Allodii* titulo, atque ab omni vinculo *Beneficii* immunia, tradita eadem loca Supponi fuisse. Et sane animadvertere heic juvat alteram morum nostri temporis differentiam ab antiquis. Nunc enim aut pleraque, aut cuncta, quæ à Nobilibus viris *Castella* possidentur, *Beneficiario* seu *Feudali* dumtaxat titulo in eorum ditione esse solent. Contra exploratum est, antiquis *Seculis* complura

A *Castella*, *Villas*, *Vicos* &c. inter *Allodialia* fuisse computata, hoc est, ita stabili ac proprio jure possessa, ut sine nova *Principum* venia, non secus ac *praedia*, ad heredes transmitterentur. Quare quum secundum *Leges Langobardicas* filii & filiae omnes legitimæ patri succederent, sæpe accidebat, ut res individuae, quales erant *Castella* & *Ecclesiae*, immo & ipsæ *Curtes*, domus, *sylvæ* &c. non unum agnoscerent dominum. Portionem quippe suam unusquisque à filiis possidebat. Tum filiis filiorum eandem rem dividendis, tot partes unius fundi aut *Castelli* fiebant, ut nonnunquam *vigesima* atque *trigesima* portio consobrinis ac nepotibus, eorumque filiis atque descendendis obtingeret. Quod nunc in jure patronatus, aut in *Feudis Langobardico* more concessis factum quandoque videmus, tunc sæpe in *Allodiis*, rebus nempe dividuis, accidebat. Alibi hujus consuetudinis exempla attuli: nunc uno rem conficiam, hoc est *Chartam* producendo, quæ in *Tabulario* *eximii Monasterii Cavenfis* legitur.

B

C

D

Donatio cum quibusdam conditionibus facta Monasterio Cavenfi Sanctæ Trinitatis à Gifolfo filio Johannis Comitis, Anno 1094.

**I**N nomine Domini Dei æterni & Salvatoris nostri Jesu Christi. Anno ab Incarnatione ejus MXCIV. temporibus Domini nostri Rogerii gloriosi Ducis, Mense Octobris, Tertiâ Indictione. Dum coram præsentia Domni Petri gratiâ Dei Abbatis Monasterii Sanctæ & individuae Trinitatis, quod constructum est foris hanc *Salernitanam* Civitatem, in loco *Mitiliano* essem ego Petrus Judex, tunc in mea præsentia

E *Gifolfus* filius quondam *Joannis* Comitis, qui *Clericus* & *Abbas* fuit, divinâ sibi inspiratione compulsus pro amore omnipotentis Dei, & salute suæ animæ sicut ei congruum fuit, sua voluntate per hanc *Chartulam* coram me, dum idonei interessent homines, optulit in prædicto Monasterio sanctæ & individuae Trinitatis, de duodecim partibus integras duas partes, quas ei à scripto Genitore & Genitrice sua habere

bere pertinuit & pertinet, & totum & integrum, quantum ei alia sua ratione habere pertinuit & pertinet de portione, quam quondam Guaimario, qui patruelis frater suprascripti Joannis Comitis fuit, de tota Ecclesia Sanctae Dei Genitricis & semper Virginis Mariae, quam Domina Sichelgaita Princeps Proabia sua, quae Uxor fuit quondam Domini Johannis Principis Proabii sui à nobo fundamine construere fecit intra hanc praedictam Civitatem inter muvo & muricino; & de omnibus rebus movilibus & immovilibus ejusdem Ecclesiae intra hanc Civitatem & foris ubique pertinentibus, cum omnibus, quae intra hoc, quod ut dictum est, optulit, sunt, cunctisque suis pertinentiis, & cum vice de plateis, & anditis, & viis suis, & cum simili portione de omnibus muniminibus ex ipsis Ecclesia & rebus continentibus. Ea ratione, ut totum & integrum hoc, quod ipse Gisolfus, ut suprascriptum est, optulit, semper sit in potestate ipsius Domni Abbatis & successorum ejus & partium suprascripti Monasterii; & ipse Dominus Abbas & successores ejus, & pars suprascripti Monasterii licentiam habeant de eo facere quod voluerint. Tantum omni Anno, & dum ipse Gisolfus vixerit, in Nativitate suprascripti Domini nostri Jesu Christi, & in Pascha Resurrectionis ejus, & in Assumptione Sanctae Mariae, ipse Dominus Abbas, ejusque successores, & pars suprascripti Monasterii per unamquamque ex ipsis Festivitatibus dirigant ipso Gisolfo unum porium de oblatiis ad faciendum ex eis, quod voluerit. Et omni tempore à modo & semper, quando voluerint, potestatem habeant ipse Gisolfus & homines, quos voluerint, ad ipsam Ecclesiam pergere vel dirigere, & Sepulturam fabricatam, quam ipse Genitor ipsius Gisolfi in atrio ipsius Ecclesiae habet, aperire & mundare, & fo-

A ras ejicere, & conciare, qualiter voluerint, & justum fuerit, & cadavera virorum seu mulierum in eadem Sepultura ponere, & quod exinde ejectum fuerit, ibidem reducere, & ipsam Sepulturam restaurare, qualiter meruerit justa ratione absque omni datione. Et nullo tempore ipse Dominus Abbas, ejusque successores, & pars supradicti Monasterii non faciant, vel facere faciant in ipsam Sepulturam aliquam contravietatem, set semper ipsam Sepulturam cum vice de via sua maneat in dominio & potestate ipsius Gisolfi & heredum ejus ad faciendum de ea quod voluerint. Et per convenientiam ipse Gisolfus jussu suprascripti Domni Abbatis guadiano Mirando Monacho pro parte suprascripti Monasterii dedit, & fidejussorem ei pro ejusdem Monasterii parte posuit Ligorium Cognatum suum filium quondam Mauri, qui Butrumile dictus est, & pro ipsa guadia obligavit se & suos heredes semper defendere ipsi Domino Abbati, ejusque Successoribus & partibus suprascripti Monasterii integrum illud, quod in ipso Monasterio optulit, sicut suprascriptum est, in omni ordine & tenore, qualiter praelegitur, ab omnibus hominibus. Et ipse Gisolfus licentiam tribuit, ut quando ipse Dominus Abbas, & ejus successores, & pars suprascripti Monasterii voluerint, potestatem habeant, illud per se defendere, qualiter voluerint, cum omnibus muniminibus & variationibus, quas de eo ostenderint. Et si, sicut superius scriptum est, ipse Gisolfus & ejus heredes non adimplerint, & suprascripta, vel ex eis cuiquam removere aut contradicere praesumerint, per ipsam guadianam obligavit se & suos heredes componere ipsi Domino Abbati ejusque successoribus, & partibus suprascripti Monasterii quingentos auri Solidos Constantin. & sicut superius scriptum est adimplere. Verumtamen

men quoniam ex ipsis duodecim partibus de tota superscripta Ecclesia, & de omnibus superscriptis rebus ejus duas partes pertinent partibus superscripti Monasterii, per datum Guaimarii, qui fuit filius Domini Guidonis Ducis, filii Domini Guaimarii Principis.

Et duas Chartulas unius tenoris, hanc pro parte superscripti Monasterii, & alteram pro parte superscripti Gisolfi tibi Johanni Notario scribere praecepi.

✠ Ego qui supra Petrus Judex.

✠ Ego Romoaldus Notarius me subscripsi.

Ego Joannes Notarius me subscripsi.

Et etiam nomine lubenter Chartam istam produco, quod ad Genealogiam veterum Principum Salernitanorum illustrandam aliquid lucis suppeditare possit. Et hujus quidem Gisolfi, cui pater fuit Johannes Comes,

A & Proavus Johannes Princeps, meminit etiam Camillus Peregrinus in serie Principum Salerni. Quod ergo animadvertendum, antiqui Reges, & Augusti nequaquam in unis Beneficiis liberalitatem suam erga Fideles & caros suos constringebant, sed saepissime pleno jure in illos dona sua transferre consueverunt. Neque praedia tantum, sed & Castella eis munificentissime elargiebantur. Quam in rem omnium examini subicere heic statui aliquot Diplomata, ad antiquos Tarvisi Comites spectantia, quae ad me misit nobilis vir Henricus Comes de Collalto, Abbas Commendatarius Sancti Salvatoris, cujus praeclarissimam Familiam monumenta, ut C alibi testatus sum, satis indicant, originem duxisse ex ipsis vetustis Comitibus Tarvisinis.

Otto II. Imperator Byzantino, Rambaldo, & Gaiberto fratribus omnia illorum jura confirmat, Anno 980.

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Otto divina favente clementia . . . . . fidelium aures inclinamus dev. . . . . fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum noverit solertia, qualiter interventu & petitione Petri Papiensis Episcopi, nostrique dilecti Fidelis, per hanc nostri Praecepti paginam, prout juste & legaliter possumus, confirmamus & corroboramus Byzantino, Raimbaldo, Gaiberto fratribus, quondam Raimbaldi bonae memoriae filii, omnes res & proprietates suas a paterno & materno jure, seu per Praecepta nostri Patris ac praedecessorum nostrorum Regum & Imperatorum, vel per aliquas scriptiones Cartarum ab aliquibus hominibus juste & legaliter tenent, vel tenere debent in Comitatu

Tom. II.

D Tervisiano. Cortem videlicet unam Lovadinam nomine vocatam, cum omnibus pertinentiis suis: item Monticellos, in quibus Sancti . . . . . est constructa Ecclesia cum omnibus nostri Regni jure pertinentibus ad eisdem Monticellos infra Fluvium, quod dicitur Plavis, aliud Flumen, quod Brenta nominatur, simul cum Alpibus, quae Maidre appellantur. Insuper etiam Corticellam unam Eterse nominatam, cum ejus in integrum pertinentiis. Et quicquid visi habere sunt infra confines aquarum . . . . . & in Comitatu Cenetense quicquid habere videntur in Castrosorte, & in Comitatu ejus inter Solicum & Rabosum flumina, tam mortuorum, quam publice . . . . . ac etiam omnium rerum in omnibus . . . . . vallibus, planiciebus, aquaticis, fossatis, molendinis, piscationibus, servis &

P

ancil-

ancillis, vineis . . . . . mobilibus & immobilibus ad jam dictas Cortes & loca pertinentibus . . . . . aut nostrae tenere, & . . . . . concedimus, donamus, & hujus nostrae auctoritatis . . . . . ut habeant, teneant, firmiterque possideant, omnium hominum contradictione remota tam ipsi, quam sui heredes. Insuper etiam concedimus & perdonamus eisdem . . . . . & quicquid publice & etiam pertinet, omnium hominum . . . . . & proprietates eorum residentium, ut habeant ipsi & eorum heredes hujus nostrae auctoritatis pagina . . . . . Insuper omnes in

A suis hereditatibus residentes placitu tradendi, leges faciendi, lites ac contentiones finiendi, & quicquid publice . . . . . hactenus ab eis exigendi, Ducum, Marchionum . . . . . majorum & minorum contradictione submota. Si quis autem, quod minime credimus, hoc nostrum donationis atque confirmationis Praeceptum infringere praesumpserit, cognoscat . . . . .  
B Libras centum medietatem Camerae nostrae, & medietatem praenominatis, Fratribus suisque heredibus, vel quibus ipsi habendum decreverint. Quod . . . . .

Signum Domni Ottonis



serenissimi Imperatoris, invictissimi Augusti

Data XVI. Calend. Julii, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXX. Indictione V. Regni Domni & piissimi Ottonis XXV. Imperii vero XIII.

Actum in Palacio . . . . .

Ottonis III. Imperatoris Diploma, quo confirmat Rambaldo Comiti Tarvisiensi illius Castra & Terras, Anno 996.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Omnibus Sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque fidelibus praesentibus & futuris notum esse volumus, qualiter interventu ac petitione Herimani Ducis, & ob jure obsequium Raimbaldi Comitis, nostrique fidelis, cuncta praedia, & quae a nostro bonae memoriae Patre, vel a nobis per praecipua eidem Raimbaldo concessa sunt, scilicet Castrum unum in Ruwigo, cum omnibus suis

C pertinentiis, & Nervesta, & Glavera, & Vedelagus, & infra Civitate Tervisii Casacurva, & Silva Illerosa, Burgulagus, & Aurilagus, donamus & firmiter per hanc paginam nostrae justificationis corroboramus, pro ut juste & legaliter possumus. Idcirco jubentes praecipimus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, nec aliqua persona degens in finibus nostri Regni, praelibato Raimbaldo aliquod impedimentum exinde facere praesumat &c.

Signum Domni Ottonis



invictissimi Imperatoris Augusti.



Heribertus Cancellarius vice Petri Episcopi . . . . .

Datum Pridie Idus Junii, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI. Indictione IX. Anno autem Tertii Ottonis Regnantis XIII. Imperii Primo.

Actum in Fuligno feliciter. Amen.

Otto III. Augustus Rambaldo Comiti Tarvisii Castrum de Valle  
& alia donat, circiter Annum 996.

**I**N nomine Sanctæ & individuae Trinitatis. Otto . . . . . Romanorum . . . . . Imperator Augustus . . . . . noscat omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet ac futurorum universitas, qualiter Raimbaldus Tarvisiensis Comes, nosterque dilectus & fidelis noster humiliter adiit exorando celsitudinem, quatenus sui servitii memores existeremus. Cujus itaque petitioni Leonis Episcopi . . . . . de Castro de Valle vocatur in Istria sui Comitatus eidem Raymbaldo cum omni censu addatur, sive mercato . . . . . & cum campis, pratis, pascuis, silvis, paludibus, piscationibus, venationibus, cum omnibus sibi pertinentibus . . . . . potest missa in praesenti largimur pagina . . . . . & Istria . . . . . dedimus, sive . . . . . mandavimus, prout juste & legaliter . . . . . Quicquid vero eidem Raymbaldo Comiti, nostroque dilecto & fideli facere placuerit, libereque

**A** faciendi, vendendi, donandi licentiam, & suâ animâ judicandi, damus. Quin etiam ea, quae Raymbalo . . . . . vocatur, eidem Raymbaldo Comiti praedicto . . . . . & omnes massaritas . . . . . Silva Torrunda dicitur, quam Constantius . . . . . sive cum omnibus pertinentiis suis, vel quicquid ipsi Massarii . . . . . sedeat . . . . . jubemus, ut nullus Dux, **B** Marchio, Comes, Vicecomes, vel aliqua Imperii nostri persona eum inde inquietare vel molestare audeat. Si quis autem hujus nostri praecepti contradictor extiterit, sciat se compositurum auri optimi Libras mille, medietatem Camerae nostrae, & medietatem praefato Raymbaldo dilecto & fideli nostro. Quod ut verius credatur, diligentiusque a cunctis **C** observetur, manu propria corroborantes, & sigillo nostro subtus jussimus insigniri.

Signum Domni Ottonis



sevenissimi & invictissimi . . . . .

Otto III. Rambaldo Comiti Tarvisino nonnulla donat, Anno 1000.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Tertius Otto, Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Noscatur omnium nostrorum fidelium industria, praesentium scilicet & futurorum, qualiter Heribertus Coloniensis Archiepiscopus noster dilectissimus fidelis nostram humiliter exorando aggressus est elementiam, quatenus praedia & terram sive demortivam, sive nostro pertinentem Imperio, Rambaldo nostro amabiliter fideli, Tarvisiensi videlicet Comiti, ea quae videntur sita, sicuti Postuima firmat in Plave, & de altera parte usque in Via Asolina, & inde firmantem in Musano, & de Musano usque in Capite Montis Belluni & de Monte Belluni per viam de Ruvigo firmantem in Plave, & iterum sicut currit Plavis in Postuima,

**A** Imperiali largiri dignavemur Praecepto. Cujus itaque petitioni nostrae benignitatis animum praebentes, totam terram & praedia, seu demortiva, quae videntur in jam praenominatis locis & finibus, ac terminibus habere, vel quicquid inde in antea Raimbaldus Comes poterit acquirere, ei, prout juste & legaliter possumus, Imperiali concedimus pagina. **B** Insuper vero de Montecello quicquid antea per praecipuum habuit, confirmamus. Si quid inde remansit, aut inveniri potest inde, eidem jam praefato Raimbaldo simile praebemus pagina. Praecipientes vero jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Vicecomes, Sculdassio, vel aliqua summissa persona, hujus nostrae auctoritatis praecipuum inquietare seu molestare praesumat. **C** Si quis igitur &c.

Signum Domni Ottonis



invictissimi Regis.

Heribertus Cancellarius in vice Petri Cumani Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Dat. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo, Indictione XIII. Anno Tertii Ottonis Regni XVII. Imperii vero V.

Actum ad Sanctum Dominum.

Inter Chartas nobilissimi Asceterii sacrarum Virginum Sancti Zachariae Venetiis, donationem vidi factam eidem Sanctimonialibus ab ipso Rambaldo Comite Tarvisino Anno MX. Ibidem quoque legebatur altera donatio Anno MXI. facta eidem Coenobio à Rodoalda conjuge quondam Wangerii Comitis Tarvisini, consentientibus

**D** Johanne, & Germanico ejus filiis, & Almerico Episcopo, idest Tarvisino. Scrutare nunc diligenter ejusmodi Chartas. Cunctae Allodium sive Proprietatem praeferunt, nullumque in eis vestigium occurrit Beneficii. Neque dispar alterum Diploma, quod in Tabulario eorundem Comitum Coltalinarum adservatur.

Ottonis III. Imperatoris Diploma, quo Dominico Candiano omnia illius bona & jura confirmat, Anno 998.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Tertius Otto divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Nostris fidelibus notum sit, quod nos Dominico Candiano filio Vitalis Candiani, ob servitium & jugem fidelitatem ipsius, omnem hereditatem vel possessionem paterno vel materno jure sibi pertinentem, seu quecumque de suo conquesta habet, vel habere poterit, nec non & terram de Istria, unde sibi Ravenne dedimus Investituram, & omnia que habet, vel habere poterit cum terris, vinetis, pratis, pascuis, aquis, servis & ancillis, navibus, omnibusque rebus mobilibus & immobilibus, per hoc

**A** nostrum Præceptum confirmamus & penitus corroboramus. Eo videlicet ordine, ut ipse sui que heredes habeant, teneant, firmiterque possideant, habeantque potestatem tenendi, donandi, vendendi, cum eis Cartarum muniminibus, quibus ille comparavit vel acquisivit, vel quicquid eorum animus decreverit faciendi, nostræ nostrorumque Successorum, & omnium hominum contradictione, molestatione, & diminoratione penitus remotâ. Præcipientes denique jubemus, ut nullus Dux, Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdastus, Gastaldio, nulla que nostri Regni &c.

Signum Domni Ottonis



invictissimi Imperatoris Augusti.

Dat. III. Kalend. Junii Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVIII. Indictione XI. Anno Tertii Ottonis Regis XV. Imperii III.

Actum Romæ feliciter. Deo gratias.

Antiquiores etiam tabulas dabo testes ejusdem moris, quas acceptas refero insigni Chartophylacio Monasterii Placentini Benedictinorum Sancti Sixti.

Lotharius I. Imperator Eremberto ex Comitatu Hastensi donat Curtem Eburlas, Anno 839.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Hlotharius divinâ ordinante providentiâ Imperator Augustus. Dignum est, ut Imperialis dignitas his, qui se tota fidelitate suis obsequiis submittunt, condignis beneficiis sublimen-

**D**tur. Quapropter cunctorum fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque cognoscat solertia, quia nos cuidam Fidei nostro Eremberto nomine ex Comitatu Hastensi quemdam Curtem nostram Eburlas cum omnibus mancipiis, pertinentiis,

nentiis, & adjacentiis ad se pertinentibus vel aspicientibus, proprietario jure contulimus, hac de nostro in suo, suorumque heredum dominio libere transtulimus possidendo. Unde pro firmitatis gratia ei hanc nostram auctoritatem fieri jussimus, per quam praecipimus, ut ab hinc & deinceps per hanc nostram auctoritatem eandem Curtem cum omnibus mancipiis, pertinentiis, & adjacentiis suis, judiciariaque ditione, pro-

A | prietario jure teneat atque possideat, absque cujuscumque contrarietate vel repetitione, seu faciat exinde quicquid voluerit tam ipse quamque heredes ipsius. Ut quoque haec nostra auctoritas plenior in Dei nomine habeat vigorem, & per futura tempora inconcussam obtineat firmitatem, manu propria subter eam firmavimus, & anuli nostri impressione adsignari jussimus.

Signum

TARs  
LOV

Hlotharii serenissimi Augusti.

Druchemirus Subdiaconus atque Notarius ad vicem Agilmari recognovi & subscripsi.

Locus ✠ Sigilli.

Data IV. Nonas Maji, Anno Christo propitio, Imperii Domni Hlotharii Pii Imperatoris XIX. Indictione II.

Actum Papiæ Civitate Palatio.

In hisce Diplomatis jam deprehendisti notas apertissimas non Beneficii, sed Allodii, ab Augustis concessi. Hoc enim indicant illa verba Proprietario jure; quemadmodum & alia: ac de nostro in suo, suorumque heredum dominio libere transtulimus possidendo: nec non & ea; ut proprietario jure teneat atque possideat; seu faciat exinde quicquid voluerit tam ipse, quamque heredes ipsius. Neque tantum Allodia Fidelibus suis contribuebant olim Augusti, sed ipsa Beneficia à potestate ac jure suo dimittentes, perpetua donatione in aliorum jus transferebant. Plura autem Diplomata supersunt, in quibus Imperatores & Reges alicui bona, quae ipse ordine possidet Beneficiario, ad Proprium concedunt: datâ licentiâ, ut quicquid

C | elegerit, vel voluerit, sicut & de reliquis Proprietatis suae rebus, absque alicujus potestatis contradictione faciat. Hisce, aliisque ejusmodi verbis, quod antea Beneficii titulo possidebatur, Proprietatis deinde, seu Allodii nomine possessum, ad quoscumque heredes deferre licebat. Quod etiam animadvertas velim, si quis Vassallus Beneficio aliquo ab Ecclesiis dato fruens, in Regem delinquebat, Beneficium ipsum devolvebatur ad Regium Fiscum; neque illud recipere poterat Ecclesia, nisi per novam Principis largitionem. Vide Chartam à Baluzio editam Tomo II. Capitular. pag. 1500. ubi Anno DCCCLXXVII. quidam noster fidelis (idest Vassus) Adelbertus nomine Alodium suum &c. Coenobio (Sancti Germani Antiffiodorensis)

rensis) liberalitatis munificentia per Chartistarum instrumenta contulit. Abbas verò memorati Coenobii & reliqui Fratres ipsum Allodium jure Beneficiario & usufructuario eidem Adelberto denuo conferre studuerunt. Sed post hæc ob illius negligentiam in Fiscum nostrum legaliter devenit. Et quia præfato Coenobio non aliter legitime, postquam in Fiscum nostrum deciderat, reddi poterat, nisi per præceptum nostræ auctoritatis &c. Hæc sunt verba Caroli Calvi Imperatoris in Diplomate per Baluzium evulgato. Idem verò ritus adhuc perdurat inter Imperii Leges. Neque id mirum. Nam vel si quando Reges ipsi Monasteria Monachis per iniquam consuetudinem eripiebant, ut ea Beneficii titulo suis Vassis elargi-

A) rentur, de qua re infra mihi erit sermo in Dissertatione LXXXIII. de Monaster. in Benefic. dat. novâ concessione opus erat, ut sacris Locis eadem restituerentur. Testis hujus moris, ut reliqua monumenta præteream, erit nobis ejusdem Caroli Calvi Diploma, cujus elegans archetypum, quamquam alicubi corrosum, vidi in Tabulario Capituli Canoniorum Arretinorum. Ibi Carolus, nondum Imperator inunctus, dum Romam pergeret, Arretinae Ecclesiae Monasteriolum donat, & cuncta ad illud spectantia, sicut ea Berulfus Imperialis Vassus Beneficiario ordine visus est habuisse. Sed juvat ipsum Diploma producere, utpote hætenus luce carens.

Caroli Calvi Franciæ ac Italiæ Regis Diploma, quo Ecclesiæ Arretinae ad luminaria concinnanda concedit Monasterium S. Angeli, & Fiscum Ajalta, Anno 875.

**I**N nomine Sanctæ & individuae Trinitatis. Karolus gratiâ Dei Rex. Si Loca Deo dicata seu procerum hominum insidiis, seu neglectu quolibet adnihilata restauramus, & ad pristinum statum reducimus, procul dubio à Domino nostro Jesu Christo id nobis recompensari non dubitamus. Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium ac futurorum noverit industria, quia sicut Johanne venerabili Aretino Episcopo suggerente didicimus, Monasteriolum Sancti Angeli honore constructum, Monachorumque usibus collatum quondam existit, sed nunc non solum Monachis caret, verum etiam omni neglectu fatiscit. Unde nos considerantes ejus misericordiam, qui nos ad hoc culmen provexit, ut & destituta restauremus & neglecta, eo favente, ob cujus amorem constructa sunt,

D) recuperemus: concedimus præfatum Monasteriolum cum omnibus ad se pertinentibus rebus ac familiis, & offerimus Ecclesiæ beati Donati, ubi ejus sanctissimum Corpus humatum est, ad luminaria concinnanda, & ibidem Deo famulantium st. .... providenda & ministranda, in integrum & ubi aliquid ad id pertinere dinoscitur, cum Ecclesiis ac domibus dominicatis & colonitiis, servis & aldionibus utriusque sexus: idest Colonariam & reliqua, quæ sicut ea Berulfus Imperialis Vassus Beneficiario ordine visus est habuisse ..... cum vineis, campis, pratis, silvis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, cultis & incultis, præfato beato Donato ob remedium animæ meæ, carissimæque conjugis, & amantissimæ prolis hereditario jure in perpetuum offero possidenda. Simulque concedimus ei  
Fiscum

Fiscum nostrum, quod dicitur *Ajalta*, cum omnibus ad se pertinentibus de *Turri in integrum*, & in locis *Spungiano*, *Materno*, *Curreco*, vel ubicumque infra *Comitatum Aretinum* praesens *Fiscus* aliquid habet, cum *Ecclesiis*, *domibus*... *pratis*, *pascuis*, *silvis* ..... jam *dicto beato Donato* trado & in perpetuum *Ecclesiae suae* habendum concedimus, eo

A videlicet ordine, ut quicquid *Episcopus*, qui pro tempore fuerit, ad utilitatem ipsius prospexerit, exinde liberam habeat potestatem, ceu de reliquis rebus longevis retro temporibus possessis. Ut verè hoc nostrum munus per cuncta Deo favente tempora inviolatum permaneat, manu propria subter firmavimus, & anula nostro sigillari iussimus.

Signum Karoli



gloriosissimi Regis.

*Audacher Notarius ad vicem Gozlani* recognovit & subscripsit.

Locus ✠ Sigilli cerei deperditi.

Datum III. Kalend. Octobris, Indictione IX. Anno XXXVI. regnante Karolo Rege, & in successione *Hlotharii VI.* & successione *Hludwici I.*

Actum *Papia Civitate.*

Habemus heic *Carolum Calvum* *Franciae Occidentalis Regem*, & recens *Italico Regno* potitum, qui *Annum Primum* hujus Regni dinumerare incipit sub titulo *Successionis Hludwici*, hoc est, *Ludovici II. Augusti*, proxime praeterito *Mense Augusto* vità functi. Iter in *Italiam* *Kalendis Septembribus* *Anni 875.* *Calvus* susceperat. En ipsum ejusdem *Mensis die 29.* jam ab *Italio* Regem consalutatum. Dixi non semel, eam fuisse *Allodiorum* naturam, ut liberum *Domino* foret quemcumque de iis contractum inire, veluti de re propria, neque *Regum* investiturâ aut

B concessione novâ opus fuisse. Verùm en tibi *Diploma Ludovici III. Italiae Regis*, *Johanni Presbytero* concedentis & confirmantis jure *Proprietario Cortem Mercoriatico* in territorio *Regiensi*, quam ipse ab antecessoribus nostris per *Praeceptum* juste & legaliter obtinuit. Ergo, inquires, *Allodia* quoque *Beneficiorum* legibus obnoxia fuerent, quando à novis *Regibus* eorum *Investitura* & confirmatio petenda erat. Sed praestat ipsum *Diploma* integrum proferre, cujus archetypum vidi in *Chartario Capituli Canonorum Regiensium*.

Confirmatio Curtis Mercoratici facta Johanni Presbytero à Ludovico III. Italiae Rege, postea Imperatore, Anno 900.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Hludovicus divinâ favente clementiâ Rex. Si necessitatibus atque utilitatibus fidelium nostrorum, divini cultus amore faventes, subvenire curamus, procul dubio fructum divini muneris à Domino consequi non dubitamus, imitantes vestigia predecessorum Patrum nostrorum Regum piorum. Quapropter notum esse volumus omnibus Sancte Dei Ecclesie fidelibus & nostris tam presentibus quam & futuris, quia quidam fideles nostri Adelelmus inclitus Comes strenuusque Consiliarius noster, nec non & Raterius noster dilectus Comes, nostram adeuntes serenitatem, enixius postulaverunt, quatinus cuidam Fideli nostro Johanni Presbytero Cortem quandam nostram, que dicitur Mercoratico, in territorio Regiensi, que hactenus pertinuit ad eundem Comitatum, & ipse ab antecessoribus nostris per preceptum juste & legaliter obtinuit; Nos iterum ei Precepto auctoritatis nostre jure Proprietario concederemus, & confirmaremus. Quorum precibus assensum prebentes, hoc serenitatis nostre Preceptum conscribi decrevimus, per quod predictus Presbyter Johannes, sui que heredes, vel cuicumque dederint eandem Cortem Mercoraticum consistentem, ut jam dictum est, in Comitatu Regensi, cum omnibus

**A** rebus inibi pertinentibus vel aspicientibus, tam mansis, quàm castis, massariis, diversisque territoriis, pratis, pascuis, vineis, campis, cultis & incultis, silvis, arboribus pomiferis & inopmiferis, montibus, planitiebus, ripis, rupinis, aquis, aquarumque decursibus, postis seu & molendinis, atque piscationibus & familiis utriusque sexus, de nostro jure & dominio in ejus jus & potestatem modis omnibus jure Proprietario, quae ab antecessoribus nostris juste & legaliter obtinuit, nos ei concedimus, & confirmamus, ut habeat, teneat, atque possideat, faciatque exinde quicquid ejus decreverit animus. Et volumus, potestatemque habeat donandi, vendendi, commutandi, seu pro anima judicandi, vel quicquid voluerit faciendi, remota totius potestatis inquietudine. Si quis autem contra hoc nostre Institutionis Preceptum in aliquo violare presumpserit, sciat se compositurum auri optimi Libras triginta, medietatem Palatio nostro, & medietatem presato Johanni Presbytero, suisque heredibus ac proheredibus. Et ut hec nostre preceptionis auctoritas nostris, futurisque temporibus inconvulsam atque inviolabilem obtineat firmitatem, manu propria subter roborantes, anuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domni

PO  
H  
L  
I  
L  
S

Hludovici gloriosissimi Regis.

Arnulfus Notarius ad vicem Liutuardi Episcopi recognovi.

Tom. II.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Q

Datum

Datum Pridie Idus Octobris, Anno Incarnationis Dominice DCCCC. Indictione IV. Anno vero Domini Hludovici gloriosissimi Regis in Italia Primo.

Actum Olonne feliciter.

Affine huic accipe alterum Diploma, ad Berengarium I. Augustum spectans, cujus autographum adser-

vatum in Archivo celeberrimi Monasterii Sancti Zenonis Veronensis ego prae oculis habui.

Concessio sive Confirmatio Curtis Breoni facta Berstelo filio Teutelmi à Berengario I. Imperatore, Anno 920.

**I**N nomine Domini Dei aeterni. Berengarius divina favente clementia Imperator Augustus. Noverit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium scilicet, & futurorum industria, Odelricum gloriosum Marchionem, dilectumque Fidelem nostrum, humiliter nostram exorasse clementiam, quatenus quandam Curtem, que Breoni dicitur, & nominatur Senevelio, suisque appendiciis, Vaone videlicet & Vigolongo, cuidam Fideli nostro Berstelo in integrum, sicut pater suus Teutelmus eandem Curtem detinuit, concedere jure Proprietario dignaremur. Cujus precibus acclinati, eandem Curtem, que nominatur Senevollo, suisque appenditiis, Vaone, videlicet & Vigolongo prenominate fideli nostro Berstelo in integrum, sicut suus pater Teutelmus prelibatam Curtem detinuit, perhenni jure, Proprietario nomine concedimus & largimur, ac de nostro

B jure & dominio in ejus jus & dominium omnino transfundimus ac delegamus, una cum casis, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, salectis, facionibus, aquis, aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, montibus, vallibus, planiciebus, paludibus, pensionibus, cerretis, olivetis, rovetis, castanetis, servis & ancillis, C aldionibus & alaianas, omnibusque ad se juste & legaliter pertinentibus: ad habendum, tenendum, vendendum, commutandum, alienandum, pro anima judicandum, & quicquid voluerit faciendum, totius potestatis contradictione remota. Si quis igitur hoc nostre auctoritatis & concessionis Preceptum infringere vel violare aliquando temptaverit, D sciat se compositurum auri optimi Libras septuaginta, medietatem Camere nostre, & medietatem jam prenominate Berstelo, suisque heredibus &c.

Signum Domini



Berengarii Serenissimi Imperatoris Augusti.



*Jobannes Episcopus & Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.*

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

*Data VIII. Idus Septembris, Anno Dominice Incarnationis DCCCCXX. Domini vero Berengarii serenissimi Regi XXXIII. Imperii autem sui V. Indictione VIII.*

*Actum Papiæ, in Christi nomine feliciter. Amen.*

Uti quisque videre potest, Curtem hanc in Allodium sive *perenni jure*, & *Proprietario nomine*, *Berkilus Fidelis*, hoc est Vassus, ab Imperatore impetrat. Atqui eadem illa est, quam illius pater *Teutelmus jure eodem Proprietario* possederat. Quidnam liberius, quàm quod Proprium est? Et nihilo fecius nova ejusdem Curtis concessio seu confirmatio à filio impetranda fuit. Et quidem Augustus ille ait: *Concedimus & largimur, ac de nostro jure & dominio in ejus jus & dominium omnino transfundimus &c.* Sed animadvertendum est, quaesita hujusmodi Diplomata fuisse à plerisque etiam Allodiorum dominis, ut major exinde quies & tutela accederet antiquo suo juri & possessioni per novam concessionem seu confirmationem novi Principis, supremi terrarum illarum domini. Potissimum vero id sibi procurandum censebant, quibus erant praedia, à Regibus aut donationis, aut alio titulo ad ipsos translata. Verebatur enim quisque, ne Fiscus veterem possessionem repe-

A tens, molestiam sub novo Principe sibi crearet. Praeterea supremum Dominum ejusmodi ratione agnoscentes, ejusque Privilegio muniti, immunitatem majorem à potentium vexatione consequerentur. Quam rem altero exemplo confirmatam volo. Lotharius I. Augustus Monasterio Ticinensi Sanctae Mariae Theodatae, nunc *della Posterla*, quamdam muri publici partem concesserat. Attamen *Caila* sacri loci Abbatissa, ac si de Beneficiaria re ageretur, ad Ludovicum II. Imperatorem Lotharii filium suas preces detulit, ut idem donum Asceterio suo nova concessione firmaretur: quod & factum fuit. Ita *Deodata* altera Parthenonis illius Abbatissa, idem postulandum arbitrata est à Berengario I. Italiae Rege, quum tamen *Allodii*, non *Beneficii*, titulo facta fuerit prima donatio. Utrumque Diploma ex Tabulario Coenobii illius descripsi. In primo faciem quidem archetypi vidi; sed nullum ibi, si bene memini, erat vestigium Sigilli antea appositi.

Diploma Ludovici II. Imperatoris, quo Cailae Abbatissae Monasterii Sanctae Mariae Theodatae Ticinensis confirmat donationem muri publici ejusdem Urbis, Anno 871.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Hludowicus gratiâ Dei Imperator Augustus. Si circa &c. Igitur omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque noverit industria, qualiter quaedam Dei ancilla Asia quondam Abbatissa Monasterii sanctae Dei Genitricis Mariae pro diversis utilitatibus ejusdem Monasterii expetiit praecepta à Domino ac Genitore nostro Hlothario Imperatore de quadam terra muroque juxta Monasterium ipsum &c. Nos autem precibus Cailae ipsius Monasterii religiosae Abbatissae, atque Congregationis e-

**A** jus stimulari, ob animae nostrae mercedem pie considerantes haec omnia, sicut à Domino ac Genitore nostro concessa sunt, inconvulse concedimus ac firmamus &c. Precipientes ergo jubemus, ut nemo fidelium nostrorum parti praedicti Monasterii de his omnibus, quae supra à nobis concessa sunt, quolibet tempore ullam praesumat inferre molestiam aut contrarietatem, sed sub omni integritate, sicut à nobis concessa sunt, & hac nostra auctoritate condonata sunt, perenniter ad utilitatem Monasterii sine diminutione permaneant &c.

Signum

POF  
LALS

Domni Hludowici serenissimi Augusti.

Et ego Gauginus Sacerdos atque Cappellanus jussu ipsius Serenissimi Augusti scripsi & .....

Acta Beneventi.

Data XVIII. Kalend. Majas, Anno Christo propitio Imperii Serenissimi Augusti Domni Hludowici XXII. Indictione IV. feliciter in Domino Amen.

Berengarius I. Italiae Rex Monasterio Sanctae Mariae Theodatae Ticinensis donat quamdam partem muri publici ejusdem Civitatis, Anno 913.

**I**N nomine Domini Dei aeterni. Berengarius Rex. Si sanctis ac venerabilibus locis temporalis subsidii opem impendimus, ad cumulum divinae remunerationis id nobis pertinere confidimus. Proinde noverit omnium fidelium sanctae

**C** Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum industria; quoniam Rifinda religiosissima Monasterii Theodatae Abbatissa, per Johannem reverentissimum sanctae Ticinensis Ecclesiae Episcopum, devota supplicatione ne-

stram

svam exoravit clementiam, quatenus eidem sancto & venerabili Monasterio quandam partem muri publici Civitatis Pape, habentem in longitudine pedes legitimos nonaginta unum, jure proprietario pro utilitate atque opportunitate prefati Monasterii usque in perpetuum concedere dignaremur. Cui à Septentrionali parte infra murum ipsius Civitatis adjacet hereditas Gotsfredi, ab Oriente verò, & Occidente, atque Meridie circum cingitur possessionibus jam dicti Monasterii. Cujus precibus acclinati, & amore Dei, Sanctæque semper Virginis Mariæ succensi, eundem murum prefato Monasterio perpetualiter concedimus & largimur, ac de nostro jure & dominio in ejus jus & dominium tran-

A sfundimus ac delegamus, sicut pretaxata declarant confinia; hoc in mandatis dantes, ut eundem murum pars prefati Monasterii frangat, & portas ad utilitatem ipsius sancti loci faciat; & quodcumque voluerit aedificium potestative inibi construat nostrâ magnificâ & Regali auctoritate, sopitâ omni publicâ repetitione. Si quis igitur hoc nostrae concessionis preceptum infringere vel violare temptaverit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Camerae nostrae, & medietatem praedictae Risindae venerabili Abbatisssae, ejusque successoribus. Quod ut verius credatur, & diligentius observetur, manu propria roborantes, de anulo nostro subter insigniri jussimus.

Signum Domini



Berengarii serenissimi Regis.

Johannes Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Locus Sigilli ✠ cerei deperditi.

Data IV. Idus Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXIII. Domini verò Berengarii piissimi Regis XXVI. Indictione Prima.

Actum Papiae in Christi nomine feliciter. Amen.

Ad Feuda, sive Feoda, quod attinet, quoniam de iis integra volumina in Jurisperitorum pluteis prostant, paucis rem expediam. Hujus vocis fortassis adhuc parum comperta est origo. Alii à Foedere, alii à Fidelitate vel Fide alii à Germanicis vel Danicis vocibus illam deduxere. Seldenus, Cantarellus, Vossius, & alii opinionem hanc praeferunt, ut Feodum significet mercedem sive stipendium,

C illudque definiunt, nempe Jus praedio alieno semper utendi & fruendi, et datum lege, ut qui Beneficium hoc accepit, obstrictus sit ad militiam pro Domino, vel aliquid servitium bona fide praestandum. Nuper etiam Clariss. Vir Marchio Scipio Maffejus, quum in Papyro vetustissima venditionis offendisset sex uncias fundi nulli antea donatas, commutatas, infeduciatis &c. D hanc conjecturam proposuit. Forse dal verbo

verbo *Infeduciare* non più scopertosi, ch'io sappia, provenne quello d' *Infendare*, e così il nome di *Fcudo*, del quale originazioni sono state speculate Daniche e Sassoniche. An primùm prodierit verbum *Infeduciare*, quum idem sit atque *Infiduciare*, Du. Cangius in Glossar. Latin. ad vocem *Fiducia* ostendere poterit. In praecedenti quoque Dissertat. X. de *Minor. Just. Ministris*, Charta Lucensis Anni DCCC. XXII. *Infeduciare* habet. At quod est ad originem *Feudi*, vereor ut quicquam ejusmodi conjecturae subscribat. Nihil aliud antiquis fuit *Fiduciare*, sive *Infiduciare*, quum de fundis agebatur, nisi *pignori dare* sive *oppignerare*, quamquam censuerit Isidorus, exiguum aliquod discrimen intercedere inter *Fiduciam*, & *Pignus*. Liutprandus Langobardorum Rex in Lege V. Lib. 6. Anno DCCXXIV. promulgata (ut habetur Part. II. Tomi I. Rer. Italicarum) agit de *Infante*, qui *res suas cuicumque vendide-*

A rit, aut *Infiduciaverit*. At aliud est *Pignus*, aliud *Feudum*, uti etiam aliud *Emphyteusis*, & *Pignus*. Quare etiam post investum nomen *Feudi*, antiquo eodem sensu perrexerunt Itali adhibere vocem *Infiduciare*. In Charta Anni MLIII. apud Puricellium in Monumentis Basilicae Ambrosianae, *Alicui dare, vel commutare, vel libellare, vel venumdare, aut in Beneficium dare, sive per Pignus Infiduciare*. Ubi vides, diversa duo fuisse, in *Beneficium*, sive *Feudum dare*, & *per Pignus Infiduciare*.

Liceat praeterea mihi Chartam producere, quam acceptam refero singulari erga me humanitati celeberrimi Viri D. Guidonis Grandii Abbatis Camaldulensis, & publici in Liceo Pisano Mathematicae Professoris. Eam ille rescripsit ex authentico existente in Archivo Archiepiscopi Pisani. Ibi agitur de vendendis *praediis tam Commendatis, quam Infiduciatis*, hoc est de *Allodiis*: nam *Feudalium rerum interdicta* erat alienatio.

Concordia inter Bonifacium Marchionem, postea Tusciae Ducem,  
& Magefredum Ubaldi filium, de permutandis  
variis Castris & praediis, Anno 1034.

I N Christi nomine &c. Die Sexto Calendas Aprilis, in loco, que vocatur Mantua, in presentia bonorum omnium, eorum nomina subter leguntur: stetit atque convenit inter Bonifacius Marchio, filius quondam Teudaldi itemque Marchio, necnon inter Magefredus filius quondam Ubaldi, ut ab hodie usque ad terminum VII. Calendas Madii debent se conjungere ambe partes ad locum, que vocatur Masima . . . . as, in presentia Ugoni Comitum, & quale ejus ante alterum ibi venerit, expectet alterum usque ad occasum Solis. Et cum ibi conjuncti fuerint, tunc predictus Magefredus debet facere Cartula venditionis,

D & Conjuge sua debet facere Cartulam de sua portione, quam sibi pertinet de illa hereditate in domo sua in Misso predicti Bonifacii, & ibi in judicio laudare. Insuper predictus Bonifacius, aut in quale persona ipse Bonifacius elierit, nominative de sua portione, que est medietas de Castro uno, quod nominatur Scanellum, & in circuitu ejusdem Castri cum ducentis tornaturis, simul & medietatem de sua portione de casis & omnibus rebus ad eodem Castro & Curte pertinentibus, verum etiam & medietatem de omnibus Castris, & Cappellis, sive casis domnicatis, & massariciis, & rebus domui coltile, atque universisque rebus  
servi.

territoriisque, condam Ademarius Avius suorum ab uno anno in retro detinuit, antequam mortuus fuit: sed & nunc Magefredus detinet tam de propriis, quamque Comendaticiiis vel Infiduciatis rebus in montaneis locis à Monte Maurisini, & à Salterno, & ad ipso Monte usque ad Reno in sursum, medietatem; in planiciebus vero locis, sicut idem cernitur à Monte Maurisini subterius usque à paludibus, & ad ipso Monte usque ad Savi, & à palude usque ad Alpem, tertiam partem; de Servois vero & Ancillis, Aldiones & Adiane in montaneis locis in predictis rebus habitantibus, de sua portione similiter medietatem: in planiciebus vero habitantibus, septis illis, qui assidue de dominicata stipendia vivunt. Eo die in presentia superscripti Ugoni Comiti predictus Magefredus sine Dei impedimento debent ipsa Cartula iudicio laudare & expendere si..... Iudices predicti Bonifacii judicaverint, & quantum predictus Magefredus ab illa die in antea de predictis rebus, que condam Ademarius detinuit, adquesierit tam in montibus quam in planiciis, predictus Bonifacius debet abere medietatem tam de prediis, quam de Comendatis, & Infiduciatis rebus. Et insuper promisit ipse Magefredus predicti Bonifacii facere securitatem sacramenti per suum Nuncium in illa die de ipsis rebus, unde ipse & Coniuge sua, Carta fecerit, & de omnibus aliis rebus, que ipse nunc detinent, aut ei evenerit de rebus communis acquisitis, ut ipsa ei tollere non debent, nec fecerit tollere, nec ejus jura, vel membra, neque ullam appensionem ad suum damnum. Et taliter obligavit se ipse Magefredus, ut si hec omnia, que supra legitur, taliter non adimpleverit, qualiter supra legitur, & suam portionem de Castro & Curte, que dicitur Renzuli, deveniant in potestate

A predicti Bonifacii proprietario jure, & faciat ipse & suos heredes quicquid voluerit, sine omni contradictione predicti Magefredi, suorumque heredibus. Et ipse Bonifacio Marchio una cum Richilda Coniuge sua debent facere in predicto Magefredo, seu in suo Misso Cartula venditionis, seu oblicacionis de illa medietatem, que predictus Magefredus nunc detinet de sua portione debet dare Bonifacio Marchioni de illis rebus, que Ademarius detinebat ab uno anno, antequam mortuus fuisset, medietatem à Monte Mauresini, & à Salterno in sursum usque ad Alpe: in planiciebus vero..... ipso Monte Mauresini subterius usque ad Savi, à palude usque ad Alpe, due portiones debet abere predictus Magefredus..... de omnibus rebus, que quondam Ademarius detinuit, & ipse Magefredus nunc detinent. Et ipse Bonifacius debet facere Cartam, & predictus Magefredus de duocentis tornaturis infra Plebem Sancti Petri, que vocatur in Barbarorum, de similiter bonis rebus, que quondam Ademarius detinuit, deinceps adquesierint tam in montibus quam in planiciis, ipse Magefredus debet abere medietatem de prediis, & porcariis, quamque de Comendatis vel Infiduciatis rebus. Et insuper promisit ipse Bonifacius facere securitatem sacramenti ad suum Nuncium de ipsis rebus, unde ipse Bonifacius Cartam fecerit, & de omnibus aliis, quem ipse detinent, aut tenere evenerit de rebus universis acquisitis, ut ipse & tollere non debent, nec fecerit tollere nec jura nec membra, neque ullam apensionem ad suum damnum. Et ipse Bonifacius debet cum Coniuge sua laudare & expendere, sicuti Iudices predicti Magefredi judicaverint. Et taliter spondit & oblicavit se predictus Bonifacius: ut si predictus Magefredus & omnia, que supra legitur, adimplere voluerit, & ipse Bonifacius

facius se subtraxerit, aut amplius deac-  
quisierit, tam predictus Magefredus a-  
bead predicta Corte & Castro de Mon-  
te Renzoli proprietario jure, & faciad  
quicquid voluerit, sine contradictione pre-  
dicti Bonefacii, suisque heredibus. Et  
in eo tinore, ut supra legitur, Bonefa-  
cius filius quondam Enrici de sua por-  
tione de omnibus rebus, seu Servos &  
Ancillas, quas de quondam Adama-  
rius fuit, & ipse Bonefacius Enrici fi-  
lius nunc detinet, excepto illis omnibus  
rebus, seu Servos & Ancillas, que  
sunt . . . . . simulque de predicto Castro  
& Curte que nominatur Monte Renzu-  
li ublicavit adversum predictum Bonifa-  
cium, quemadmodum fecit Magefredus, ut  
supra legitur; & Bonefacius Marchio si-  
militer promisit facere Bonifacio Enrici fi-  
lio, sicuti debet facere predicto Mangesredo.

Factum est hoc tempore Domni Cur-  
radi Imperatori Augusti, Anno Imperii  
ejus Septimo, suprascripto die, Mense  
Martii, Indictione Secunda.

Atto, Benno, Arduinus, Ubalduus, Teu-  
zo, Marchesello, Sigefredus, Pachanellus,  
Bernardus, Geremia, Azo, interfuerunt.

✠ Signum Johanne Notario ibi fuit,  
& unc breve scripsi.

An ante Saeculum XI. investum  
revera fuerit nomen *Feudi*, ego non-  
dum è probatis tabulis didici. Quod  
certum est *Feudum* appellari coeptum  
est Castellum, praedium, & si quae  
sunt alia tradita ad usumfructum a-  
licui, dum vita accipientis perdura-  
ret, qui propterea pollicebatur fide-  
litate & servitium Domino, illi-

A fque exinde *Vassallus* constituebatur.  
Ejusmodi *Feuda* diu etiam perrexere  
appellari *Beneficia*, quod nempe ad  
morem veterum Beneficiorum trade-  
rentur, & dominium directum Ca-  
stelli aut fundi, Domino stabile per-  
maneret. Verùm, ut vidimus, Vassi  
olim, seu Vassalli creabantur, quam-  
quam nullum eis conferretur Benefi-  
cium; neque ex vi *Beneficii*, sed tan-  
tummodo ex munere *Vassatici*, prae-  
stari consuevit Seniori Fidelitatis ju-  
rumentum. Contra Seculis postero-  
ribus ratione tantum *Feudi Vassallus*  
quisque efficiebatur; & Feudi con-  
cessio obligationem *Fidei*, ac tute-  
lam Domini directi, sive Senioris  
conjunctam habebat. Praeterea vete-  
rum *Beneficia* ad vitam duntaxat ac-  
cipientis protendebantur. *Feuda* verò  
etiam ad filios ac nepotes transfere-  
bantur, uti infra ex Lege Conradi  
I. Augusti intelliges. Mihi Seculo  
tantum vulgaris Aerae XI. Chartae  
occurrere incipiunt, in quibus ex-  
pressum *Feudi* nomen legitur; & si-  
quidem Scriptorum *Beneficii* vocabulo  
utuntur, per illud significant, quod  
nunc *Feudum* appellamus. Praeter alia  
exempla in hoc Opere legenda, unum  
profero, desumptum ex autographo e-  
xistente in Archivo supra laudati Mo-  
nasterii Veronensis Sancti Zenonis, in  
quo Beatrix Ducissa Tusciae, & Ma-  
thildis Comitissa ejus filia, eidem Mo-  
nasterio bona restituunt, eâ conditione  
adjectâ, ne alicui deinceps per *Libel-  
lum*, aut in *Beneficium* tradantur.

Beatrix Comitissa Ducissa Tusciae cum filia sua Mathilde, refutationem  
quarundam terrarum facit Monasterio Veronensi  
Sancti Zenonis, Anno 1073.


**I**N nomine Sanctae & individuae Tri-  
nitatis. Ego Beatrix Comitissa, &  
gloriosa filia mea Mathildis, omnibus fi-

delibus Christi notum esse volumus, quod  
ego Beatrix Comitissa cum preclara filia  
mea Mathilde, amore Dei, & sanctissimi  
Con-

Confessoris Christi Zenonis instinctae, per lignum, quod in nostris tenebamus manibus, in presentia Fratrum Monasterii ipsius Sancti Zenonis, & aliorum bonorum hominum, quorum nomina subius leguntur, refutavimus in manu Domni Werinheri Abbatis illas res ipsius Monasterii, quas nos habere visae sumus, idest Vouferrario, & Voupigozzo, & Runco Cavelo, & Fatuledo, cum omni jure & reditu & districtu, & porcis & multonibus; & res illas Monasterii in loco, qui dicitur Barche, sito in confinio Treaunciolo, & Runco Hostilienses, cum omni jure & reditu pro remedio animae nostrae, seu Gotefridi Ducis & Bonefacii Marchionis, vel ceterorum parentum nostrorum, & videlicet ratione, ut Monachi ibidem Domino servientes illa bona ad victum suum omni tempore habeant pro sempiterna nostrarum

A animarum recordatione. Et Abbas, qui modd est, vel sui successores, non habeant licentiam alicui personae per Libellum, aut in Beneficium dare. Si autem iste Abbas, vel aliquis suus successor illa bona, quae supra leguntur, per aliquod ingenium abstraxerit à victu Fratrum, aut alicui per Libellum, aut in Beneficium dederit, ad manus nostras, aut nostrorum heredum reverti debeant; insuper centum Libras Denariorum Veronensium nobis debeat componere.

B Actum est hoc in Monasterio Sancti Zenonis in Refectorio Fratrum, Anno ab Incarnatione Domini MLXXIII. Indictione XI. in die Sabbati, quod est quarta Idus Augusti, in Festivitate Sancti Laurentii Martyris Christi feliciter. Et ut hoc à nobis factum esse certius credatur, Sigilli nostri impressione confirmatum manifestetur.



Anselmus Episcopus Lucensis huic facto interfuit.  
Bulgaro interfuit.  
Mainsfredus interfuit.  
Rogo Judex interfuit.

Sigillum cereum.



Consule interea Chronicon Farfense à me editum Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. Ibi pag. 616. filii Crescentii Comitis, accepto Castello Tribuco à Berardo Abbate Farfensi circiter Annum MLXXXIII. obligaverunt se & heredes suos, ut non facerent, nec consiliarentur, ut Dominus Berardus Abbas vitam perderet, aut membra, aut malampresam haberet, & contra omnem hominem adjuvarent illud tenere & defendere bonâ fide &c. En certa Feudi indicia, appositumque ejus causâ sacramentum. Beatricis quoque imitatrix Mathildis Comitissa illius filia, ut habet Donizo in ejus Vita Lib. 2. Cap. 2. quoscumque poterat sibi devinciebat,

*Multos cum Feudo, multos munus tribuendo.*

Sed ut habeas non rem tantum, sed & nomen Feudi Saeculo Christi XI. ac-

A cipe, quae Landulfus Senior Mediolanensis Historicus Anno MLXXXV. scribebat in Historia à me edita Tomo IV. Rerum Italicarum. Agens ille de Landulpho Archiepiscopo Mediolanensi, qui Anno DCCCCXCVI. florebat, in haec verba loquitur: Propinquis, quos in Carcanensi Oppido habebat, de beati Ambrosii Archiepiscopatus bonis quadraginta milia modios terrae fructuum, ut illos omnes ditaret vicinos, per Feudum dedit. Praeterea Feudi, sive Feodi, expressa mentio habetur in Charta Ferrariensi, eodem Seculo, scriptâ, nobisque servatâ in Collectaneis suis MStis à Peregrino Prisciano Ferrariensi: ex qua intelligas, Servitii tantummodo, non verò Censuum fuisse impositam Vassallo obligationem, quamquam verum sit non defuisse Feuda, quae Censum quoque quotannis redderent.

Landulfus Episcopus Ferrariensis investituram nonnullarum rerum concedit Nordilo de Castello Veteri, cum conditionibus quibusdam, Anno 1091.

A Nno ab Incarnatione Domini Millesimo Nonagesimo Primo, die... Mensis Martii, Indictione XII. Cum esset Domna Matilda, gratiâ Dei Ducatrix & Comitissa, Marchionis Bonifatii filia, in loco Sancti Cexarii, ibique Bernardum Vicarium Romane Ecclesie, & Parmensis Episcopus cum ea, & Ugo Mantuanum Episcopum, & Ubaldum Judicem, & Gandulfum Judicem de Arcelada, & Gulielmum de Ferrara, & Petrum Taurellum, & Ubertum Pre-Fantini, atque Uquidonem Azonis, Azo de Sala, Rainerium filium Bulgarelli, Albericum de Nonanula, Ribaldum de Vignola, & plures alii. In eorum presentia investivit Dom-

E nus Landulfus Episcopus Sancti Georgii de Ferrara Nordilum de Castello Veteri, & ejus filios, qui de eo extiterint, de omnes res illas juris Sancti Georgii, sicuti Conon de Calcone dedit infra Plebibus Sancti Martini, & Plebe Sancti Donati, & Plebe Sancti Georgii ad Ecclesiam Sancti Georgii de Ferrara, ut presatum Nordilum, & ejus filii habeant & teneant ex parte memorate Ecclesie nomine Feodi sine omni contradictione suprascripti Episcopi, & ejus successoribus. Ita tamen ut serviat Domne Matilde diebus vite sue, & post ejus decessum serviant Episcopo & sui successores, sine omni contradictione Domne Matilde & ejus heredibus. Pena verò

inter



inter eos posita fuit, quod si suprascri-  
ptus Episcopus, vel suus successor tulerit  
presatum Feodum predicto Nordilo,  
vel suis filiis, sine convicta culpa Feo-  
dum perdendi obligavit se, suos succes-  
sores esse ..... nomine pene Libram  
unam auri optimi. In presentia supra-  
scriptorum testium predicta Domna Ma-  
tilda fecit finem de prenominate rebus  
in manus Domni Landulfi Episcopi quod  
amplius non agerent, neque causarent,  
neque ipsa, neque sui heredes adversus  
Ecclesiam, neque Pastorem Ecclesie, vel  
cui ipsi dederint, pro timore Dei & a-  
nime sue remedium.

Ego Dominicus Sacri Palatii Nota-  
rius scripsi, & subscribendo compleri &  
interfui.

In Dei nomine, Anno Christi M-  
CLXXVIII. temporibus Alexandri Pa-  
pae, & Federici Imperatoris, die X.  
exeunte Mensis Junii, Indictione XI.  
Ferrarie in domo Episcopi, ego Horri-  
sus Dei gratia sancte Ferrariensis Ec-  
clesie Notarius hoc Instrumentum auten-  
ticum de veteri in novo transcribo, nec  
plus minusve in hac Carta novationis  
designo; quod reperi apud Albertum  
quondam fratrem Mangini filium Gui-  
zardi de Nordilio.

Frequentiores deinde in Archivis  
offerre se incipiunt tabulae, formu-  
lis bene conceptis Feodum exprimen-  
tes, è quibus unam ex Estensis Char-  
tophylacii apographo dabo, scriptam  
Anno Christi MCXXX. in Disserta-  
tione XXXIII. de Origin. Vocum Ita-  
licarum. Dixi, nondum mihi obla-  
tum fuisse vocabulum Feudi in mi-  
nime dubiis monumentis ante Secu-  
lum XI. Qui secus putant, videant,  
num legitimis tabulis nitantur. Gol-  
dastus quidem Caroli Crassi Consti-  
tutionem edidit de Expeditione Ro-  
mana Anno DCCCXC. in qua Feodi  
mentio. Ast illam, ut alibi aiebam,

A inter figmenta amandandam, Notae  
ipso Chronologicae, ac potissimum  
Historica documenta evincunt. Fru-  
stra quoque agat, quisquis Diploma  
Bobienae ejusdem Caroli Crassi Au-  
gusti, Anno Christi DCCCLXXXIII.  
ut fertur, datum, editumque ab U-  
ghellio Tom. 4. Italiae Sacrae, &  
in Bullarii Casinens. Tom. 2. à su-  
spicione falsi vindicare conetur. U-  
tinam possem & ego idem praestare,  
gratumque animum meum erga hu-  
manissimos Bobienses Monachos, san-  
ctumque illum locum hac etiam oc-  
casionem testari. Sed nobis continuo  
reponent Eruditi emundatae varis,  
tunc inauditum fuisse investire ali-  
quem *jure honorabilis Feudi*, uti &  
titulum *Consiliarii nostrae Signaturae*,  
ut reliqua omittam, quae non Ca-  
roli Crassi, sed posterioris aevi ri-  
tum olent. Eà etiam de causâ al-  
terum Diploma, Lotharii videlicet  
Primi inter Augustos, à Margarino  
evulgatum pag. 27. nuper memorati  
Tomi 2. Bullarii Casinens. explose-  
runt Eruditi, datum, ut dicitur,  
Anno Christi DCCCXLVI. quum in  
eo Imperator Hilduinum Abbatem  
*jure honorabilis Feudi* investiat de Co-  
mitatu Bobiensi. Ad me quod atti-  
net, serius *Feudi* vocabulum, eique  
adnexas obligationes, invaluisse reor.  
Neque praedia tantum, sed & ipsi  
Comitatus, Marchiae, & Ducatus,  
sensim titulo Feudali coepta sunt tra-  
di. Regum quoque ad exemplum Du-  
ces, Marchiones, Comites, pariter-  
que Episcopi & Abbates, sibi *Vassal-  
los* comparare *Feudis*, hoc est prae-  
diis, sive Castellis conlatis non de-  
sierunt. *Homo* & *Miles* alicujus, i-  
dem significabat, atque *Vassallus*. A  
Senioribus autem, si tanta eis erat  
potestas, saepe jus sanguinis in Vas-  
sallos deferebatur. In hanc rem ani-

inadvertere juvat, quae Gualvaneus de la Flamma in Manipulo Flor. Cap. 201. Tomi XI. *Res. Italicar.* habet de reaedificatione Mediolani Anno MCLXVII. peractâ, & restauratâ nobilissimae Urbis dignitate atque potentia. Tunc, ait, *privatur suis juri- bus pars Capitaneorum & Vassallorum, jam tribus vicibus per Populum exclu- sa, quae totis viribus Civitatem istam infestaverat. Civitatis Mediolanensis facti sunt novi habitatores. Nulli parentelae licitum fuit dicere deinceps se habere sanguinis judicium super Vassal- lum, unde Vassalli se Valvassores esse confinxerunt. Sola Domus Vicecomitum hanc nobilitatem retinuit, & Vassallos habere potuit propter fidelitatem, quam habuit ad Civitatem Mediolanensem. Ad haec Vassallorum praecipuum munus fuit pro Domino Feudi insurgere ad arma, aut ipsum Feudum pro dire-*

A | *cto Domino contra quemcumque tue- ri. Multi sane fuere ex hisce Vaf- fallis insigni Monasterio Ticinensi San- cti Augustini in Coelo Aureo, quod alicubi etiam appellatum vidi Cellae Aureae, ubi Sancti Augustini Epi- scopi atque incomparabilis Ecclesiae Doctoris ossa conduntur. Vidi ego in Tabulario ejusdem Coenobii, at- que descripsi Diploma autographum Conradi I. Augusti, confirmantis Al- pifo sacri ejus loci Abbati inter ce- tera omnes illas Cortes, quas quisque usque modo Beneficiali ordine detinuit, & quae Vassallorum dicebantur. En ut Cortes non Allodii duntaxat titulo, quod supra censuit Sirmondus, sed & Beneficii olim possidebantur. Ut autem pateat, quanta tunc foret Coe- nobii illius dignitas atque potentia, Praeceptum ipsum educere praestat.*

Conradi I. Imperatoris Privilegium confirmatorium omnium jurium  
Monasterii Ticinensis Sancti Petri, quod appellatur in  
Coelo Aureo. Anno 1033.

I N nomine Sancte & individue Tri-  
nitatis. Chvonradus divina favente  
elementia Imperator Augustus. Si circa  
loca Deo dicata munificentiam nostrae  
benignitatis largimur, credimus hoc ad  
Regnorum statum nostrorum, nostrique  
anime salutem proficere. Idcirco noverit  
omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie tam  
presentium quam futurorum universitas,  
Gislam nostram cavissimam Conjugem,  
nostram adiisse Imperialem clementiam,  
quatinus pro Dei amore, nostrique ani-  
me remedio, Cenobio Sancti Petri, quod  
dicitur Coelum Aureum, subvenire &  
nostra preceptali auctoritate confirmare  
& corroborare omnes Cortes & proprie-  
tates, quas pridem per quodvis inge-  
nium dinoscitur possedisse, terras &

D | Cortes, que usque modo Vassallo-  
rum dicebantur, Munefengo & Villa  
atque Castellum, quod Sancti Petri di-  
citur, & Abbatem nomine Alpifum,  
qui modo ei preest, ex omnibus investi-  
re dignemur. Cujus petitionibus aures  
libentissime accommodantes, nostrique ani-  
me consulentes, pro Dei amore predicto  
venerabili loco atque Abbati concedi-  
mus, donamus, modisque omnibus cor-  
roboramus omnes res & proprietates,  
possessiones, omnesque illas Cortes,  
quas quisque usque modo Beneficiali  
ordine detinuit, & que Vassallorum  
dicebantur, & quascumque idem Ceno-  
bium longo tempore dinoscitur possedisse,  
à Liudprando ipsius loci fundatore con-  
cessas. Idest inter ceteras res Cortem il-  
lam,

lam, que *Alpe Plana* dicitur, cuncta-  
 sque res ad eandem Cortem pertinentes,  
 vel aspicientes in quibuscumque locis,  
 cum territoriis & finibus per Preceptum  
*Liudprandi Regis*, per singula loca  
 denunciatis, vel earundem rerum *Deci-  
 mas*, que quocumque modo inibi labora-  
 re fiunt: & *Ecclesiam*, que in honore  
*Sancti Augustini* non longe à *Januensi*  
*Civitate* constructa est ab ipso *Liud-  
 prando* predicti *Cenobii* fundatore;  
 alias quoque Cortes, que *Lardiriacus* &  
*Villarasca* dicuntur, & *mansa*, que in  
*Rovorri* jacent, & *Corte Cressiani*, *Tu-  
 vine*, *Gerentiano*, & in *Cartiano* *Ec-  
 clesiam* unam *Sanctæ Juliane* cum omni  
 honore. Possessiones etiam, quas habere  
 videtur in *Laudensi* Comitatu & *Per-  
 gamensi*, videlicet *Amsenengo* cum *Corte*,  
 que *Flumbo* dicitur, cum omnibus ad  
 eam pertinentibus, & *Casale Sancti Pe-  
 tri*, & *Casale Aribaldi*, & *Castellum*  
*Aichardi* in Comitatu *Parmensi*, &  
 quod *Casale Sindesi* dicitur, cum omni-  
 bus rebus, vel earum pertinentiis. Illas  
 etiam terras, que in *Luciano* & *Spa-  
 riano*, & in *Rosioni* possidet, cum omni-  
 bus circumquaque adjacentibus, & ad  
 eadem loca respicientibus. Confirmamus  
 insuper prelibato *Coenobio* atque *Abbati*  
*Cortem Pavonem*, nec non & illam,  
 que in *Roboreto* dicitur *Corte Regia*,  
 & *Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Tergui*,  
 eam omnibus pertinentiis & adjacentiis  
 suis, molendinis, piscationibus suis, a-  
 quis, aquarumque decursibus, cultis &  
 incultis rebus, ubicumque locorum ad  
 easdem Cortes pertinentibus: & omnia,  
 que in *Monte Farrato*, & que in *Co-  
 mitatu Vercellensi* & *Iporegiensi*, & que  
 in *Novariensi* ad eundem locum perti-  
 nent, & que in *Caselle* & in *Ponte*  
*Corioni*, & in *Solariolo* idem *Coeno-  
 bium* possidere visum est. Cortem etiam,  
 que *Diane* dicitur, in Comitatu *Albin-  
 ganensi*, & ea omnia, que infra ipsam

A *Civitatem* & extra ad ipsum *Monaste-  
 rium* pertinere videntur. Portum etiam  
*Rosariolum* longo tempore ab ipso *Mo-  
 nasterio* tentum, omnemque terram in  
*campania Papiensis Urbis* jacentem, ju-  
 steque inibi pertinentem, & *Decimas*.  
 Donamus etiam & corroboramus eidem  
 venerabili loco terras, quas in partibus  
*Tuscie* videtur habere per diversos *Co-  
 mitatus* & loca. Duas etiam *Cortice-  
 las*, *Maliacem* scilicet & *Calavadum*  
 cum *Suffello*, & *Leuco*, atque *Capel-  
 la*, que est in honore *Sanctæ Dei Ge-  
 nitricis Mariæ*, que dicitur *Primasca*,  
 que constructa est in *Valle Belizona*;  
 & illas terras, que habere visum est in  
*Beligno* & in *Liventina*, cum omnibus  
 suis pertinentiis. Cortem insuper, que  
*Vergonto* dicitur, & *Piscariam*, que  
 est in *Tauxa*.

B  
 C  
 D  
 E  
 Statuimus insuper, & modis omnibus  
 censemus, precipimus ac jubemus, & jux-  
 ta nostrorum Antecessorum Regum, vel  
 Imperatorum auctoritate firmiter edicimus,  
 ut nullus *Archiepiscopus*, nullus *Episco-  
 pus*, nullus *Marchio*, vel *Comes*, aut  
*Viccomes*, aut *Gastaldio*, sive cujuscum-  
 que *Ministerialis*, nullaque *judiciaria* po-  
 testas, vel *Reipublicæ Minister*, in pre-  
 dictis Cortibus, prediis, possessionibus,  
 seu in aliquibus locis presato venerabili  
 loco pertinentibus, placitum tenere, vel  
 districtum facere, sive fodrum, aut ali-  
 quam *functionem publicam*, vel *reddi-  
 tum*, à supradictorum locorum *habitato-  
 ribus*, vel pertinentibus exigere vel tol-  
 lere, remotâ omni occasione, presumat.  
 Inter cetera tamen hoc specialiter sta-  
 tuendum censuimus, ut Cortem predi-  
 ctam, que *Maliace* dicitur, vel quicquid  
 sepe dictum *Monasterium* in *Valle Lu-  
 vana*, & in *Valle Agno* habere vide-  
 tur, precipue tueamur, quoniam hec lo-  
 ca inter cetera, majora & fortiora in-  
 fortuna atque molestias sustinuerunt. I-  
 deoque precipimus & quibuscumque inter-  
 mina-

minationibus valemus, jubere decernimus, ut nullus unquam Potestas, Minister, vel Missus, aut Famulus, predictorum locorum habitatoribus seu pertinentibus aliquam deinceps molestiam inferre presumat, nullam distractionem eis facere, vel fodrum ab eis tollere, aut eorum suppellectilis vel peculii invadere, aut de eorum possessionibus aliquid potestative rapere aliqua temeraria praesumptione audeat. Si quis vero aliquam querelam super aliquem eorum habet, non per se vindicare, aut per aliquem legem requirere, nisi per nos aut Abbatem ipsius Monasterii, presumat, vel per nostrum aut ipsius Abbatis Missum. Hac igitur nostra preceptali auctoritate omnes predictas Cortes & loca in integrum aspicientibus, divinatorum memores preceptorum, jam dicto Coenobio, ejusdemque loci Abbati, vel cuicumque pro tempore inibi presidenti, confirmamus & corroboramus. Omnes insuper illos Carpentarios, quos ipse sanctus Locus per Precepti possidet paginam tempore antecessoris nostri Liudprandi Regis in Valle, que dicitur Antelamo, vel ecs, qui sunt in Besozolo, cum filiis filiabusque, agnationeque cuncta eorum, ut tempore opportuno inibi deserviant ipsi & posteris eorum absque ulla retractatione perpetualiter; & vada ad piscandum, que sunt in Ticino, in Rivo Poloni, Morasca, seu vadum, quod dicitur Landemarii, Costam, Tereredum, & aliud, quod dicitur Sextemaseum, cum illo medio, quod ad Sepem dicitur, & illud, quod Aunella dicitur, seu etiam illa vada, quae sunt in Pado habentia priorem terminum à loco, qui nominatur Po-

A pula Pagana, & pertingentia usque ad locum, qui dicitur Caput Asi, ex utraque parte Padi, cum insulis positis juxta predictam piscationem, vel quicquid ab antiquo tempore per antiquorum Regum seu Imperatorum donationem obtinuit, vel Pado invasit, aut in futurum irruerit, eidem sancto Loco contradimus.

B Volumus etiam & concedimus, ut molendina, quae in Caterona, seu in aliquibus fluminibus praedictum Monasterium possidet, habeat tam Abbas, quamque & Monachi potestatem levandi atque deponendi, quousque vel quoquo modo eorum decreverit voluntas, & aqueductus, qui Bauga Liudprandi dicebatur, in eorum sit potestate ad irrigandos ortos ipsius Monasterii. Sintque omnes res ipsius Monasterii, Abbas quoque & Monachi, hominesque libellarii & servi sub nostra Imperiali defensione munitae atque defensae. Et si necessitas fuerit de rebus ipsius Monasterii per inquisitionem circumquaque manentium bonorum hominum, sicut de nostris Imperialibus rebus rei veritas approbetur;

C & juxta definitionem antecessoris nostri Liudprandi Regis liceat Coenobio de propria Congregatione Abbatem eligere, ita ut super eos nulla unquam introducatur persona. Statuimus etiam, ut nullus Reipublicae Minister, necque aliquis ex Judiciaria potestate in cunctis predicti Monasterii Cortibus, vel vicis, liberos ac servos deinceps inquietare, aut ad Placitum trahere, aut in aliquibus finibus ejus Placitum tenere, aut aliquem pignorarere vel detrahere presumat. Et quicquid pars publica sperare poterit, eidem Monasterio sancto secundum concessionem & confirmationem Liudprandi Regis, aliorumque Regum vel Imperatorum, solempni & perpetua stabilitate firmamus. Et quandocumque necessitas imminet, naves ipsius Monasterii per

Ticini & Padi portum, quamque per quolibet aliud discurrant absque alicujus impedimento, vel tolonei exactione. Secundum hec etiam Regalia scripta sancimus, & modis omnibus interdicens cunctis sub nostra potestate degentibus, ut nullam potestatem deinceps exercent in praedictis locis ad nostram mercedem Monachis delegatis, vel Abbatem in aliquo conturbent, sed liceat ipsi Abbati, suisque successoribus sub regula Sancti Benedicti degere, & quotidie Deo laudes pro animae nostrae remedio, Regni-que nostri statu inibi offerre, & omnem Congregationem sibi commissam, assiduis alimentis pascere & enutrire perpetuallyter. Volumus etiam, modisque omnibus interdicens, ut nulla praepotens, parvaque persona praedictum Coenobium proprietario jure, aut beneficii ordine, aut preceptali auctoritate nitatur invadere. Precipientes itaque jubemus tam pre-

A sentibus quam & futuris, & parti praedicti Coenobii, quae supra à nobis concessa & confirmata sunt, quolibet tempore nullus presumat inferre molestiam aut contrarietatem, sed sub omni integritate, sicuti à nobis concessa sunt ad utilitatem ipsius Monasterii sine aliqua diminutione permanent. Si quis igitur aliquando diabolica fraude deceptus contra ditam auctoritatem, & hanc nostram concessionem & confirmationem aliquid agere temptaverit, & jam dictum sanctum Locum ex praedictis rebus fatigare conatus fuerit, sciat se compositurum auri puri Libras mille, medietatem Camerae nostrae & medietatem praedicti Monasterii vel ejus Abbati. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus custodiatur, manu propria roborantes, Sigilli nostri impressione inferius jussimus insigniri.

Signum Domni Chuonradi



Romanorum invictissimi Imperatoris Augusti.

Bruno Cancellarius ad vicem Pilegrimi Archiepiscopi & Archicancellarii recognovi.

Locus ✠ Sigilli.

Datum IX. Kal. Februarii, Anno Incarnationis Dominicae MXXXIII. Anno vero Domni Chuonradi Imper. IX. Regnante, Imperante autem VII. Indictione I.

Actum Basileae feliciter.

Sed & antiquiora monumenta produnt, Ticinenense Coenobium Sancti Augustini abundasse *Vassallis*. Est enim ibi alterum, sed nimis confusum, attritumque, Diploma: quod

D tamen, qualecumque sit, tenebris ereptum volo. Nimirum in eo praecipitur, ut qui aliquam partem ipsius Coenobii in Beneficium habuerit, nullam contrarietatem inferre nitatur.

Otto I. Imperator duas Curtes Monasterio Sancti Petri in Coelo aureo Ticinensis concedit circiter Annum 963.

**I**N nomine Domini Dei aeterni. Otto divina favente gratia Imperator Augustus. Si venerabilibus..... aeternae retributionis largimur, credimus ad Imperii nostri, Regnorumque nostrorum statum omnimodo proficere. Quapropter noverit..... omnium..... ac futurorum industria ac devotio, Landoardum Praefulem, nostrumque dilectissimum fidelem, nostram adisse Imperialem..... nostraeque animae remedio Coenobio Sancti Petri, quod Coelum aureum dicitur, ac ejus Abbati Johanni, cunctaeque suae Congregationi mis..... subven..... recordabilia nostrae largitionis beneficia impertiri dignavemur. Nos vero in ultima hujus auctoritate constituti plusque vicini..... bationis inspicientes, quam per nostros praedecessores, praedictique Landoardi Praesulis, nostrique dilectissimi fidelis petitionibus libentissime..... & corroboramus jam dicto sancto ac venerabili Coenobio, ejusque Vicario Johanni Abbati, suaeque Congregationi, duas Cortes, unam quae Villa Ra.... nominatur, cum omnibus earum pertinentiis, ac utriusque sexus familiis, omnibusque rebus, quae dici vel nominari possunt, ac Molendinum unum in flumine..... nec non & omnem terram, quae rejacet

**A** in..... hujus Ticinensis Civitatis..... in subsidium & sustentationem..... praeceptali auctoritate confirmamus, ut qui aliquam partem ipsius Coenobii in Beneficium habuerit, nullam contrarietatem..... terris omnibus, quae dici vel nominari possunt, pertinentibus inferre nitatur praedicto venerabili Loco aut Monachis, vel aliquod..... suaeque Congregationi de praedictis Cortibus, Molendinis, & terris agere, quemadmodum & de aliis eorum propriis rebus. Concedimus, confirmamus..... Imperiali auctoritate corroboramus etiam venerabili Loco, ut nullus Dux, Marchio, Comes ac Vicecomes, aut Episcopus Placitum in praedictis Cortibus tenere audeat, aut..... aliquas publicas **C** functiones recipere omni nostra nostrorumque successorum contradictione, vel omnium hominum molestatione remota. Si quis igitur nostrae largitionis ac confirmationis..... sciat se compositurum auri optimi Libras mille, medietatem Kameræ nostrae, ac medietatem praedicto venerabili Coenobio. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manu propria inferius roborantes, Anuli nostri impressione subter jussimus **D** insigniri.

Signum Domni Hottonis



Augustissimi Imperatoris.

Liggevius Cancellarius ad vicem Widonis Episcopi Archicancellarii recognovi & subscripsi.

Locus ✱ Sigilli cerei deperditi.

Da ..... Quod

Quod Ticini factum vides, id noris à reliquis tam Ecclesiae quàm Saeculi Primoribus factum. Neque tantùm Senioribus militare servitium debebant Vassalli isti nobiles, sed & iis aditare atque adhaerere statim temporibus honoris causâ. Nunc appellamus *fare la Corte*. Et potissimum quum Seniores Placita celebrabant, aut ad Regiam Aulam pergebant. Antiquissima tamen Ferrariensis Populi Statuta, Anno MCCLXXXVIII. scripta, decernunt, *quod Vassalli non teneantur facere Curiam Dominis suis in Paschate & Nativitate*. Conventus enim tot hominum ad Primatum Ferrariensium aedes, *Opizoni Marchioni Estensi* ibi dominantis, minime arridebat, Seculisque adeo perturbatis periculosum censebatur. In plerisque inclytae Comitissae Mathildis actibus ejusmodi nobiles Viros videas, Chartis subscribentes, quippe qui ut Vassalli Dominae suae obsequium praestabant. Atque inter eos memoran-

A tur *Conradi de Gonzaga*, qui Anno tandem MCCCXXXVIII. Mantuae dominationem arripuerunt, *de Bibianello, de Baiso, & de Palude* Regienses: & *de Nonantula, de Vincola, de Castro Vetere, de Gommola, de Saviniano &c.* Mutinenses. Quare statim atque Henricus inter Imperatores Quartus in Italiam advenit, ut hereditatem ejusdem Comitissae Mathildis apprehenderet, quam sibi debitam contende-  
B bat, segnes iidem Vassalli minime fuere in officio erga novum Seniore. Hoc discas è Charta, quam mihi suppeditavit celebre Mantuanum Padolironense Monasterium, utique rarâ: quippe Henricus idem, non uti Imperator, sed uti persona privata, atque heres ejusdem Mathildis, multa praelaudato Coenobio largitur, utens propterea formulis privatarum donationum. Testis etiam erit Charta haec, Henricum ipsum Augustum Anno MCXVI. regressum in Italiam fuisse.

Henricus Rex V. Imperator IV. Monasterio Padolironensi Sancti Benedicti, & Ecclesiae Sancti Benedicti de Gunzaga nonnullas terras donat, Anno 1116.

A Nno ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo Sextodecimo, duodecimo die ingrediente Mense Maji, Indictione IX. Sancto Monasterio juxta Lavione in honorem Sancti Benedicti consecrato, cui Ubertus Prior adesse videtur, ego quidem in Dei nomine Henricus Quartus Dei gratiâ Romanorum Imperator Augustus, dono & offero eidem Monasterio ad ejus jus & proprietatem, scilicet Silva una, quae nominatur de Solamine, & una parte juxta eam, quae dicitur Silva de Carpeneta, finisque scilicet ei à mane Sancti Benedicti, ab aliis lateribus sicut vadit

Tom. II.

D strada de Murio, sicut vadunt campi de Sergnano & argenem, sicut vadit Regisa, quae exit de Solame, & intrat in Petrosam, & intrat in Vallem Prediosam, & intrat in Vallem Rotaldi, & intrat in Vallem Sameleda, & intrat in Risinam de nido aquit . . . . & à Risina in Riolum. Ut jam dictum Monasterium ab hac die in antea faciat proprietarii jure in usum & sumptum  
E Monachorum, qui in eadem Ecclesia militaturi sint usque in perpetuum, quicquid voluerit, sine omni mea & heredum meorum contradictione. Quisquis in sanctis ac venerabilibus Locis in suis a-

S

liquid

liquid contulerit rebus, juxta Auctoris vocem in hoc Seculo centuplum accipiet, & insuper, quod melius est, vitam possidebit aeternam. Ideoque ego infrascriptus Imperator similiter dono & offero Ecclesiae Sancti Benedicti de Gonzaga, Braidia una juris mei posita in eodem loco Gunzacia, cum casa campani super eam habente; & hoc, quod tenet ex mea parte, finesque scilicet à mane Tenquemilo filius Adam Gunti, à meridie Petrus Cottus, à sero tenet Rutecherius de Gonzaga; de subto Albricus Cottus, hocque in hos fines inventum fuerit, in hanc Cartulam permaneat. Ut jam dictae Ecclesiae faciant cum superioribus, & inferioribus, cum finibus & acceptationibus suarum in integrum quicquid voluerint proprietarii jure sine omni mea & heredum meorum contradictione pro mercede & remedio animae meae & Comitissae Matildis; & insuper comprehensum est, ab omni contradicente homine defendere, & si defendere non poterimus, aut si nobis exinde aliquid per quodlibet ingenium subtrahere quaesierimus; tunc in duplum suprascriptas res, ut supra legitur, eidem Ecclesiae restituere, sicut pro tempore fuerint meliora-

A | *tae, aut valuerint sub aestimatione in consimilibus locis.*

*Actum in loco Gubernulae feliciter. Hujus Cartulae offerentis fuerunt testes Conradus Comes, & Albertus Comes de Saploneta, Ardoinus de Palude, Arnaldus Aquensis Propositus, Warnerius Judex, & Ubaldus Judex, Amedeus, Opizo de Gunzaga, Gerardus & Rolandus Massarius, atque Paganus, Ugo & Ludovicus de Gubernula, & plures alii.*

B | *Ego Warnerius Judex affui & subscripsi.*

*Ego Ubaldus Judex affui & subscripsi.*

*Ego Dominicus Sacri Palatii Notarius scripsi, & subscribendo compleri ex jussione suprascripti Imperatoris.*

C | *Atque heic subit in mentem, eisdem ipsis diebus concessum fuisse Populo Bononiensi Privilegium ab eodem Augusto. Ejus meminit Sigonius Lib. 2. Histor. Bononiens. atque illius compendium exhibet. Sigonium heic Ghirardaccius excerpit in Histor. Bononiens. ad Annum MCXVI. Diploma ipsum, ex pervetusto Regesto Reipublicae Bononiensis descriptum, exerere juvat.*

Henrici inter Augustos Quarti Diploma, per quod Populo Bononiensi omnes Consuetudines, jura, ac Privilegia confirmat, Anno 1116.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno Domini Millesimo Centesimo Sextodecimo, Idus Madii, Indictione IX. Henricus Dei gratiâ Romanorum Imperator Quartus, Caesar Augustus. Imperialis proprium est clementie, fidelium nostrorum precibus pro merito sue devotionis in beneficiis largiendis annuere. Proinde amicorum Civium Bononiensium personas, set & res eorum mobiles vel immobiles, tam acquisitas quam acquirendas, in nostra tem-

E | *porali tuitione seu defensione recepimus, ubicunque contingat eos degere vel conversari; ita ut ne quis hominum presumat eos injuste molestare, vel eorum personas seu res aliquibus injuriis afficere, omnes publicas vias tam in terris, quam in aquis, & nominatim navigium Padis, & deorsum in Venetiam, & sursum in Longobardiam, ita libere concedimus eis, & ne quis omnium prorsus audeat eos in iisdem viis & itineribus aliquatenus impedire, vel quibusdam molestiis*



lestis implicare. Nemo eos unquam constringat, nullam prestationem quisquam ab eis exigat, occasione banni vel ripatici, vel alicujus talis cause nomine, & hoc nominatim in Ferraria, ejusque territorio vetamus, exceptis nostris Legatis, qui per loca solent ea, que juris & consuetudinis sunt facere & exigere. Antiquas etiam Consuetudines intactas & illesas perpetuo precipimus observari, & pabulum Silve à Plebe Biuda usque ad Paludes, ejusque adjacentias in toto Rbeni alveo nihil fiat operis, quo pejus navigetur. Negotiatores de Tuscia subter stratam negotiandi causâ non transeant, nisi duabus per annum vicibus, idest ad Mercatum Olivarum, & Sancti Martini. Pro parata seu fodero ultra centum Libras denariorum Veronensium non exigantur. Et nullus Comes eorum Colonos seu Inquilinos pro allogariis, quod Mansionaticum dicitur, molestare audeat. Quo tempore in nostra erunt expeditione, nulla de re iudicium eis pati volumus, nisi quid ibidem commiserint. Hec omnia pro tenore supra descripto in perpetuum custodiri demandamus. Si quis verò contra presatum nostre clementie beneficium venerit, vel hoc in aliquo violaverit, centum Librarum auri purissimi poenae subjaceat, cuius dimidium nostris scriniis, dimidium

A jam dictis persolvat Concivibus. Quod ut verius credatur & appareat, Sigilli nostri imagine presens scriptum precipimus insigniri.

Actum in loco, qui Gubernolo nuncupatur, Indictione suprascripta.

Ego . . . Dei gratiâ Cancellarius subscripsi.

Ego Guarnerius Judex affui.

B Praecedens Charta Henrici IV. Augusti huic alteri fidem augere potest. Attamen heic se nonnulla offerunt, quae suspicionem ingerant commenticii Diplomatis. Neque enim mos Imperatorum fuit in suis Diplomatis praemittere Notas Chronologicas. Alia ratio est Chartae praecedentis, in qua Imperator uti persona privata donavit. Neque titulus ille *Cæsar Augustus* Cancellariam olet Augustorum illius aevi. Neque *Amicos* appellasset Henricus Cives Bononienses, qui cum ut Dominum venerabantur. A vero non abhorret, aut interpolatum fuisse Diploma, aut confictum seriùs, ut res tamen vera memoriae proderetur. Nam in eodem Regesto alterum hoc monumentum succedit, quod vera ac certa legitimitatis signa complecti mihi creditur.

### De offensionibus Communis Bononiae remissis ab Imperatore Henrico IV. Anno 1116.

I Dem ipse Imperator remisit Bononiensi si Populo omnem offensionem, quam ipse Populus aliquo modo sibi commisit: & praecipue Roccam, quae ab ipso Populo destructa fuerat, tam ipsi Populo quàm omnibus, qui auxilium praebuerant. Haec omnia impetrata sunt ab Alberto Grasso, & Ugone de Ansaldo. Et ad hujus Praecepti receptionem cum

E praedictis adfuit Azo filius Azonis, & Ubertinus filius Carbonis, & Rolandus nepos ejus, & Bonus de Teseno, & Donusdeus filius ejus, & Guido de Beatrix, & Petrus de Leone, & Petrus Clericus de Seralio. Haec omnia facta sunt in praesentia Arduini filii Guidonis, & Conradi Comitis, & Comitis Alberti filii Bossi, & Pelavicini, &

*Cavalcabovis Marchionis, & Bernardi & Alberti Geronimi filii Manfredi, & Ubaldi neposis eorum, & Guidonis filii Manfredi, & Uberti Comitis Bononiae, & Ducis filii Dindonis, & Nordilli de Castroveteri, & Gulielmi filii Henrici de Verona, & Opizi de Gonzaga, & Tassoni de Bibianello, & Ubaldi Causidici de Carpeneta, & Gandulfi Judicis de Argelata, & Gerardi de Plazja, & Bruni de Monte, & Henrici de Verona.*

Haec fingi non possunt. Qui heic recensentur, aderantque Henrico Augusto Gubernuli, plerique fuere Co-

A mitissae Mathildis Vassalli, neque eorum nomina posterior aetas exhibere potuisset. Atque haec obiter. Quum verò Feuda Comitissae Mathildis in alios postea Proceres divisa fuissent, iidem perrexerunt appellari *Fideles*, sive *Vassalli de Domo Comitissae Mathildis*, uti constabit ex altera Charta autographa praelaudati Monasterii Padolironensis, in qua nonnulli ex hisce Vassallis commemorantur, atque inter eos *Gerardus Rangonus*, cujus posteros insigni nobilitate spectabiles adhuc Mutina inter Primores suos enumerat.

Concordia inter Monachos Monasterii Mantuani Padolironensis Sancti Benedicti, & quosdam Vassallos Domus Comitissae Mathildis, confirmata à Friderico I. Augusto, Anno 1178.

**F**ridericus Romanorum Imperator semper Augustus. Nostre Imperialis celsitudinis decet majestatem, amicorum atque Fidelium nostrorum preces admittere, atque in his, que cum honore nostro possumus, clementer exaudire. Quapropter notum facimus universis nostri Imperii fidelibus tam futuris quam presentibus apud nos, causâ Dei & intercessione beati Benedicti, ad cujus honorem Monasterium nostrum Sancti Benedicti de Padolirone dedicatum est, nec non etiam precibus atque consilio dilectissimi Principis nostri P. Mantuani Episcopi, atque Gerardi de Carpeneta, & Gerardi Rangoni, Guilielmi de Baëse, Gerardi de Camino, & Gerardi de Cornazano, Guidonis Malerbe, Rodolfini de Panzano, & aliorum multorum Fidelium nostrorum de Domo Comitissae Mathildis, transactione facta inter Monachos Sancti Benedicti & Homines de Pigoagnaga à prefato Episcopo, & Conrato de Bahalzare, & Guilelmo de Baëse secundum quod continetur in publico In-

C strumento à Johanne Bono Notario facto, nostra Imperiali auctoritate confirmamus, atque omnia firma & inviolata semper ab utraque parte teneri, secundum quod in praedicto Instrumento continetur, sub pena viginti Librarum auri percipimus, medietatem Camere nostre, & medietatem parti, cui damnum evenerit. Ad majorem autem hujus rei firmitatem presentem paginam nostre majestatis Sigillo insigniri jussimus.

Datum est hoc in Castro Casalis Sancti Vasi, Anno MCLXXVIII. Indictione XI. die Lune XV. intrante Madio.

E Quod hætenus vidimus à Mathilde Comitissa peractum, id quoque in more fuit antiquissimae ac nobilissimae Atestinorum Principum Familiae. Uti non uno in loco Antiquitat. Estens. ostendi, olim Marchionibus Estensibus fuere Vassalli complures, inter quos *Oddo Blancus de Moregnano*, cujus Acta protuli Cap. 18. pag. 169. earundem Antiquitatum.

Quum

Quum verò Fulco Marchio Estensis Anno MXCVII. ad Conradum Romanorum Regem profectus esset, ut Charta à me ibidem promulgata fidem facit, sese pro suo munere eidem comites addidere nonnulli ex iis Vassallis, inter quos *Olo de Morignano*: quod nunc solum animadverti, & luculentius confirmat tum ve-

ritatem illorum Actuum, tum consuetudinem Vassallorum in obsequio sui Senioris. Addere nunc juvat Investituram Feudi ab *Opizone Marchione Estensi*, ejusdem *Fulconis Marchionis* filio factam, cujus antiquissimum autographum adservatur in Archivo Serenissimi Domini mei Ducis Mutinensis

Investitura nonnullorum bonorum data cuidam Grego ab Opizone Marchione Estensi, Anno 1189.

**A** Nno Domini Millesimo Centesimo Octuagesimo Nono, tempore Clementis Pape & Federici Imperatoris, die XIII. exeunte Mense Madii, Indicione VII. Ferrarie. Ego Dominus Opizo Estensis Marchio investio te Gregum nomine Feudi ad usum Regni de illo toto, quod habebam à fossatis tuis inferius, sicuti tenet Restaria tua, sicuti est mea terra, usque dum vadit mea terra. Ita volo, ut per me habeas; & quando fecero tibi instantiam in sensu unius mei Vassalli, debes mihi fidelitatem facere; & inde do tibi Bonusfilium Tabelionem investitorem, qui te de predicta re possessionem tradat ad habendum, tenendum, ut dictum est supra. Testes fuerunt Presbiter Nier, Jacobus Fontane, Pecovarius, Girardinus de Rivarolo, Bonusfilius Tabellio investitor. Et latitudo feudi est ad perticas duodecim, pedes viginti & octo: & tantum ab uno capite, & tantum ab alio.

Die XII. introeunte Mense Madii, sub Millesimo Centesimo Nonagesimo, Indicione VIII. in presencia Guidonis de Blanco, Girardini de Rivarolo, Arduini Gabiane, Jobanni Calauroni; Dominus Opizo Estensis Marchio investivit Gregum nomine Feudi ad usum Regni de illo toto, quod est ad Fossa-

**B** tum Tolomei inferius sicut vadit. Et ita volo, ut de cetero habeas & teneas atque possideas, sicut habes altera, sicut vadit usque ad Est, & longitudo est centum pertice.

Et ego Guido Borarius gratià Deì Ferrariensis Notarius presens rogatus manu propria scripsi.

**C** Dixi, paullatim invaluisse, ut Comitatus, sive Urbes, Castella, aliaque Praefecturae in Feudum ab Augustis concederentur. Magnates verò ac Principes suis Fidelibus fundos & praedia elargiebantur. Quae quicumque acquirebat, jurejurando interposito se se obstringebat, fidemque pollicebatur directo Domino Feudi, uti heic etiam memoratur. Quum verò ad eundem Marchionem Opizonem, sive ad ejus filium Azonem V. amplissima hereditas Guilielmi de Marchefella, opulentissimi, & inter Ferrarienses principis viri, delata fuisset, uti ostendi in Antiquitatibus Estensibus simulque testatur Ricobaldus in Chronico, Tomo IX. Rer. Italicar. Marchiones ipsi, utpote Principes liberalitatis glorià illustres, simulque ut sibi in Populo Ferrariensi multorum fidem ac praesidium compararent, immanem ejusmodi bonorum copiam titulo Feudi iisdem Ferrari-

rien-

ricnlibus sunt elargiti. Anonymus Auctor Chronici parvi Ferrariensis pag. 482. Tomi VIII. Rer. Italicarum idem testatur de iis Marchionibus scribens: *Plurimam partem possessionum, quae fuerat de patrimonio Marobesellae, cui successerant, jure Feudi in clientes suos distraxerunt.* Alia quoque ejusdem generis Feuda dare consueverunt iidem Atestini Marchiones in Comitatu Rhodigii, & Marchia Estensi, antiquissimâ videlicet eorum ditione. Hujusmodi verò Feudorum possessoribus obligatio injuncta est, offerendi quotannis directo Domino aliquid, ad recognoscendam illius superioritatem. Et quoniam uti Em-

A phyteutica bona, ita Feudalia minime licebat transferre ad manus mortuas, scilicet Ecclesias, Collegia, Universitates &c. vide quid egerit Azo VI. Estensis Marchio in donatione facta Monasterio Atestino ad Carceres. Scilicet praecipit, ut si haec terra fuerit Feudum Domini Marchionis, Prior Sanctae Mariae debeat pro jam dicta terra ponere unam unciam de incenso super Altare jam dictae Ecclesiae pro remedio animae Domini Marchionis, & ejus Majorum. Et hoc facere debeat omni anno. Charta ex Archivo ejusdem Coenobii, nunc ad nihilum redacti, ita se habet.

Donatio facta ab Azone VI. Marchione Estensi Monasterio Sanctae Mariae de Carceribus, Anno 1204.

I N nomine Dei aeterni. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Quarto, Indictione VII. die V. exeunte Julio, in praesentia Domini Jacobi Sacerdotis, Magistri Dominici, Oldericus, Punzii, & aliorum. Dominus Azo Estensis Marchio in remissione suorum peccatorum dedit, & investivit Donnium Livaldum Priorem Sanctae Mariae de Carceribus pro ipsa Ecclesia recipientem de decem Campis Paduanis de terra positus in confinio Pausi de terra nova, in loco, qui dicitur Petresina, ubi designatum est vel fuit per Ortolinum Villicum Domini Marchionis, ita tamen quod praesata Ecclesia Sanctae Mariae & ejus interesse ammodo debeant habere & tenere dictam terram, & totam suam voluntatem de ea facere. Et si haec terra fuerit Feudum Domini Marchionis, statuit atque praecipit Dominus Marchio, quod Prior Sanctae Mariae, qui modo est, vel pro tempore erit, debeat pro jam dicta terra ponere unam unciam de incenso super Altare

C jam dictae Ecclesiae pro remedio animae Domini Marchionis, & ejus Majorum. Et hoc facere debeat omni anno.

*Actum est in Dolione de Este.*

Ego Clomerus Henrici Imperatoris Notarius interfui & scripsi.

D Ingentem dixi copiam ejusmodi Vassallorum fuisse Marchionibus Estensibus. Proinde stans temporibus Principes iidem aut Ferrariae, aut Rhodigii, Curiam Vassallorum habere soliti sunt; atque ibi qui Feudis Estensis Familiae donati fuerant, Feudum rursus agnoscebant, & fidelitatis juramentum praestabant. Sunt adhuc in Estensi Archivo antiquissima Regesta Feudorum, & sacramenta emissa ab innumeris in plena Curia Vassallorum Marchionum Estensium. Ex iis Actis duo excerpere juvat exempli gratiâ, ut quae forma jurisjurandi foret, quive ritus intercederent, Lector intelligat.

Inve-

Investitura Feudi data Jacobino de Bruxatis ab Azone Estensi  
& Anconitano Marchione, Anno 1252.

**I**N Christi nomine. Anno Millesimo  
Ducentesimo Quinquagesimo Secundo,  
Inditione X. tempore Innocentii Papae,  
die VII. intrante Aprili, in Episcopa-  
tu Ferrariae, praesentibus Domino Ste-  
phano Duce Dei gratiâ Sclavaniae,  
Domino Marco Ziano Comite Ar-  
bense, Domino Isnardo Domini O-  
pizonis Malaspinae filio, Domino Mel-  
liorino Jurisperito de Padua, Domino  
Bonmatthaeo Legum Doctore & aliis.  
Ibique Dominus Azo Dei gratiâ E-  
stensis & Anconitanus Marchio inve-  
stivit Jacobinum de Bruxatis, Diony-  
sium Notarium ejus Nepotem pro se,  
& Domino Guidone de Bruxatis. Et  
hoc in plena Curia Vassallorum de  
suo recto Feudo, & eorum ratione. Qui  
Jacobinus & Dionysius juraverunt fi-  
delitatem eidem Domino Marchioni con-  
tra omnem hominem. Tenor cujus sacra-  
mentis talis est. „ Ego juro ad san-  
„ eta Dei Evangelia, & promitto,  
„ quod ab hac hora in antea fidelis  
„ ero Domino Marchioni. Nec ero  
„ in consilio nec tractatu vel facto,  
„ ut vitam perdat aut membrum,  
„ vel mala captione capiatur, vel  
„ injuriam aliquam patiat, vel de-  
„ trimentum sive damnum aliquod  
„ in persona vel rebus sublineat,  
„ vel diminutionem status seu hono-  
„ ris incurrat. Imo bona fide ope-  
„ ram dabo, ut ipsius status & ho-  
„ nor augeatur; & ipsum ad manu-  
„ tenendum & conservandum statum  
„ suum & honorem, pro viribus ad-  
„ juvabo. Secretum, quod mihi com-  
„ miserit per se, vel per literas  
„ suas, aut Nuntium, nulli pandam.  
„ Quod erit ei facile vel possibile

A „ ad suum honorem & statum perfici-  
„ cere, sive ad effectum perducere,  
„ non faciam ei difficile & impossi-  
„ bile. Imo ut id perficiat, sive  
„ ad effectum perducatur, bonâ fide  
„ operam dabo. Et Feudum, quod  
„ à dicto Domino Marchione teneo,  
„ in totum vel in partem, vel ip-  
„ sius Feudi conditionem, ab eo  
B „ vel ipsius Nuntio requisitus non  
„ celabo: imo expresse id quod in  
„ Feudum teneo, & ipsius Feudi cor-  
„ ditionem manifestabo. Et si con-  
„ tingerit (quod Deus avertat) quod  
„ rumor aliquis sonuerit in Civita-  
„ te Ferrariae vel districtu, occasio-  
„ ne alicujus rixae seu discordiae  
C „ motae vel movende, vel quod ali-  
„ qua rixa fuerit in Civitate Ferrariae  
„ vel districtu, ad dictum Dominum  
„ Marchionem, vel ejus Nuntium tra-  
„ ham cum armis & sine armis, nul-  
„ la expectata requisitione. Et ad  
„ voluntatem Domini Marchionis vel  
„ sui Nuntii ibo & stabo cum ar-  
„ mis & sine armis. Nec ad aliquam  
D „ partem cum armis vel sine armis  
„ traham, sine licentia Domini Mar-  
„ chionis vel sui Nuntii. Et si quem  
„ scivero contra praedicta vel ali-  
„ quod praedictorum facere, eidem  
„ Domino Marchioni vel suo Nun-  
„ tio, quamcitus potero, manifesta-  
„ bo. Et si contra praedicta vel a-  
„ liquod praedictorum fecero, ex  
E „ nunc spontanea & libera volunta-  
„ te me amissioni Feudi subjicio,  
„ & juri, quod in dicto Feudo ha-  
„ beo, ex nunc renuncio: ita quod  
„ Dominus Marchio auctoritate pro-  
„ pria mihi illud auferre possit, &  
„ ipsius

„ ipsius ingredi possessionem, non  
 „ expectatâ Parium Curiae senten-  
 „ tiâ. Et liberam licentiam & pote-  
 „ statem do ex nunc iis, qui ele-  
 „ cti erunt ad cognoscendum inter  
 „ Dominum Marchionem & Vassal-  
 „ los, confirmandi quod per Domi-  
 „ num Marchionem factum fuerit in

A „ auferendo Feuda, & ingrediendo  
 „ possessionem eorum juxta formam  
 „ praedictam. Et ita Dominus & Vassal-  
 „ lalli ad invicem osculati fuerunt.

Et ego Flornovellus Dei gratiâ Im-  
 perialis Aulae Notarius, ad haec omnia  
 praesens, ut audiivi & intellexi, ita  
 rogatus scribere subscripsi.

Investitura Feudi data Daynesio filio quondam Zeni ab Azone  
 Marchione Estensi & Anconitano, Anno 1252.

**I**N Christi nomine. Anno Domini Mil-  
 lesimo Ducentesimo Quinquagesimo Se-  
 cundo, Indictione X. tempore Innocentii  
 Papae, die VII. intrante Aprili, in E-  
 piscopatu Ferrariae: praesentibus Domi-  
 no Stephano Dei gratiâ Duce Slavaniae,  
 Domino Marco Ziano Comite  
 Arbense, Domino Isnardo Domini  
 Opizonis Marchione Malaspinæ filio,  
 Domino Meliorino Jurisperito de  
 Padua, Domino Bonmatthaeo Legum Do-  
 ctore, & aliis. Dominus Azo, Dei  
 gratiâ Estensis & Anconitanus Mar-  
 chio in plena Curia Vassallorum, in-  
 vestivit Daynesium filium quondam Ze-  
 ni, ad usum Regni de suo recto Feudo,  
 & ejus ratione. Qui juravit fidelitatem  
 eidem Domino Marchioni contra omnem  
 personam. Tenor cujus sacramenti talis  
 est: Ego juro ad sancta Dei Evange-  
 lia & promitto &c. (uti in superius  
 descripta jurisjurandi formulâ.) Et ita  
 Dominus & Vassallus ad invicem oscu-  
 lati fuerunt, & suo sacramento firmave-  
 runt, nihil aliud tenere nec possidere de  
 juribus Domini Marchionis, nec alias  
 rationes habere.

Ego Flornovellus Dei gratiâ Impe-  
 rialis Aulae Notarius, ad haec omnia  
 praesens, ut audiivi & intellexi, ita ro-  
 gatus scribere subscripsi.

Tanta bonorum Allodialium copia  
 Estensibus fuit, ut vidimus, antea

B etiam quàm Ferrariae dominationem  
 inirent, atque in eorum possessione  
 per suos Vassallos esse perrexerunt,  
 donec Anno MDXCVIII. Pontificiis  
 armis, nequitiam verò juribus, ce-  
 dentes, possessionem Ferrariae Roma-  
 nae Ecclesiae dimiserunt, servatis sibi  
 quibuscumque Allodiis. Per an-  
 nos subinde plurimos in Romana Cu-  
 ria agitata est lis, contententibus  
 Estensibus, Feuda illa sibi deberi;  
 Romanis verò, Feuda illa à Princi-  
 patu Ferrariensi pendere. Compulso-  
 riis, Allegationibus, examinibus, a-  
 ctisque aliis innumeris fatigatum diu  
 est Camerae Apostolicae tribunal,  
 & jura Estensium luculenter expres-  
 sa. Quis exitus litis fuerit, non est  
 hujus loci enarrare. Et satius qui-  
 dem erit animadvertere, quibus o-  
 lim conditionibus, & quo sacramen-  
 ti genere Guido & fratres de Canos-  
 sa in Feudum receperint à Friderico  
 I. Imperatore Castrum Canusii, sive  
 Canossae, inclytam videlicet illam at-  
 que olim inexpugnabilem Regiensis  
 Comitatus Arcem, cui tantam fa-  
 mam peperere acta Comitissae Ma-  
 thildis, ejusque Majorum. Adserva-  
 tur authentica pergamena Privilegii  
 hujus apud nobilem virum Marchio-  
 nem de Canossa Patricium Regien-  
 sem, cujus celebrem Familiam Can-  
 ossae



futurum puto, si rursus illud ipsum Decretum omnium oculis subjiciam, quale ego descripsi ex pervetusta mem-

brana existente in Archivo Capituli Canonorum Cremonensium.

Leges Conradi I. Imperatoris de Feudis majoribus & minoribus  
Italici Regni, de causis excidendi ex illis, de forma  
judiciorum, quum lis oritur de illis, & de modo  
successionis in ipsis, Anno 1037.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Chvonradus gloriosissimus Imperator Augustus. Omnibus Sancte Dei Ecclesie fidelibus, nostrisque, presentibus scilicet & futuris notum esse volumus, quod nos ad reconciliandos animos Seniorum & Militum, ut ad invicem inveniantur concordēs, & ut fideliter & perseveranter nobis & suis Senioribus serviant devote: precipimus & firmiter statuimus, ut nullus Miles Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, aut Marchionum vel Comitum, vel omnium, qui Beneficium de nostris publicis bonis, aut de Ecclesiarum prediis tenet nunc, aut tenuerit, vel hactenus injuste perdidit, tam de nostris majoribus Walvasoribus quam & eorum Militibus, sine certa & convicta culpa suum Beneficium perdat, nisi secundum constitutionem Antecessorum nostrorum & Judicum Parium suorum. Si contentio fuerit inter Seniores & Milites, quamvis Patres adjudicaverint illum suo Beneficio carere debere, si ille dixerit, id injuste vel odio factum esse, ipse suum Beneficium teneat, donec Senior & ille, quem culpatur, cum Paribus suis ante presentiam nostram veniant, & ibi causa justè finiatur. Si autem Patres culpatis in judicio Senioribus defecerint, ille, qui culpatur, suum Beneficium teneat, donec ipse cum suo Seniore & Paribus ante nostram presentiam veniant. Senior autem, aut Miles, qui culpatur, qui ad nos venire decreverit, sex hebdomadas, ante-

**B** quam iter incipiat, ei cum quo litaverit, innotescat. Hoc autem de majoribus Walvasoribus observetur. De minoribus verd, in Regno, aut ante Seniores, aut ante nostrum Missum, eorum causa finiatur. Precipimus etiam, ut cum aliquis Miles sive de majoribus sive de minoribus de hoc Seculo migraverit, filius ejus Beneficium habeat. Si verd filium non habuerit, & Abiaticum ex masculino filio reliquerit, pari modo Beneficium habeat, servato usu majorum Walvasorum in dandis equis & armis suis Senioribus. Si fortè Abiaticum ex filio non reliquerit, & fratrem legitimum ex parte Patris habuerit, si Seniore offensus habuit, & sibi vult satisfacere, & Miles ejus effici, Beneficium, quod Patris sui fuit, habeat. Insuper etiam omnibus modis prohibemus, ut nullus Senior de Beneficio suorum Militum Cambium aut Precariam aut Libellum sine eorum consensu facere presumat. Illa verd bona, que tenet proprietario jure, aut per precepta, aut per rectum Libellum, sive per Precarians, nemo injuste eos disvestire audeat. Fodrum de Castellis, quod nostri Antecessores habuerunt, habere volumus; illud verd, quod non habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis hanc jussionem infringit, auri Libras centum componat, medietatem Camere nostre, & medietatem illi, cui dampnum illatum est.

Signum Domni Chvonradi serenissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

Kade-



Kaaolobus Cancellarius vice Herimani Archicancellarii recognovi.

Datum V. Kalendas Junii, Indictione V. Anno Dominice Incarnationis MXXXVIII. Anno autem Domni Chuonraai Regis XIII. Imperantis XI.

Actum in obsidione Mediolani feliciter. Amen.

Locum promulgati Edicti sane perquam illustrem praeferunt Chronologicae notae, nempe in obsidione Mediolani, quam Wippo in Vita ipsius Conradi, Landolphus, & Arnulphus Mediolanenses Historici Tomo IV. Rer. Italic. describunt. Verum in Chartam hanc fluxisse videtur ex

A antiqui Amanuensis incuria error. Non enim ibi scribendum opinor MXXXVIII. sed quidem MXXXVII. quo Anno revera decurrebat Indictio V. & Mediolanensis Civitas frustra obsidione ab ejus copiis tentata est: nisi alius à vulgari usu Annus ab Incarnatione adhibitus ibi fuerit. Quod ut evidentius constet, & quis ordo Annorum Regni ac Imperii foret, alterum Diploma subdo, eodem Anno MXXXVII. datum, quod ex Collectaneis MStis Peregrini Prisciani Ferrariensis in Estensi Bibliotheca adservatis delibavi.

### Confirmatio omnium jurium ac Privilegiorum facta à Conrado Imperatore Ecclesiae Mantuae, Anno 1037.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Conradus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator Augustus. Si in sacratis omnipotenti Deo locis à quibuslibet desolatis augmentum recuperationis pio favore largimur, id nobis & ad Imperii nostri stabilimentum, atque ad aeternae remunerationis emolumentum credimus absque dubio profuturum. Quapropter agnoscat omnis Christianitas, quod Bruno venerabilis Praeful, atque Cadelous dilectus noster Episcopus, & fidelis Cancellarius, nostrae magnitudini significarunt, quod pro peccatis Mantuae Sedis Ecclesiae cum Praeceptis & Cartarum firmitatibus, quarum scriptionibus res & familias sibi collatas haecenus meruit obtinere, combusta videatur, flagitans, ut ad restorationem hoc nostrae miserationis Praeceptum Hitulfo Episcopo ejusdem Mantuae Ecclesiae concedere dignaremur. Cujus precibus libenter adquietescentes, & quoniam dignum est, ne res Ecclesiarum Dei à quibuslibet depraedentur, aut ab

C earum ditioe contra legem auferantur decrevimus ita fieri. Concedentes igitur confirmamus Mantuano Episcopatu omnes res, quas sine lege potestative vel cum virtute perditas habere videtur, seu quas usque modo de donis Regum seu Imperatorum praedecessorum nostrorum habuit: videlicet Monasterium, quod factum est in honore Sanctorum Memoris Probi, & Ruffini, ubi Reginzo venerabilis Abbas praeesse dignoscitur, cum omnibus adjacentiis, cum aqua, quae dicitur Mulellos, cum suis decursibus de loco illo, onde aqua originem sumit, ipsum sentem usque in Mincii amnem ex utraque lectuli parte duodecim pedes, sicut Monasterium semper tenuit, cum omnibus pertinentiis ejusdem Monasterii: cum Curtibus etiam in Veronensi, Vicentino, Mantuano, Brixiano, Placentino, Mutinensi, atque Cremonensi Comitatibus sitis, quae ita nominantur, Bagnuolo, Colonia, & in circuitu fluminis, quod nominatur Caput Alponis, Puliana, Alonte, Lonigo, atque Sablone, seu in Gardinensi Judicia,

ciaria, cum servis & ancillis, atque cum omnibus ibidem pertinentibus; & omnes alias res ejusdem Monasterio-  
 li, quae sunt in praedictis Comitibus, vel infra nostrum Italicum Regnum, seu ceterorum hominum concessionibus &c. (ut in altero Diplomate Henrici III. Anno MXLV.) Concedimus autem eidem Hitulfo Episcopo Advocatos quoscumque elegerit tam de suis quam de alienis liberis hominibus, qui ejusdem rerum utilitates Episcopi exerceant; ita ut ab omni Reipublicae functione sint absoluti: nil ab eis quisquam publicus Minister exigere praesumat, ut securius ac diligentius causas ipsius Ecclesiae perficere possint, sive per pugnam, sive per legale iudicium. Stabilimus etiam, ut de omnibus rebus & praediis ipsius Ecclesiae, sicut de nostris dominicatis, per vicinos inquisitio fiat &c. ut in supra-  
 dicto Diplomate.

Signum Domni Cuonradi invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

A Chadelous Cancellarius vice Herimani Archicancellarii recognovi.

Dat. pridie Kalendas Aprilis, Anno Dominicae Incarnationis MXXXVII. Indictione V. Anno autem Domni Cuonradi Secundi Regni XIII. Imperii X.

Actum in Canedulo juxta flumen Padici feliciter. Amen.

B Hunc Hitulphum Episcopum Mantuanum Ughellius Tom. I. Ital. Sacrae in Isolphum corrupto nomine convertit. Quibus ergo legibus Vassalli in posterum & Seniores obnoxii futuri essent, ex Edicto Coaradi Augusti intelleximus. Accipe nunc quid in controversia de Feudo inter Nonantulanum Abbatem, & quosdam nobiles Cives Regienses, decretum fuerit coram Richenza Imperatrice Lotharii II. Augusti uxore in Placito Regiensi. Descripti ego ex antiqua membrana in Tabulario Capituli Regiensium Canonicorum adser-  
 vata.

Placitum in Civitate Regii coram Regenza, sive Richenza Imperatrice habitum, in quo Hildebrandus Abbas Nonantulanus terram Cellae evincit contra quosdam contradicentes, Anno 1136.

Cum resideret Domna Regenza Imperatrix, uxor serenissimi Imperatoris Lotharii in Civitate Regio ad justitiam faciendam, & cum ea Dominus Anselmus Avelbergenis Episcopus, & Adelmus Regensis Episcopus, & Dominus Bruno Episcopus, Federicus quoque & Garnerius Marchiones, Odolricus Crassus, Comes Otto, Comes Robertus de Gravin, Theodoricus de Dura, Theodoricus de Stori-  
 ze, Artemsius Comes, Tigrinus de Immola, Bernardus & Guido filii Manfredi, Gerardus de Plaza, Rainerius & Guizardus de Balugula, Cazaguer-  
 ra, Oliverius de Taculis, Rainerius de

D Gumula, Gandulfus & Ubaldus de Castellarano, & alii quamplures: Conquestus est Ildebrandus Abbas Monasterii Sancti Silvestri de Nonantula, una cum Adegerio Advocato Ecclesiae de terra, que dicitur Cella, quam olim Ubaldus filius Ardicionis Comitis in Feudo habuit, & post eum Conradus Marchio; quo mortuo sine heredibus terram devenisse in Ecclesiam praedictus Abbas firmiter asserbat. Sed fuerunt quidam, qui jam dictam terram Celle tenere visi sunt, dicentes, sese eam pro sua pecunia loco pignoris à Conrado accepisse; quidam vero pro Feudo eam se habere dicebant; & haec nomina eorum:  
 Ardu-

Arduinus & Guidotto de Palude, Bernardus & frater ejus filii Malcadobati, Menaboves & frater ejus, Gerardus & Ingezo filii Rainerii de Corviago, Guibertus filius Domni Gerardi filii Rogerii de Regio, & quidam alii. De istis autem supranominatus conquestus est Abbas Nonantulanus, & cum eo Adegierius ejus Advocatus, suppliciter exorans Dominam Imperatricem, ut justitiam consequeretur. Tunc Domna Imperatrix à supradictis & Teutonicis & Latinis, quibus intererat etiam Paganellus de Colena, Cordalius, petiit, quod illi faciendum esset super hanc querimoniam. At illi omnes communiter consilio habito, unanimiter dixerunt: secundum usum Regni Abbas Nonantulanus in jam dictam terram Ecclesie per Missum Domne Imperatricis, collaudatione totius Curie, ex integro debet restitui. Quod valde placuit Imperatrici; & dedit Abbati Conradum Teutonicum, qui eum in Celle possessionem restituit. Laudaverunt insuper supradicti Teutonici & Latini, ut quicumque supradictorum hominum, qui jam dictam terram tenere videbantur, super quibus sententia data est, jam non amplius habendi quod pecuniam dedit, & terram pro pignore accepit, pecuniam & terram perderet: qui vero pro Feudo aliquid inde quereret, ad Curiam Abbatis veniret, & ipse congregatis Ecclesie fidelibus, eorum & Advocati consilio, justitiam petentibus faceret. His omnibus sollempniter ordinatis & judicatis, Domna Imperatrix

A suum bannum patenter coram omnibus edidit, ut quicumque contra hanc Laudem & Judicium tantorum Virorum, & ejus confirmationem agere presumpserit, & Abbatem vel Ecclesiam molestare vel inquietare temptaverit, ejus malam voluntatem incurrat, & penam quinquaginta Librarum auri sustineat, medietatem Curie Regie, & medietatem Nonantule Ecclesie. Et hec Cartula perpetuis temporibus in sua permaneat firmitate.

Absum in Civitate Regio feliciter, Anno ab Incarnatione Domini MCXXXVI. Septima die intrante Mense Novembri, Indicione XIV.

C Ego Martinus Sacri Palatii Notarius rogatus hanc Cartam scripsi, complevi & tradidi.

D Porro Investiturae ac traditiones Feudorum non tantum viva voce & elogio Tabellionis, sed etiam symbolo aliquo peragi consueverunt, hoc est aliquid tradendo manibus Vassalli in signum datae possessionis Feudi. Multa de hisce Symbolis habet eruditissimus Du-Cangius in Glossar. Latin. ad vocem Investitura: quae Lector consulere poterit, si libuerit. Ego ad ritum hunc satis exploratum duo tantum exempla conferam Investiturae datae per cuppam argenteam, & altera duo Investiturae factae per ferulam, sive per baculum. Ex vetustissimo Regesto MSto Cencii Camerarii ego priores duas Chartas descripsi.

### Instrumentum de homagio facto à Comite Ildebrandino Domino Papae Innocentio III. Anno 1207.

I N nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem Millefimo Ducentesimo Septimo, Pontificatus vero Domini In-

nocentii III. Papae Anno X. Indictione X. Mense Julii die ultimo. Acta publica si literarum memoriae tradita fuerint,

vint, nube oblivionis remotâ, prosperâ inspectione clarescent. Quapropter ego Johannes de Sancto Laurentio Sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, mandato & praecepto Domini Innocentii III. Papae, ligium homagium nunc factum eidem Domino Papae in Palatio Montis Flaſconis à Comite Ildebrandino, sicut vidi, audivi, & interfui, & fidelitatem olim exhibitam eidem Domino Papae à praedicto Comite, sicut inferius continetur, publicis literis scribere curavi. Comes Ildebrandinus confessus fuit in Palatio Montis Flaſconis coram praescripto Domino Papa, praesentibus Episcopis, Cardinalibus, Praefecto Urbis, & multis Clericis & Laicis, se jurasse fidelitatem eidem Domino Papae, successoribus suis, & Ecclesiae Romanae coram dicto Praefecto Petro Sarraceno, dicti Domini Papae Senescalco, & Donnico ejusdem Domini Subdiacono, & eo tempore Castellano Montis Flaſconis. Et ipse Comes Mense & die supradicto fecit ligium homagium dicto Domino Papae Innocentio coram Episcopis, Cardinalibus, Praefecto Urbis, & multis aliis tam Clericis, quàm Laicis in eo-

A dem Palatio pro \* Castro Montis Alti, Comitatu de Rosellis, & aliis Terris, quas tenet ab eo, sicut apparet per Privilegia Romanae Ecclesiae. Et idem Dominus Papa investivit dictum Comitem de dictis Castris, Comitatu, & Terris, coram omnibus per cuppam argenteam. Et inter omnes hi interfuerunt Dominus Theobaldus de Praefecto, Dominus Petrus de Columna, Dominus Stephanus de Romano Carzoli, Dominus Oddo Infans de Columna, Dominus Thomas de Supino, Dominus Guido de Colle de Mendi, Transmundus Rubeus Domini Papae Ostiarius, Borgognonus de Viterbo, Capitone filius Johannis de Tineos, Oddo de Graeco de Urbeveto, Guido de Prudezo, Berardus de Walmarzo, Bulgarellus de Conversano, Johannes de Conversano, Petrus de Olivero, Winezellus de Monteflaſcone, Bonaccursus, Bonafidanza, Bartholomaeus de Donadeis.

Ego Johannes de Sancto Laurentio Sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, sicut vidi, audivi, & interfui, scripsi, complevi, & absolvi.

### Juramentum fidelitatis Domini Bonifacii Comitis Palatini, & nobilium virorum Raynaldi & Gentilis filii ejus de Ancaya, Anno 1225.

**I**N nomine Domini, amen. Anno eius Millesimo Ducentesimo Vigesimo Quinto, Indictione XIII. septimâ die intrante Mense Augusto, temporibus Domini Honorii Papae III. & Domini Friderici II. Romanorum Imperatoris. Clareat omnibus & singulis manifeste praesentem paginam inspecturis, quod Dominus Bonifacius, Dei gratiâ Comes Palatinus, filius olim Comitis Ildebrandini, in manibus Domini Hiacynthi Domni Papae Capellani, ad hoc specialiter missi, tactis sacrosanctis E-

vangelis, juravit ab illa hora in antea fidelem esse Beato Petro, & Domino Honorio Summo Pontifici, ejusque successoribus canonice intrantibus, & Ecclesiae Romanae. Et quod non erit in facto neque in consilio, aut in consensu, ut vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium, quod per se vel per suum Nuntium, aut per suas literas sibi manifestaverint, ad eorum damnum se sciente nulli p. n. det. Si eorum certum damnum sciverit, si posset, remanere faciet, sin am-

tem, per se, aut per suum Nuntium, vel per talem personam, quam pro certo credat eis dicturam, significabit. Patrum Romanum & Regalia beati Petri, quae Romana Ecclesia habet, & specialiter Civitatem & Comitatum Sanganum cum Castellis & Villis, & omnibus suis pertinentiis, Civitatem & Comitatum Rosellensem, & Crosetanum cum Villis & Castellis & pertinentiis suis, districto, placito, & cum omnidatione & reditu suo, & cum omnibus aliis terris, quas frater & pater suus Comes Ildebrandinus à Romana Curia tenuerunt, adiutor erit ad defendendum & retinendum: quae verò non habet, ad recuperandum, & recuperata ad retinendum & defendendum contra omnes homines. Praeterea Feudum praedictum non dividet, nec pro suo posse dividi permittet, salvo in omnibus iustitiis & iuribus Episcopatum & aliarum Ecclesiarum infra fines dictarum Terrarum consistentium. Et haec omnia bona fide, & sine fraude, & malo ingenio juravit in manibus dicti Domini Hiacynti, nomine Romanae Ecclesiae recipientis, attendere & observare. His peractis Dominus Hiacyntus auctoritate & nomine Domini Papae & Romanae Ecclesiae, quae fungitur in hac parte, dictum Bonifacium Comitem Palatinum de praedicto Feudo & terris & rebus jam dictis per coppam argenteam in-

vestivit, praecipiens eidem, ut se coram Domino Papa & suis Fratribus ad praestandum homagium repraesentet, excepto tamen Castro Montis Alti, de quo eum non investivit.

Acta sunt haec in Civitate Suanensi, in Platea Episcopii, coram Domino Ugolino de Graeca Urberetano Cive, & Domino Donadeo Macarii Narniensi Cive, Judicibus ordinariis, & eorum auxilio, auctoritate, atque consensu. Praesentibus his, Ansaldo Praeposito, Presbytero Petro, Presbytero Benencasa, Domino Savino, Canonicis Suanensibus, Plebano de Malglano Comitissae Capellano, Domino Ranaldo Moscetta Urberetano Cive, Guidone de Porro de Aquapendente, Ranaldo Johannis Romanæ de Reato, Domino Cazaconte de Colle, Domino Umberto, Domino Comite de Montorio, Rainerio, Domino Bernardino de Panoclis, Domino Sognarzo de Rocchetta, & Domino Uguicione de Vicecomitissa de Grossero, testibus ad hoc rogatis & vocatis, & aliis multis ibidem existentibus.

Et ego Ugolinus Guillelmi Larii, sacri Lateranensis Palatii Notarius constitutus interfui rogatus & subscripsi, & superius aliquantulum ad junxi & emendavi.

Alterius ritus exemplum excerpti è pergamena existente in Archivo Estensi.

### Investitura multorum bonorum data à Pelegriño Patriarcha Aquilejense Guecelloni, Gabrieli, & Biaquino fratribus de Camino, Anno 1195.

**I**N nomine Christi. Anno Domini Millesimo Centesimo Nonagesimo Quinto, Indictione XIII. die VIII. invante Februario, presentia Domini Comitis Manardi de Goricia, Domini Federisi de Cauriago, Domini Wernevi de Pulcinico, Domini Conradi de Sacilo,

Domini Ardemani ejusdem loci, Domini Gabrielis de Prata, Domini Alberti Buche de Coneclano, & aliorum. Cum Domini Wezello, & Gabrielus, & Biaquinus fratres de Camino, nepotes Domini Wezelonis quondam de Camino venissent coram Do-

mino Pelegrino Dei gratiâ Aquilegiensis Ecclesie Patriarcha, & peterent ab ipso Domino Patriarcha Investituram Feudi de tali Feudo, quale dictus Dominus Wezelo Avus ipsorum quondam habuit à predicta Ecclesia Aquilegiense, & à suis Predecessoribus: Unde dictus Dominus Patriarcha cum baculo, quem tenebat in manu, investivit predictos Fratres Dominos Wecelonem & Gabrielem & Biacquinum de Camino, ad rectum & liate Feudum, de Castris & Curis Camini, & Mote, & Cessalti, & de universo illo Feudo, quod praedictus Dominus Wezelus quondam Avus predictorum Fratrum habuit ab ipso Domino Patriarcha & à suis Predecessoribus, & à predicta Ecclesia Aquilegiense in Episcopatu Cenete, & Episcopatu Belluni & Feltri, in Cadubrio, & in toto Patriarchatu Aquilegiensi ubique, secundum quod predictus Dominus Wezelus quon-

A dam de Camino Avus ipsorum habuit ad Feudum à dicta Ecclesia Aquilegiense & à suis Predecessoribus. Et Fratres juraverunt ipsi Domino Patriarche Fidelitatem pro predicto Feudo, & pro suis Vassallis contra omnes homines, salva Fidelitate suorum anteriorum Dominorum, si habent. Et isdem dictus Dominus Patriarcha ipsos Fratres Vassallos suos osculatus fuit.

B Actum Sacili in Ecclesia Sancti Nicolai.

Ego Johannes . . . . Imperatoris Notarius interfui & scripsi.

C Accedant & alia duo exempla, è quibus primum legitur in antiquo Chartario (Pelavissinum appellant) quod mihi suppeditavit Capitulum Canonicorum Sarzanensis sive Lunensis Ecclesiae. Alia est à celebri Mathildâ Bonifacii Marchionis filiâ altera Mathildis heic memorata.

Investitura quorundam Castrorum facta Nicolao de Flisco Comiti Lavaniae à Gotifredo Episcopo Lunensi, sive Sarzanensi, confirmata ab Innocentio IV. summo Pontifice patruo ejusdem Comitis, Anno 1254.

„ INNocentius Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio nobili viro Nicolao de Flisco Comiti Lavaniae, nepoti nostro, salutem & Apostolicam benedictionem. Peticio tua nobis exhibita continebat, quod Presbyter Jacobus Canonicus Plebis Sancti Stephani Lunensis Dioecesis, Nuntius & Procurator venerabilis fratris nostri Gotifredi Lunensis Episcopi, & Episcopatus Lunensis, tibi tuisque heredibus, nomine recti & honorifici Feudi, tamquam paterni, aviti, & antiqui, Tivegne, Castellioni, & Bracelli Castra, & Burgum Padulua-

D „ lini, ad ipsum Episcopatum Lunensem spectantia, cum omnibus „ juribus, honoribus & pertinenctis „ suis, dedit & propriâ auctoritate „ concessit. Dicitus quoque Procura- „ tor procuratorio nomine dicti E- „ piscopi & Episcopatus Lunensis, „ totum, quod nobis mulier Matil- „ da in Feudum ab Ecclesia Lunen- „ si tenere contulit vel debuit, vel „ „ quilibet alius pro ea vel ab ea „ tenebat, vel tenere debebat in Car- „ „ pena, Vesigna, Folo, & Valle- „ „ rano, sive in Vezano, vel ubi- „ „ cumque de ipso Feudo in Lunen- „ „ si, vel Januensi Dioecesi poterit „ „ repe-

„ reperiri, tibi similiter dedit ac  
 „ concessit. Et de his omnibus te  
 „ per *quendam baculum* investivit: i-  
 „ ta tamen quod tu & heredes tui,  
 „ deinde Episcopus & successores ejus  
 „ cum suis successoribus, qui non sint  
 „ inimici tui, vel heredum tuorum,  
 „ teneantur recipere in locis ad fa-  
 „ ciendam guerram inimicis Lunen-  
 „ sis Ecclesiae, ac ipsius Ecclesiae  
 „ bona defendere ac tueri. Pro cu-  
 „ jus Feudi concessione ac Investitu-  
 „ ra idem Procurator pro parte ip-  
 „ sius Episcopi confessus fuit, se à  
 „ te quadraginta Libras bonorum De-  
 „ nariorum argent. recepisse, renun-  
 „ tiando exceptioni non numerate  
 „ pecunie habite ac recepte, & omni  
 „ juris auxilio: & constituens se no-  
 „ mine ipsius Episcopi dictam pecu-  
 „ niam in utilitatem Lunensis Epi-  
 „ scopatus fideliter conver..... vos  
 „ dicto Procuratori recipienti nomi-  
 „ ne dicti Episcopi pro hiis omni-  
 „ bus tibi datis atque concessis fide-  
 „ litatem jurasti, sicut erat in ca-  
 „ pitulo in forma fidelitatis expres-  
 „ sum. Et si te vel tuos heredes  
 „ promissa vel aliquid promissorum  
 „ non observare contingeret, pro-  
 „ pter hoc à jure Feudi *non* cada-  
 „ tis, sed nihilominus teneantur ad  
 „ observationem omnium predicto-  
 „ rum, pro ut in Instrumento pre-  
 „ dicto jam confecto plenius conti-  
 „ netur. Nos itaque tuis precibus  
 „ inclinati, donationem, concessio-  
 „ nem, & Investituram bonorum,  
 „ quas nobis constitit provide fa-  
 „ ctas, ratas habentes & gratas, &  
 „ volentes, ne in posterum allega-  
 „ tione lesionis ipsius Ecclesie, vel  
 „ quavis alià possint ab aliquo im-  
 „ pugnari, ipsas auctoritate Aposto-  
 „ lica confirmamus, & presentis scri-  
 „ pti patrocinio communimus, de-

Tom. II.

A

„ factum, si quis exstitit in promif-  
 „ sis ex eo maxime, quod Lunense  
 „ Capitulum hiis non consensit, ad  
 „ presens, aut occasione Procurato-  
 „ ris ipsorum Canonicorum, vel que-  
 „ cumque alia supplentes de pleni-  
 „ tudine potestatis. Tenorem autem  
 „ Instrumenti predicti de verbo ad  
 „ verbum presentibus inseri fecimus  
 „ ad cautelam: qui talis est.

B

„ In nomine Domini. Amen. An-  
 „ no à Nativitate ipsius MCCLIV.  
 „ Indictione XIII. Nono Kalendas  
 „ Novembris, in Civitate Capua-  
 „ na, in Domo Presbyteri Georgii,  
 „ presentibus venerabile patre *Domino*  
 „ *Ottobono Sancti Adriani Diacono*  
 „ *Cardinali*, nobili viro *Domino Al-*  
 „ *berto de Flisco, Lavaniae Comite*,

C

„ *Domino Simone de Camilla Cive*  
 „ *Januense*, *Domino Alberto Acza-*  
 „ *rii de Parma*, *Francisco Notario*  
 „ *de Clavaro*, & *Guidone dicto Se-*  
 „ *ptem*, Clerico predicti Domini  
 „ Cardinalis, testibus ad omnia ista  
 „ vocatis. Presbyter *Jacobus Cano-*  
 „ *nicus Plebis de Sancto Stephano*  
 „ *Lunensis Dioecesis*, Nuntius &

D

„ Procurator venerabilis Patris *Do-*  
 „ *mini Gotifredi Lunensis Episcopi*, ha-  
 „ bens ad hoc speciale mandatum,  
 „ sicut constat in Instrumento facto  
 „ per Adjutum Notarium, & ipsius  
 „ Episcopi sigillo munito, cujus te-  
 „ nor inferius est insertus; procura-  
 „ torio nomine dicti Episcopi & E-  
 „ piscopatus Lunensis, nomine recti

E

„ & honorifici Feudi, tamquam pa-  
 „ terni, aviti, & antiqui, dedit,  
 „ tradidit & concessit nobili viro  
 „ *Domino Nicholao de Flisco Comiti*  
 „ *Lavanie* in se ac suos heredes ma-  
 „ sculos & feminas, *Tivegne*, *Ca-*  
 „ *stellioni*, & *Bracelli Castra*, &  
 „ *Burgum Padulualini*, ad ipsum E-  
 „ piscopum & Episcopatum Lunen-

V

, sem

„ sem spectancia cum toto eo, quod  
 „ idem Episcopatus & Ecclesia Lu-  
 „ nensis habet & tenet, vel habe-  
 „ bat & tenebat, vel pro ipso Epi-  
 „ scopo seu ipsâ Ecclesiâ habebatur  
 „ & tenebatur, vel tenetur vel ha-  
 „ betur, vel debet teneri & haberi  
 „ in Castris & Burgo predictis, &  
 „ eorum pertinenciis & districtu, in  
 „ Curtibus, domibus, jurisdictioni-  
 „ bus, Vassallis, Villanis, redditibus,  
 „ annuis prestationibus, piscationibus,  
 „ venationibus, molendinis, aquis,  
 „ nemoribus, pascuis, possessionibus,  
 „ & quibuslibet aliis rebus quocumque  
 „ nomine nuncupentur. Similiter dedit,  
 „ tradidit, & concessit dictus Procurator  
 „ curatorio nomine ipsius Episcopi  
 „ & Episcopatus Lunensis eidem Comiti  
 „ totum id, quod nobilis mulier *Donna Matilda*  
 „ in Feudum ab Episcopo & Ecclesia  
 „ Lunensi tenebat, seu tenere consuevit  
 „ vel debuit in Carpena, Vesigna, Follo,  
 „ & Vallerano, sive Vezano, vel ubicumque  
 „ de dicto Feudo Lunensi vel Januensi  
 „ poterit reperiri. Et ipsum Comitem in  
 „ se & suos heredes masculos & feminas  
 „ procuratorio nomine dicti Episcopi  
 „ & Episcopatus Lunensis de superscriptis  
 „ omnibus *per quendam baculum* corporaliter  
 „ & presentialiter investivit: ita tamen  
 „ quod dictus Comes, & ejus heredes, sive  
 „ succedentes ipsi Comiti, vel ejus heredi-  
 „ bus in dicto Feudo ipsum Dominum  
 „ Episcopum & ejus successores cum suis  
 „ sequacibus, qui non sint inimici ipsius  
 „ Comitis, vel heredum ejus seu succeden-  
 „ tium ejus, vel suis heredibus in dicto  
 „ Feudo, recipere ad faciendum guer-  
 „ ram cum hominibus in locis predictis  
 „ ab eodem Procuratore con-

„ cessis, inimicis Lunensis Ecclesie,  
 „ ac juvare, recuperare jura & bona  
 „ Lunensis Episcopatus, & ea que possidet  
 „ vel recuperabit, defendere & manutenere,  
 „ & guerram & devetum propriis expensis  
 „ ipsorum hominum per totum Episcopatum  
 „ Lunensem persecutoribus Lunensis  
 „ Ecclesie facere; nec non eidem Domino  
 „ Episcopo, qui nunc est, & ei, qui pro  
 „ tempore fuerit, & exercitum fecerit  
 „ pro Romana Ecclesia, vel pro Imperatore,  
 „ vel suos milites aut pedites miserit,  
 „ predictis exercitibus faciendis auxilium  
 „ impendere teneantur. Pro cujus Feudi  
 „ datione, & Investitura predictus  
 „ Procurator procuratorio nomine dicti  
 „ Episcopi & Episcopatus Lunensis  
 „ confessus fuit se habuisse & recepisse  
 „ à predicto Comite Libras XL. bonorum  
 „ argent. Imperial. renunciando exceptioni  
 „ non numerate, habite, & recepte pecunie,  
 „ & omni alii, & legali auxilio, & nomine  
 „ ipsius Episcopi promittendo dictam pecuniam  
 „ in utilitatem Lunensis Episcopatus  
 „ fideliter exhibere. Qui Dominus  
 „ Nicholaus Comes Lavaniae supra dicto  
 „ Procuratori recipienti nomine dicti  
 „ Episcopi & Episcopatus Lunensis pro  
 „ omnibus sibi concessis & datis fidelitatem  
 „ juravit tantis sacrosanctis Evangeliiis, pro  
 „ ut in fidelitatis Capitulo continetur.  
 „ Hoc acto expresse, quod si dictum  
 „ Comitem vel ejus heredes seu succeden-  
 „ tes ei vel suis heredibus in dicto Feudo  
 „ predicta vel aliquid predictorum aliquando  
 „ non observare contingeret, propter hoc  
 „ non cadant à jure Feudi istius, sed  
 „ nichilominus teneantur ad observationem  
 „ omnium promissorum.

„ Tenor



„ Tenor Instrumenti procuratoris di- A  
 „ cti Presbyteri talis est:  
 „ In Dei nomine. Amen. Anno  
 „ à Nativitate ejusdem MCCLIV.  
 „ Indictione XII. Quarto Octubris.  
 „ Venerabilis Pater *Dominus Gotifre-*  
 „ *duc* Dei gratià *Lunensis Episcopus*  
 „ fecit & constituit suum & Episco-  
 „ patus Lunensis Actorem, Procura- B  
 „ torem, & certum Nuntium, Pre-  
 „ sbyterum Jacobum Canonicum Ple-  
 „ bis Sancti Stephani, ad conceden-  
 „ dum pleno ac perpetuo Feudi ju-  
 „ re *Domino Nicholao de Flisco Comi-*  
 „ *ti Lavanie, Domini Pape Nepoti,*  
 „ ac suis heredibus, Tivegne, Ca-  
 „ stellioni, & Bracelli Castra, &  
 „ Burgum de Padularino, cum eo-  
 „ rum Curtis & pertinenciis, quae C  
 „ olim pro parte Nobiles Aldeberri,  
 „ & pro parte altera quidam alii ab  
 „ Ecclesia Lunensi tenebant in Feu-  
 „ dum, & redditus, Vassallos, Vil-  
 „ lanos, Jurisdictiones, & jura, &  
 „ cetera omnia, que in demanium  
 „ feu &c. salvo quod ipse Nobilis  
 „ & ejus heredes teneantur ipsum  
 „ Dominum Episcopum & ejus suc- D  
 „ cessores recipere cum suis sequa-  
 „ cibus, qui non sint inimici ipsius  
 „ Nobilis, & ejus heredes ad fa-  
 „ ciendam guerram cum hominibus

„ dictorum locorum inimicis Lunen-  
 „ sis Ecclesie & Curie. Et quod ip-  
 „ se Nobilis & sui heredes cum ho-  
 „ minibus dictorum locorum tenean-  
 „ tur juvare ipsum Dominum Epi-  
 „ scopum & ejus successores, recu-  
 „ perare jura & bona Lunensis Epi-  
 „ scopatus, & ea que possidet &c.  
 „ Et ad investiendum ipsos Nobiles  
 „ de toto eo Podere, quod olim  
 „ *Nobilis Donna Matilda* à Lunensē  
 „ Curia tenebat in Feudo sive in  
 „ Carpena, sive in Vezano, vel in  
 „ quocumque loco Episcopatus Lu-  
 „ nensis &c. Et ad recipiendum fi-  
 „ delitatis juramentum &c. Presen-  
 „ tibus &c.

„ Ego Gislefredinus de Vezano Im-  
 „ periali auctoritate Notarius predi-  
 „ ctis omnibus suprascriptis inter-  
 „ fui, & rogatus scripsi duo Instru-  
 „ menta uno tenore confecta.

„ Nulli ergo hominum liceat hanc  
 „ paginam nostrae Confirmationis &c.  
 „ Si quis autem hoc attemptare pre-  
 „ sumperit, indignationem &c.

„ Datum Neapoli XV. Kalendas  
 „ Decembris, Pontificatus nostri An-  
 „ no XII.

„ Alterum exemplum depromsi è MSto  
 „ Cencii Camerarii.

Excerptum ex Regesto Paschalis II. super receptione Castrorum  
 Pontiae & Efides, & eorumdem concessione facta Johanni  
 Sublacensi Abbati, Anno 1109.

„ **S**eptimo Kalendas Septembris, E  
 „ *Donnus Papa Paschalis*, factā  
 „ obsidione recepit in Campania  
 „ Castellum Pontiae & Efides. Se-  
 „ ptimo autem Idus Septembris quum  
 „ esset in territorio Sabinensi juxta  
 „ Castellum Taranum, commisit ea-  
 „ dem Oppida Pontiae & Efides Jo-

„ *hanni Sublacensi Abbati*, sicut com-  
 „ miserat alias Terras Campaniae:  
 „ ita ut hereditas Monasterii Subla-  
 „ censis, quae ibidem est, Monaste-  
 „ rio salva permaneret; cetera cu-  
 „ stodirentur ad jus beati Petri.  
 „ Et *per ferulam* investivit eum,  
 „ quod non auferret ei in vita ip-

„ fuis, nisi ipse aliquid tale delin-  
 „ queret.  
 „ Actum est Indictione II. Anno  
 „ Incarnationis Dominicae Millesimo  
 „ Centesimo Nono: Pontificatus  
 „ supradicti Papae Decimo. Testes  
 „ affuerunt *Cintius Sabinensis Episco-*  
 „ *pus: Leo Villitrinus..... Tiburti-*  
 „ *nus: Anastasius Cardinalis titulo*  
 „ *Pammachii: Johannes de Diaconia*  
 „ *Cosmidin: Berardus de Pisciola:*  
 „ *Rainaldus Sinebaldi: Octavianus:*  
 „ *Oddo filius Johannis de Oddone:*  
 „ *Petrus de Rosfrido: Rosfridus de*

A „ Ceperano, & alii plures: Roma-  
 „ nus Albo: Romanus Scotta: Hu-  
 „ guizon filius Petri de Leone: Cin-  
 „ tius Johannis de Crescentio.

B Quum verò agebatur de Feudis  
 majoribus, tunc splendidiori solem-  
 nitate utebantur Imperatores & Re-  
 ges, Investiturae actum praesertim  
 peragentes per Lanceam & Confanonum.  
 Accipe ejusdem ritus exem-  
 plum, quod hausi è Regesto existen-  
 te in Tabulario Reipublicae Cremon-  
 ensis.

Henricus VI. inter Reges, V. Inter Imperatores, Cremonensibus  
 Investituram actualem confert cum Lancea & Confanono de  
 his, quae in eorum Privilegio habentur, Anno 1195.

A Nno Dominicae Incarnationis Mille-  
 simo Centesimo Nonagesimo Quinto,  
 die Martis qui fuit sextus dies in-  
 trante mense Junii, Indictione XIII. In  
 multorum hominum presentia, nomina  
 quorundam inferius scribebuntur Domi-  
 nus Henricus, Dei gratiâ Romanorum  
 Imperator invictissimus, & semper  
 Augustus, & Rex Siciliae, cum Lan-  
 cea & Confanono, quam in sua manu  
 tenebat, investivit honorifice Girardum  
 de Zanibonis, & Tatamanzium de Gai-  
 daldis, & Odonem de Medolate, Con-  
 sules Communis Civitatis Cremonae  
 nomine ipsius Communis de hoc, quod  
 in Privilegio ipsius Communis Cremonae  
 continetur. Et hanc Investituram fecit  
 ipse Dominus Imperator in platea, quae  
 est ante Portam Cumane Civitatis, quae  
 vocatur Porta Turris. Confanonus ve-  
 ro cum quo eos investivit, erat rubeus,  
 habens Crucem albam intus. Huic Inve-  
 stiture interfuerunt Dominus Bonifacius  
 Marchio Montisferrati; & de Cumis  
 Dominus Jordanus Vicedominus, & Do-  
 minus Arialdus frater ejus, Albertus de

C Carcano, Marchisus de Mandrifo, Ja-  
 cobus de Turri, Aliprandus filius Do-  
 mini Pocobelli quondam de Vico, Jo-  
 hannes de Papa, Arialdus de Dritio,  
 Vallesicca, Girardus Belenzonus, Guiao  
 de Bulgari. De Laude Durus de Ca-  
 vazo, & Presbiter de Saleriano. De  
 Papia Gaiserius Isembardi, & Buca de  
 Osa, Gualfredus de Turricella. De Cre-  
 mona Albericus Comes, Bellotus Bon-  
 serius, Anzeleus de Burgo, Pettacius  
 Manera, Presbyter Vegius, & Alber-  
 tus Strussius, Leonardus de Babo, Co-  
 mes Egicius, Johannes de Perengo. De  
 Bergamo Bruniolus Advocatus de Ber-  
 gamo, Guielmus de Mapello, & multi  
 alii Longobardi & Teutonici, & Do-  
 minus Syrus Salimbenus de Papia simi-  
 liter interfuit.

E Ego Ospinellus Judex, qui dicor de  
 Comacio, interfui & scripsi.

Ego Guido Judex Scriba Consulum  
 Cumanorum interfui & scripsi.

Qui verò Feudum recipiebant, suam-  
 que fidem sacramento praestito danti  
 obligabant (ut alios veterum ritus  
 taceam),

taccam), ipsi quoque & verbis & manuum contactu jusjurandum emit-tere consueverunt. Quale hoc fuerit,

A altera duo Instrumenta prodent, ex eodem Cencii Camerarii Codice desumpta, quae apponenda heic censui.

Juramentum fidelitatis, quod fecit Johannes de Ceccano Romanae Ecclesiae, pro tuendis & conservandis Regalibus Sancti Petri, Anno 1201.

A Nno Quarto Pontificatus Domni Innocentii Papae III. nobilis vir Johannes de Ceccano juravit fidelitatem ipsi Domno Papae Innocentio, de Ceccano & tota terra, quam tenet in Palatio Anagnino, coram Episcopis, Presbyteris, Diaconibus, Cardinalibus, adstantibus multis Clericis & Nobilibus Anagninis, & extraneis etiam, & Militibus ipsius Johannis de Ceccano. Et recognovit Ceccanum, & totam aliam terram suam se ab Ecclesia Romana tenere. Forma verò fidelitatis haec fuit.

„ Ego Johannes de Ceccano ab hac  
„ hora in antea fidelis ero beato Pe-  
„ tro & Ecclesiae Romanae, & Do-  
„ mino meo Papae Innocentio, &  
„ successoribus ejus canonice intran-  
„ tibus. Non ero in facto neque di-  
„ cto, neque in consilio, aut in  
„ consensu, ut vitam perdant aut  
„ membrum, vel capiantur mala ca-  
„ ptione. Consilium, quod per se  
„ vel per Nuntium, aut literas mi-  
„ hi crediderint, ad eorum damnum  
„ me sciente nulli pandam. Si eorum

B „ certum damnum scivero, si pos-  
„ sum, remanere faciam: si non pos-  
„ sum, significabo eis per me vel  
„ per meas literas aut Nuntium,  
„ vel dicam tali personae, quam eis  
„ credam pro certo dicturam. Cec-  
„ canum & totam aliam terram meam,  
„ quam habeo, & alia Regalia bea-  
„ ti Petri, quae habet, adjutor eis  
„ C „ ero ad defendendum: quae non ha-  
„ bet, ad recuperandum, & recuperata  
„ ad retinendum & defendendum con-  
„ tra omnes homines. Haec omnia  
„ observabo bonâ fide, sine fraude,  
„ & malo ingenio. Sic me Deus ad-  
„ juvet, & haec sancta Dei Euange-  
„ lia. Post haec mittens manus suas  
„ inter manus ipsius Domni Papae, fecit  
„ D „ ei ligium hominum. Dominus autem Pa-  
„ pa investivit eum de gratia sua cum  
„ cuppa argentea deaurata. Postmodum  
„ verò eodem Anno idem Dominus Papa  
„ fidelitatem & servitium ipsius Johannis  
„ de Ceccano & progenitorum ejus atten-  
„ dens, ei Castrum Sitense in Beneficium  
„ assignavit.

De fidelitate & hominio Romanae Ecclesiae praestitis ab Andrea de Calviniano, & custodiâ Burgi Dolensis commissâ eidem, Anno 1202.

A Nno Quinto Domni Innocentii III. Papae, nobilis vir Andreas de Calviniano fecit fidelitatem Domno Papae Innocentio, de custodia Burgi Dolensis, hoc modo, in Lateranensi Pala-

E tio coram Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus Cardinalibus, adstantibus Militibus & Clericis ipsius Nobilis, Abbate Dolensi, & duobus Monachis suis, & multis aliis tam Clericis quam Laicis.

In

In nomine Domini. Amen. Ego Andreas de Calviniaco, Dominus Castris Radulfi, ab hac hora in antea fidelis ero beato Petro & Ecclesiae Romanae, & Domino meo Papae Innocentio, & successoribus &c. (ut supra) Burgum Dolense, cujus custodiam ab Ecclesia Romana teneo, & alia Regalia beati Petri, quae habet, adjutor eis ero ad defendendum; quae non habet ad recuperandum: recuperata ad retinendum & defendendum contra omnes homines. Legatos & Nuntios Ecclesiae Romanae honorifice suscipiam, & benigne tractabo; & per totam terram meam securum eis pro posse meo praestabo conductum. Haec omnia observabo sine fraude & malo ingenio, bonâ fide. Sic me Deus adjuset, & haec sancta Dei Evangelia. *Post haec mittens manus suas inter manus Domini Papae, fecit ei ligium hominum. Dominus autem Papa investivit eundem gratiâ suâ de custodia Burgi Dolensis.*

Praeter Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Episcopos, Comites &c. qui collatione Feudorum sibi efficiebant Vassos sive Vassallos, ipsi quoque Vassi portionem eorundem Feudorum in alios interdum transferentes, sibi Milites, sive adhaerentes procurabant, quos propterea *Vavassores minores* appellavit antiqua actas. Vassi autem Regii sive Imperiales, ratione sui Feudi, nemini alii suberant, nisi Imperatori seu Regi, eorumque Beneficia sejuncta atque evulsa erant à jure sive potestate Civitatum, in quarum Comitatu sive Districtu antea sita fuerant. Ejusmodi Vassi Imperiales, nisi forte Ducis, Marchionis, aut Comitis titulo fruebantur, *Capitanei* consuevere appellari, sive *Cattanei*, quum idem nomen fuerit *Capitanus*, *Capta-*

*neus*, & *Cattaneus*. *Castellani* quoque nuncupati sunt, quod *Castello* alicui dominantur. In Vocabulario suo *Academici della Crusca*, & ante eos Pergaminus in Memor. Linguae Italic. scripsere, vocem *Castellano* adhibitam quoque fuisse ad significandum *habitatore* *Castelli*, adductis Boccaccii verbis in Fabula VII. Diei II. *non essendo la sua sventura contenta d'averla di Moglie d'un Re fatta divenire Amica d'un Castellano*. Inficias non ierim, quin & incolae Castrorum *Castellani* ab aliquibus potuerint appellari. Verum Boccaccius iis verbis Dominum potius *Castelli* quam *Incolam* nobis exhibuit, quum ipsum antea dixisset *Gentile uomo con più suoi famigli a cavallo*. Ita *Castellani* in Foro Julii perquam multi nobiles numerabantur olim, & adhuc existunt. In Charta tamen Mutinensis Populi, ex ejus antiquo Regesto depromptâ, *Capitanei de Fregnano* subdentes sese Reipublicae Mutinensi, excipiunt ab onere *Boatae* illos *Castellanos*, qui semper quotidiano usu habitant per *Castella*; atque eadem formula occurrit in aliis Chartis producendis in Dissertatione XLVII. *de amplificat. Civitat. Italicar. potentia*. An *Castellorum* habitatores ibi privatos homines significent, alii decernant.

Certe maternus Avus Manfredi Siciliae Regis, è Friderico II. nati, *Castellanus* appellatur in Historia MStâ Mediolanensi, cujus utilem partem dedi Tom. XVI. Rer. Italicar. ac revera nobilis Toparcha is fuit. Ejus Chronici verba accipe, quae tanquam memoriâ digna, superfluis praetermissis, excerpti, quum affinitates Manfredi Regis satis accurate descriptae illic videantur. „ Fridericus II. „ fuit Imperator Romanus per electionem, Dux Siciliae per mater-

„ nalem

„ nalem successione, & accepta I-  
 „ sabellâ filiâ Johannis Regis Hieru-  
 „ salem in uxorem, successit in Re-  
 „ gno Hierusalem ratione dotis uxori-  
 „ ris. De ista Regina Isabella genuit  
 „ Conradum. Conradus genuit Con-  
 „ radinum. Item habuit aliam uxorem,  
 „ quae dicta fuit Beatrix, de  
 „ qua genuit Henricum: & ista fuit  
 „ prima uxor, & filia Regis Arago-  
 „ num. Item superinduxit quamdam  
 „ filiam Bonifacii Castellani. Ubi est  
 „ sciendum, quod juxta Civitatem  
 „ Astensem per tria milliaria est quod-  
 „ dam Castrum dictum Algan, cu-  
 „ jus Castellanus dictus Comes Bo-  
 „ nifacius fatis nobilis genuit tres  
 „ filias pulcherrimas. Inter quas u-  
 „ na erat virgo pulcherrima nimis.  
 „ Hanc Imperator adamavit, & fin-  
 „ gens, quod Isabella ejus uxor es-  
 „ set defuncta, hanc in uxorem de-  
 „ sponsavit, & solemnes nuptias ce-  
 „ lebravit. De qua genuit Regem  
 „ Manfredum. Rex Manfredus genuit  
 „ duas filias. Una dicta est Constan-  
 „ tia, quae fuit uxor Petri Regis A-  
 „ ragonum. Alia tradita fuit Man-  
 „ fredo Marchioni Salutarum. Su-  
 „ pradietus Castellanus focer Impe-  
 „ ratoris factus fuit per Imperatorem  
 „ Comes. Reliquas filias suas tradi-  
 „ dit in matrimonium, unam vide-  
 „ licet uni de Toriellis, de qua  
 „ nati sunt quatuor filii, scilicet Co-  
 „ mes Gualvagnus, Comes Lanza,  
 „ Comes Frerinus, & Torellus vir  
 „ fortissimus, qui genuit Gualvagnum  
 „ de Toriellis. Tertiam filiam tra-  
 „ didit Uberto de Andito, sive de  
 „ Lando Placentino, de quo natus

„ est Comes Gualvagnus, de quo na-  
 „ tus est Ubertinus, & Manfredus. „  
 „ Qui in Lombardia *Castellani* appellati  
 „ sunt, *Barones* Romae & in Regno  
 „ Neapolitano nuncupabantur olim, i-  
 „ demque adhuc nomen retinent, uti  
 „ & in Germania, Anglia, Hispania &c.  
 „ De cujus nominis origine multa E-  
 „ ruditi differuerunt, uti & de Baro-  
 „ num dignitate, speciebus, ac privi-  
 „ legiis. *Barones Romanos* memorat Fal-  
 „ co Beneventanus in Historia; *Apulos*  
 „ & *Siculos* complures alii. At ejusmo-  
 „ di appellatione nequaquam uti con-  
 „ suevit Gallia Cisalpina ad designan-  
 „ dos Magnates suos. Ii semper fere  
 „ nuncupati *Capitanei*, sive *Cattanei*,  
 „ *Castellani*, *Vassi* nobiles, ac nostris  
 „ temporibus *Comites*, *Marchiones*, quo-  
 „ rum nominum adeo apud nos copia  
 „ crevit, uti & in Regno Neapolita-  
 „ no, & Siculo, ac ditione Pontificia,  
 „ *Principum* & *Ducum*, ut jam quid o-  
 „ lim forent *Comites*, *Marchiones*, *Duces*,  
 „ & *Principes*, justa idea exciderit.  
 „ Plures autem ex iis Castellanis, Ca-  
 „ pitaneis, & Vassis nobilibus alebat  
 „ olim Provincia Garfagnanae ultra A-  
 „ penninum sita, ac finitima Lucensi  
 „ Comitatu, quae nunc fere tota ja-  
 „ cet sub dominatione Serenissimae Fa-  
 „ miliae Estensis. Sed omnes hosce Vas-  
 „ sos bellorum perturbatio, ac praeci-  
 „ pue Castrucci olim Lucensibus domi-  
 „ nantis saevitia, absumsit. Quibus  
 „ verbis olim eos Fridericus II. Au-  
 „ gustus investierit, subsequens Diplo-  
 „ ma ostendet, cujus antiquissimum e-  
 „ xemplum in pergamena scriptum vi-  
 „ di in Archivo Estensi.

Investitura Feudorum variis Nobilibus Garfagnanae concessa  
à Friderico II. Imperatore, Anno 1242.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Fridericus divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliae Rex. Tunc extollitur thronus Imperii, & ampliatur gloria sedis ejus, cum Imperialis gratia digne remuneratur, quos devotio fidei & servitiorum exhibitio suo conspectui gratos & benemeritos repraesentant. Eapropter per praesens Privilegium noscant tam praesens aetas, quam successura posteritas, quod nos attendentes debitam fidem & devotionem sinceram, nec non grata & accepta servitia fidelium nostrorum Dominorum de Sivano, Dominorum de Grignano, Dominorum de Verucola Gherardenga, Dominorum filiorum Guidi de Villa, Dominorum de Bacciano & de Careggine, Hominum de Castilione & de Foschiana, Dominorum de Clebarica, Hominum de Ceserana, Hominum de Barga, Dominorum de Casa Roledenga, Dominorum de Casa Suffredinga, Dominorum de Casa Porcaria, & omnium Valvasorum de Garfagnana, Dominorum de Monte Magno, Dominorum filiorum Urbaldi, Dominorum de Vallecchia, Dominorum de Corvaria, Dominorum de Castello Aghinolfi, & omnium Valvasorum de Versilia, & de Camajore, Hominum de Ghivizzano; ipsos omnes, & omnia bona eorum mobilia & immobilia, quae nunc tenent & possident, & in antea legitime ad ipsos spectare poterunt, sub Majestatis nostrae, & Imperii protectione recipimus speciali. Et concedimus, ac Imperiali auctoritate confirmamus eisdem, quod nulli Civitati neque Communi, nec alicui Potestati ipsos, nec possessiones, nec homines eorum

**A** supponere, nisi nobis & heredibus nostris, qui nobis in Imperio succedent, sed ad manus nostras, & specialium Nuntiorum nostrorum, quos ibi pro tempore statuemus, quos etiam ibi tales statuere disponimus, quos Excellentiae nostrae fideles, & eis utiles agnoscemus: retinentes semper ipsos cum omnibus bonis suis exemptos, & liberos, & eximimus eos & liberamus ab omni onere & jurisdictione omnis Civitatis.... ut nec ipsi, nec res, nec homines eorum tam in Castellis quam in Villis habitantes, aliquem respectum subjectionis habeant, nisi tantum ad dominationem Majestatis nostrae, & praedictorum heredum nostrorum. Inhibentes, & eis firmiter praecipientes, ut nec placitis nec jurisdictioni dictarum Civitatum se aliquatenus obligent, nec aliquo modo submittant. Ad haec Imperiali auctoritate cassamus, & irritas vocamus omnes tenuras à Consulibus cujuscumque Civitatis contra eos & homines eorum datas, propterea quod noluerunt se, nec homines suos, nec terram suam subicere judicio Civitatum. Decernentes, ut ipsae tenurae ad legitimos priores Dominos absolute absque contradictione qualibet revertantur: videlicet Corvaria, Calavorna, Sarciabolchi, Montegragnum, Calauna, Cesano. Imperiali quoque auctoritate praecipimus, à Lucensibus reaedificari Castra, scilicet Bozanum, Anelanum, & Lacunam, quae in damnum fidelium nostrorum praedictorum destruxerunt, & nihilominus illa ab eis destrui praecipimus, quae in damnum eorundem fidelium nostrorum erexerunt, videlicet Urbizzanum, Scaccanum, & Sibianum.

Quae.

Quaecumque verò Civitas vel Commune, quae praescriptas datas seu tenent ad praescriptos fideles nostros redire non permiserit vel impediverit, aut si Lucana Civitas destructa Castra eis non reaedificaverit, & constructa non detraxerit, sicut superius est expressum, vel propter hoc eos, vel homines eorum, sive terram ipsorum offendere, sive laedere attentaverit, à Majestate nostra, vel à certo Nuntio nostro citabitur. Quod si non venerit, nec satisfacere voluerit, Imperiali banno cum omnibus bonis suis deinde subiacebit. Suprascripti propterea fideles nostri quoddam Privilegium Divi Augusti Imperatoris Friderici Avi nostri recolendae memoriae, aureâ bullâ datum, dudum praedecessoribus eorum liberaliter indultum, fereque omnia continens eadem, quae superius dicta sunt, per Rubertum Marchionem Pelavicinum Sacri Imperii in Lunigiana, Versilia, Garfagnina, & partibus convicinis Vicarium Generalem, fidelem nostrum, nostro culmini praesentarunt, supplicantes per eundem Marchionem fideliter & devote, ut Privilegium ipsum eis confirmare dictâ nostrâ gratiâ dignaremur. Nos autem supplicationibus eorumdem nostrorum fidelium inclinati idem Privilegium Divi Augusti Avi nostri praedicti dictae Imperialis praecminentiae gratiâ confirmamus. Statuimus itaque, &

A Imperiali sancimus edicto, firmiter injungentes, quatenus nullus Dux, nullus Marchio, nullus Capitaneus, nullus Archiepiscopus vel Episcopus, nullus Comes aut Vicecomes, nulla Potestas, nullus Consultor vel Rector, nulla Civitas, nullum Commune, nulla Universitas, nulla denique persona alta vel humilis, Ecclesiastica vel secularis, praedictos praenominatos fideles nostros contra praesens Privilegium nostrum ausu temerario inquietare, molestare, seu perturbare praesumat. Quod qui praesumpserit, indignationem culminis nostri se noverit incursum, & quinquaginta Libras auri probi & optimi pro pena compositurum, quarum medietas Fisco nostro, & reliqua medietas passis injuriam applicetur. C Ad hujus autem protestationis, concessionis, & confirmationis nostrae memoriam & robur perpetuè valiturum praesens Privilegium fieri, & bullâ aureâ typario nostrae Majestatis impressione jussimus communiri. Hujus rei verò testes sunt Bernardus Panormitanus Archiepiscopus, Generalis Bambergensis, Odericus Marsicanus Episcopus, Uguccio Treveriensis Episcopus, Thomasius de Marcerio sacri Imperii in Romandiola Vicarius Generalis, Magister Petrus de Vineâ, & Magister Tadeus de Iurven magnae Curiae nostrae Judex, & alii quamplures. Et D Coralam eâdem protectione suscipimus.

Signum Domni  
Romanorum  
Hierusalem



Friderici Secundi invictissimi  
Imperatoris semper Augusti,  
& Siciliae Regis.

Acta fuerunt haec omnia Anno Dominicae Incarnationis MCCXLII. die XII. mensis Januarii, I. Indictione, Imperante Domino nostro Friderico Secundo, Dei gratiâ invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Siciliae Rege, Imperii ejusdem Anno XXIII. Regni Hierusalem XIX. Regni verò Siciliae XLV. feliciter. Amen.

Datum Petrae Sanctae, Anno, Die, Mense, & Indictione praedictis.

Eorundem Nobilium descendantibus & successoribus renovata fuit haec ipsa Investitura à Carolo IV. Augusto, dum esset in Petrasancta III. Idus Junii Anno MCCCLV. Tabulae adservantur in Archivo Estensi. Vide etiam in Tomo V. *Res. Italicar.* memoratos *Equites Carfanienfes* ad versum 215. & 1849. Poëmatis *de Bello & excidio Urbis Comensis*. Sub eo nomine Clariss. Vir Joseph Stampa, Clericus Regularis Soma-schenfis, censet designatos fuisse incolâs ejusdem Provinciae Garfagnanae, qui Anno MCXIX. & MCXXVII. Mediolanensibus praesidio fuisse contra Comenses. Nomen autem *Garfagnanae* in memoriam mihi revocat, quae Guilielmus Ventura Cap. 38. Chronici Astensis Tomo XI. *Res.*

A Italicar. scripsit, scilicet, Astenses societatem iniisse cum parte *Facini de Tilio, & Garfagna totius Montisferrati*. Ita verò appellata factio potentissima in regione Montisferrati. Quo autem tempore inditum *Garfagnanae* nomen fuerit provinciae nuper memoratae, ignotum prorsus est. Ego illius mentionem offendi in Chartis Saeculi Noni. Hisce accedat altera B Investitura, Raimbaldo Tarvisino Comiti, de quo supra mentio facta est, olim concessa ab Ottone III. Augusto, per quam non Comitatum ejus Civitatis ille recepit, sed Castra quaedam, quae titulo singulari ab Augustis acceperant illius majores. C Diplomatis exemplum debeo doctissimo Viro Henrico de Collalto Abbati Sancti Salvatoris.

Otto III. Imperator Rambaldo Comiti Tarvisino omnia illius jura ac Privilegia confirmat, Anno 1000.

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Otto divinâ favente clementiâ Imperator Augustus Romanorum. Noscat omnium fidelium nostrorum industria, praesentium scilicet & futurorum; qualiter Heribertus sanctae Colonienfis Sedis Archiepiscopus nostram humiliter exorando adiit clementiam, quatenus Raimbaldo nostro fideli, Tarvisiensi videlicet Comiti, suarum instrumentum Cartarum & confirmationem concedere dignaremur. Cujus itaque petitioni justae animum praebentes praefato Raimbaldo instrumentum suarum Cartarum confirmationemque corroborantes firmiter facimus, & omnia sua Praecepta simili confirmamus stilo. Quod si accidente, quod absit, casu aliquod scriptum suum perditum habeat, vel perdidit igne aut hostium incurfione, furtive, tunc tribus bonis hominibus inventis jus-

D jurandum faciat, quod scripta sua prohiis tribus praelibatis causis perditâ habeat, & sicuti eadem adscripta teneat, ac habeat, postea proprio utatur jure, Imperiali largimus auctoritate. Insuper vero sexaginta Jugera, quae in circuitu Tarvisiense Civitatis sita esse videntur, vel propinquiora, sibi concedimus. Transitum vero sui Castellî, & toloneum de Ponte licentiam ut habeat Imperiali auctoritate accipiendi jubemus. Quin etiam ut forum, sive mercatum, ac aedificandi in Valle Sanctae Felicitatis consensum damus cum banno & destrictu, legali querelâ. Igitur homines sui residentes & usuales ad nullum Ducis placitum, vel Marchionis vel Comitis, seu Schuldasi veniant, vel ab ipsis constingantur; & nec fodrum nec collectam faciant, nostrâ prohibemus dictatione. Haec autem omnia praelibata, prout

juste



juste & legaliter possumus, Imperiali A  
 praebemus Praecepto, & quicquid inde  
 facere voluerit, potestatem habeat. Prae-  
 cipientes vero jubemus, ut nullus Dux,  
 Marchio, Comes, Vicecomes, seu Schul-  
 dasto, aut aliqua summissa persona hanc  
 nostrae auctoritatis paginam inquietare  
 vel molestare audeat. Si quis itaque bu-

jus Praecepti violator extiterit, sciat se  
 compositurum auri optimi Libras mille,  
 medietatem Camerae nostrae, & medie-  
 tatem praefato Raimbaldo. Quod ut ve-  
 rius credatur, diligentiusque ab omnibus  
 observetur, manu nostra corroborantes,  
 & sigillo nostro subtus insigniri jus-  
 simus.

Signum Domni Ottonis



Regis invictissimi.

Heribertus Cancellarius in vice Petri Cumani Episcopi & Archicancellarii.

Datum Anno Dominicae Incarnationis Millesimo, Indictione XIII. Anno Tertii  
 Ottonis Regni XVII. Imperii V.

Actum ad Sanctum Donninum.

Quod Principes Seculares fecere, B  
 mos quoque fuit, ut & Ecclesiastici  
 facerent. Nam quum tempora illa  
 frequentibus bellis fererent, unu-  
 quisque potens ex Clero per eorum  
 Beneficiorum collationem è re sua  
 putabat sibi comparare quotquot po-  
 terat Nobiles Viros, quorum armis  
 ac fide, quum occasio ferebat, di-  
 tionem suam tueri ac servare posset. C  
 Erant ergo Romanis Pontificibus, &  
 quamplurimis Episcopis, & Abbati-  
 bus temporalia imperia, quibus quo-  
 tidie insidiabantur potentes Saeculi;  
 ac proinde & ipsi quaesivere sibi a-

liorum patrociniū, Feudis in eos  
 collatis. Prostant passim exempla.  
 Ad haec interdum Ecclesiasticae di-  
 tiones à Secularibus viris usurpa-  
 bantur, atque ad eas recipiendas sa-  
 cris Pastoribus vires deerant. Tunc  
 ergo satius videbatur, easdem illis  
 dimittere, dum tamen ipsas Benefi-  
 cii titulo ab Ecclesia agnoscerent,  
 quo fiebat, ut & illi juste ea in po-  
 sterum possiderent, & Ecclesiae jura  
 aliqua ex parte restaurarentur. Exe-  
 ro in hanc rem duo Instrumenta ex  
 supra laudato Regeſto MSto Cencii  
 Camerarii descripta.

Instrumentum, quo Adinulfus & Landulfus filii Gregorii renuntia-  
 verunt omni juri, quod habebant in Castro Falbateriae,  
 illudque in Feudum recipiunt ab Alexandro III.

Papa, Anno 1178.

I N nomine Domini nostri Jesu Christi. D  
 Anno Incarnationis ejus MCLXXVIII.  
 Pontificatus Domini Alexandri III. Pa.

paae Anno XIX. Indictione XI. Mensis  
 Januarii die XI. Adinulfus & Lan-  
 dulfus filii Gregorii Pagani, non vi

coacti nec dolo inducti, sed libero arbitrio & voluntate propria renuntiaverunt juri, si quod habebant in Castro Falbateriae quocumque jure, sive hereditario, ex successione videlicet patris seu matris vel aliorum, seu jure acquisitionis, & omni omnino juri proprietatis & possessionis, pignoris seu hypothecae. Et remiserunt hoc Domino Papae Alexandro, & Romanae Ecclesiae, in praesentia Dominorum Cardinalium Johannis Presbyteri Cardinalis Sancti Marci, & Petri Presbyteri Cardinalis Sanctae Sufannae, & Hiacynti Diaconi Cardinalis Sanctae Mariae in Cosmidin, & Centii Diaconi Cardinalis Sancti Adriani: praesente etiam Francone Domini Papae Camerario. Et Dominus Papa pro se & successoribus suis concessit praedictis fratribus jam dictum Castrum Falbateriae in Feodum usque ad vigintinove annos. Quo tempore transacto Castrum illud unimodo liberum ad Ecclesiam redeat. Et praedicti fratres, vel eorum successores de eodem Castro sint ad mandatum Summi Pontificis, qui eo tempore fuerit: ita quod in potestate Summi Pontificis sit vel eis concedere vel auferre. Et praedicti fratres se de cetero Castrum idem nomine Ecclesiae possidere promiserunt, & pro hac concessione trecentas Libras Provesinorum praescripto Domino Papae persolverunt: & insuper servitium, quod pro eodem Castro Romanae Ecclesiae ex-

A bibere consueverunt, reddere promiserunt. Promiserunt etiam, quod si quas possessiones de tenimento Ceperani tenerent, super quibus inquietarentur, si clarum esset eis quod injuste tenerent, sine controversia redderent: si vero non esset eis clarum, justitiam ad mandatum Domini Papae facient. Omnia autem supradicta ab eis promissa, juramento coporaliter praestito firmaverunt. Praeterea obligaverunt se iidem Fratres in poena quadringentarum Librarum Provesinorum Fratri Franconi legitime stipulanti, si omnia, quae promiserunt, non observarent. His interfuerunt Petrus & Fortunatus Domini Papae Ostiarii, Centius Gregorii, Jacobus Condomi, Guido Incisor, qui rogati sunt testes. Postea vero XXVII. die praedicti Mensis venit Stultus, frater praedictorum duorum, & in praesentia praedicti Domni Centii Cardinalis, & Domni Hugutionis Diaconi Cardinalis Sancti Angeli, & Fratris Franconis Camerarii, renuntiavit, promisit, juravit per omnia, sicut Adinulfus & Landulfus fratres fecerunt; cui sicut & prioribus, à Domino Papa concessum est Castrum. Juramento hu-

C

D

bi interfuerunt, Leo de Signino, Petrus Gregorii, Oddo Benedicti de Bona, Rainaldus de Poppe, Petrus Ostiarius, qui omnes rogati sunt testes.

Et ego Ilditius Judex & Scriniarius rogatus hoc Instrumentum manu propria scripsi.

Instrumentum de renuntiatione, quam fecit Willelmus Paganus de jure, si quod habet in Castro Falbateriae, Anno 1208.

**I**N nomine Domini. Anno Incarnationis ejusdem MCCVIII. Pontificatus vero Domini Innocentii III. Papae Anno XI. Indictione XI. mense Martii die VI. Willelmus Paganus, filius quondam Adenulfi Pagani, non coactus

E nec dolo inductus, sed libero arbitrio & spontanea voluntate renuntiavit tam per se, quam procuratorio nomine pro nepotibus suis, filius quondam Stulti Pagani, omni juri, si quod habebat, vel habere se credebatur in Castro Falbateriae,

quocumque jure sive hereditario, ex successione videlicet patris vel matris seu alterius conjunctae sibi personae, sive jure cujuscumque acquisitionis, & omni omnino juri proprietatis, possessionis, pignoris seu ypothecae, ususfructus, conductionis vel cujuslibet alterius obligationis seu conditionis. Et remisit & renuntiavit & resignavit hoc Domino Papae Innocentio III. & sanctae Romanae Ecclesiae, in praesentia Domini Stephani ejusdem Domini Papae Camerarii, Magistri Philippi Notarii, & multorum aliorum Clericorum, Militum, & Laicorum. Et idem Dominus Papa pro se ac successoribus suis praedicto Willelmo Pagano & nepotibus suis, filiis quondam Stulti Pagani, jam dictum Castrum Faibateriae concessit in Feudum usque ad triginta novem annos. Quo tempore transacto Castrum illud omnimodo liberum ad Ecclesiam Romanam redeat. Idem quoque Willelmus, vel successores ipsius de eodem Castro sint ad mandatum summi Pontificis, qui eo tempore fuerit, ita quod in potestate summi Pontificis sit finito tempore praetaxato eis concedere vel auferre; & idem Willelmus se Castrum ipsum Ecclesiae nomine de cetero possidere promisit. Et pro hac concessione quadringentas Libras parvorum Senatus Domino Papae persolvens, servitium, quod pro eodem Castro Romanae Ecclesiae exhibere consuevit, reddere repromisit. Promisit insuper, quod si quas possessiones de tenimento Ceperani, vel aliarum possessionum ad Ecclesiam Romanam spectantium, retineret, super quibus inquietaretur, imo conveniretur, si clarum esset ei, quod inju-

A ste teneret, sine controversia redderet; si vero non esset ei clarum, justitiam ad mandatum Domini Papae faciet vel coram eo, vel coram alio, cui Dominus Papa vices suas committeret in hac parte. Omnia vero supradicta ab eodem Willelmo promissa, praestito juramento firmavit, & fidelitatem & ligium homagium Domino Papae, successoribus suis, & Ecclesiae Romanae juravit, & fecit, omni beneficio juris & omni exceptioni ratione rei vel personae sibi competenti renuntiando. Praeterea promisit & obligavit se in poenam quadringentarum Librarum parvorum Domino Stephano ejusdem Domini Papae Camerario legitime stipulanti, si omnia, quae promisit, & quae praemissa sunt, non observaret. Hi interfuerunt Dominus Riccardus Rebeus de Ceperano testis, Dominus Matthaeus de Morrejo testis, Dominus Wilhelmus de Sora testis, Dominus Petrus Mancinus testis, Dominus Petrus de Sancto Germano testis, Dominus Adenulfus Judex testis, Dominus Andreas de Caselverio testis,

D Ego Johannes de Sancto Laurentio, sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, scripsi, complevi, & absolvi.

E Quandocumque vero de Ecclesiae Romanae locis sive juste, sive injuste possessis, quisquam investiendus erat, praecedere contuevit eorum dimissio saltem apparens, fatentibus possessoribus, loca eadem spectasse & spectare ad jus Romani Pontificis. Subinde investitura dabatur. Cujus rei exemplum adtexo, quod ex eodem Cencii Regesto excerpti.

Chartula, quam Comites Aldebrandinus & Bernardinus de tota Terra sua Beato Petro & Domino Papae fecerunt, Anno 1157.

**I**N nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis MCLVII. &c. Nos Aldebrandinus & Bernardinus à praesenti die donamus & concedimus, & per hoc Instrumentum tradimus tibi Domino Adriano à Deo decreto Papae IV. vestrisque catholicis successoribus, & Sanctae Romanae Ecclesiae in perpetuum: idest totam Terram nostram, videlicet Fractam filii Azonis: Curiam de Marisano: medietatem Orzoli: Collem Longum: Getonam: Sanctam Crucem: Sanctam Luciam: Roccam Sancti Stephani: Ripesenam: medietatem Perceni: quartam partem Biceni; & generaliter ubi-umque lege & ratione nobis aliquo modo aliquid competit vel competere poterit. qualiter nobis pertinent jure hereditario, vel aliquo modo, taliter eas vobis concedimus pro multis & gravibus offensis, quas vobis Domino Papae, ve-

**A** strisque praedecessoribus & Curiae Romanae saepe fecimus. Et quia easdem praenominatas Terras de jure & dominio beati Petri Apostoli fuisse comperimus, ideoque eas vobis libere restitimus, tradimus, concedimus, & largimur, atque sponte offerimus pro redemptione animarum nostrarum & parentum nostrorum: ut ab hodierna itaque die licentiam & potestatem habeatis intrandi, tenendi, utendi, fruendi, vendendi, donandi, commutandi, & quidquid volueritis ad utilitatem & usum beati Petri & Sanctae Romanae Ecclesiae perpetuo placuerit, faciendi. Nos autem & nostri heredes defendere promittimus ab omni homine, si necesse fuerit &c. poena centum auri Librarum.

**C** Johannes Bonus Domini Papae Mare-scillus testis, &c.

Altera Chartula Domini Papae de eadem Terra, quam eidem Comitibus in beneficium concessit, Anno 1157.

**I**N nomine Domini &c. Ego Adrianus Sanctae Sedis Apostolicae Papa IV. consensu & voluntate fratrum meorum, videlicet Ubaldi Presbyteri Cardinalis titulo Sanctae Praxedis, Ubaldi titulo Sanctae Crucis, Julii titulo Sancti Marcelli, Henrici titulo Sanctorum Nerei & Achillei, Bosonis Diaconi Cardinalis Sanctorum Cosmae & Damiani, Camerarii nostri, & Alberti Diaconi Cardinalis Sancti Adriani; concedimus vobis Aldebrandino & Bernardino filiis quondam Ubolini Comitis de Calmajare, vestrisque legitimis filiis & filiabus vestris; si

**D** autem sine legitimis filiis & filiabus decesseritis, infra nominatae Terrae, quas vobis concedimus, in jure & dominio beati Petri libere remaneant: idest Fractam filii Adzonis &c. ut supra. Positae sunt autem praedictae Terrae in Episcopatibus Suanensi, Urbevetano, Tuderino, Clusino, juris beati Petri & Sanctae Romanae Ecclesiae. Ad tenendum, utendum, fruendum, meliorandum, & sicut dictum est, tenendum, possidendum, pro eo quod hominum nobis fecistis, & fidelitatem nobis nostrisque Catholicis successoribus & Sanctae Romanae Ecclesiae jurastis, & servatam omni

omni tempore & omnibus personis servare, exceptis publicis latronibus, & inimicis Ecclesiae Romanae & vestris. Ita tamen si formam peregrinorum non portaverint. Et treguam jurare & observare promissistis, si alii compares vestri juraverint, & observaverint. Roccam Sancti Stephani custodiendam damus Scavlatano de Radicosano & Orlandino fratri suo, & filiis Beligi. Et si fidelitatem nobis fecerint, cum expensis vestris per quinque continuos annos. Tali conditione, quod si aliquâ causâ in strata offenderitis, & infra octo dies requisiti non emendaveritis, tunc praenominata Rocca Sancti Stephani in jure & dominio beati Petri absolute remaneat. Si vero in tregua vel contra Hospitales, Templares, Clericos, Monachos offenderitis, & infra quindecim dies requisiti non emendaveritis, tunc praenominata Rocca Sancti Stephani in jure & dominio beati Petri remaneat. Ecclesias, Clericos, Monachos de Terra vestra ita fovebitis & servabitis, sicut alii nostri Fideles suas Ecclesias, Clericosque suos & Monachos servant. Nulli alii pio Loco concessionem istam in partem vel in rotum dabitur vel alienabitur, nec alicui personae vendetur seu alienabitur, priusquam Domino Papae, qui pro tempore fuerit, & Sanctae Romanae Ecclesiae, justo videlicet pretio minuendo in duodecim denariis pro unaquaque Libra. Quod si emere & alienationem ipsam recipere noluerit, dabitur ei superscriptum commodum, & vendetur seu alienabitur tali personae, quae nobis placeat, sine malitia; salvo semper jure & dominio beati Petri & Sanctae Romanae Ecclesiae. Guerram & pacem per personas vestras & praedictas Terras ad mandatum Romani Pontificis & Roma-

nae Ecclesiae facietis vos & filii vestri. Filii vero & generi vestri, qui Terras ipsas, partemve earum tenebunt, nobis, nostrisque catholicis Successoribus fidelitatem & hominum, guerram & pacem ad mandatum nostrum, nostrorumque Successorum facient; treguam, stratam, Ecclesias, Hospitales, Templares, Clericos, & Monachos se non offendere jurabunt. Alioquin si qui ita non fecerint, sive quid adversus ea fecerint à jure nostrae concessionis expertes remanebunt. Nos autem & nostri Successores defendere promittimus ab omni homine, si necesse fuerit, secundum officium nostrum.

Britonovii Castrum, nunc Episcopali Cathedra ornatum, spectabat olim ad Ravennatem Ecclesiam. Verum vel ipsis antiquis temporibus Comites habuit, quibus investituram Ravennates Archiepiscopi tradebant, ut constat ex postremis tabulis Hugonis Comitum Castri Britonovii, scriptis Anno 1029. quas evulgavit Rubeus in Historia Ravenn. Perrexerunt Comites illic dominari; quibus verò conditionibus collatum fuerit ejusmodi Feudum, non ingratum Lectori erit ediscere è Charta, cujus Rubeus ipse mentionem fecit, & quam ex Chartophylacio Ravennatis Archiepiscopi descriptam mihi obtulit amicissimus Gherardus meus. Atque ex his lucem accipient, quae Boncompagnus tradit in Libro de Obsidione Anconae, Tomo VI. Rer. Italicar. de Comitissa de Bretenorio, ejusque unico Filio, ac diffidia, quae ob hoc idem Castrum oborta sunt inter Alexandrum III. Papam & Fridericum I. Augustum post pacem Venetam. En verò Chartam ipsam.

Investitura Castri Brittonorii concessa Cavalcaconti Comiti  
à Gualterio Archiepiscopo Ravennate, Anno 1130.

**I**N Dei nomine. Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Tricesimo, VII. mensis Julii, Indictione VIII. Constat me Donnum Gualterium, quamvis indignus sancte Ravennatis Ecclesie Archiepiscopus, locasse & concessisse tibi Cavalcaconte Illustrissimo Comiti Castri Brittonorio, tuisque filiis legitimis tantum, hoc est Castrum Brittonori cum toto suo tenimento, cum montibus & collibus, cum plogetis & pascuis, viis & semitis, cum angariis & perangariis suis, cum villis & villanis, sicut videtis nunc detinere in manibus, aut etiam aliquis vobis tenet. Quod si filios masculos non habueris, in nostro Archiepiscopatu redeat. Mortuis itaque predictis personis, si nepotes masculos habueritis, iterum cum superscripta & subscripta conditione eis locetur. Pro eo quod centum Libras bonorum Denariorum Lucensium nobis tribuis coram subscriptis personis. Et quando at Curiam Domini Papae ego aut successores mei ire voluerimus, nobiscum venies cum expendio, quantum in victualibus. Et quando super inimicos nostros ostem facere voluerimus in partibus Romanie, cum centum militibus in nostro servitio venietis & cum trecentis peditibus. Si citra Padum exercitum fecero, cum viginti militibus ad nostrum servitium venietis. Et quando placuerit Deo, ut alium Archiepiscopum eligatur, infra triginta dies fidelitatem ei facietis & cum ipso ad ejus expendium, quantum in victualibus, ad consecrationem illius ibitis. Secretum, quod tibi patefaciemus nulli notificetis ad nostram damnationem. Et si audieritis de nostro danno, aut de amissione vite, aut de

**A** persona nostra, quamcunq; poteris per tuum Nuntium nobis notificare studebis. In morte vero tua equos tuos & omnia tua arma mihi, vel successoribus meis per tuum Nuntium mittatur. Et pro eo quod multum mihi & successoribus meis servire promittis, & precibus tuorum Militum, & nostrorum Fidelium, remittimus tibi tertiam partem de pensione, quam antecessores tui nostro Archiepiscopatu reddere solent, & in festivitate Sancti Apollinaris octo Maraborinos dare pro pensione nobis promittis. Et si per biennium vestra culpa steterit quod pensionem non solvatis, cadatis a superscripta locatione. Et obligamus nos ad invicem superscripti, videlicet ego Archiepiscopus Gualterius, & ego Cavalcacontes, omnia superscripta inter nos firma & rata tenere omni tempore ab omni persona legaliter, & contra non venire, & omnia adimplere. Quod si hoc distulerimus vel agere, vel causare, vel contendere, vel minuire presumerimus, tunc dare & componere promittit pars parti servanti fidem legitime centum boni auri Libras; & post penam solutam hec Carthula firma permaneat.

**B** Actum in Sarsena feliciter.

Signo manuum superscripti Archiepiscopi & Comitis, qui hanc Carthulam fieri rogaverunt.

Signo manuum Rodulfi de Pontemarino, Petro de Peratiffi, Maibrani de Vessa, Petrus de Monte de Petra, & Rodulfinus de Ponte, & Landulfus Bulgarus, & Pastalca, qui rogati sunt testes.

**C** Ego Berardus Judex & Notarius ex mea parte recognovi & complevi.

Dixi,

**D**xi, Marchionibus quoque, Comitibus, ipsisque Vassis Regiis in more fuisse minoribus conferre Feuda, quibus augebant sibi Fidelium & commilitonum numerum, quum suscipiendum erat bellum. Id supra ostendi factum à *Marchionibus Estensibus*. Paria fecisse *Marchiones* quoque *Malaspinas* nunc ostendam, productâ divisione ditionum inter eos factâ, in qua eorum Vassalli memorantur.

**A** Informe sane exemplum hujus Charitæ accepi: attamen satis erit ad dignoscendum, quam late olim Nobilis ea gens dominaretur, de cujus vetusta gloria mihi sermo fuit in Par. I. Antiquitat. Estens. & plura aliquando dabit nobis nobilis vir Joseph Marchio Malaspina, Abbas Commendatarius Sancti Marciani Derthonensis, & Consiliarius Augustissimi Caesaris.

### Divisio bonorum inter Conradum & Opicinum Marchiones Malaspinas, Anno 1221.

**I**N nomine Domini, Amen. Anno à Nativitate ejusdem MCCXXI. die Martis VIII. exeuntis Augusti, Indictione V. in praesentia infracriptorum testium. Dominus Conradus filius quondam Domini Opizonis Marchionis Malaspinæ ex una parte, nec non Dominus Opicinus filius quondam Domini Juliani Marchionis Malaspinæ ex alia parte, divisiones inter se volentes facere de eorum Podere de eo toto, quod habebant ac tenebant, ac pro eis habebant & tenebant in Archiepiscopatu Januensi, & seu in Episcopatu Lunensi, & in Episcopatu Brugnatenensi, tales partes fecit dictus Dominus Conradus, ut hic inferius scriptum est, ex quibus dicto Opicino elebam dedit, ut, quam vellet, acciperet, & aliam sibi dimitteret. In prima vero parte posuit totum illud, quod est, sicut flumen Macrae exit de Monte, usquequo intrat in Mare, & Malatium cum illud toto, quod est ab alia parte Mulatii, & Villamfrancam cum eo toto pasco ac usibus & conditionibus & tenentis, quos tenuerunt, & possident a X. citra illi de Villafranca, & cum Juxtamontem & Guardavilla filii Gnozini, & cum omnibus Vassallis de Pon-

Tom. II.

**C** tremulo, & cum Vassallis de Vezano, & cum eo toto, quod ipsi Vassalli tenent ab ipsis Marchionibus ab utraque parte Macrae, & omnes Vassallos, qui de Arcula sunt, & Vassallos de Ponzano & Lagnito cum eo toto, quod tenent extendendo confines praedictae partis ab illa parte, ubi situm est Mulatium usque ad insula Sestri, & ab Alpibus usque ad Mare: cum omnibus rationibus & honoribus ad ipsos Marchiones eisdem finibus pertinentibus, & Orlandum de Buzano cum eo toto, quod habet & tenet. In secunda vero parte posuit illud totum, quod est ab alia parte Macrae, scilicet illud in totum, sicut tenet & vadit usque ad Macram a loco, de quo exit Macra, ac confinatur usque ad Lavenzam, extendendo confines usque ad Castrum Vetulum in Garfagnana, cum omnibus Vassallis, quos ipsi Marchiones habent in Garfagnana, & cum Dominis Garfagnanae, & cum illis de Dallo, & Valvesneria, & cum Blancis, & cum omnibus aliis Vassallis ac rationibus, qui & quae sunt infra dictos confines, & Verugulam cum omnibus suis rationibus, & Avulam, & Jacobum, & Guliermirum conjunctos. Salvo eo expresso acto, quod scilicet,

**Y**

licer, si haec pars devenerit ad Dominum Conradum, quod Dominus Opicinus teneatur expedire Domino Conrado Verugulam a Rubeo, & ab omni homine & persona, ac obligatione, nec habere possit Dominus Opicinus, ut supra, aliquid in Villafranca, donec Verugula foret ab eo expedita. Et ita quod pedagia omnes debeant communes esse, quae sunt in Episcopatu Lunensi a quacumque parte Macrae, seu colligerentur, & illi, qui hanc partem habebat, licentiam & potestatem dicta pedagia colligendo in Villafranca, vel alibi, uti voluerit, intra quam per jurisdictionem, quae sunt in parte unicuique sint in illius parte, cujus devenerit. Ita tamen quod terrae & possessiones remaneant in Vassallos, & Vassalli recognoscant & teneant Feudum ab eo, in cujus erunt vel venerint, quis iurisdictione esset alterius. Et si Dominus Opicinus, aut Pater, plus in Feudum dedit vel obligavit, aut alienavit, intrata debeat dictum plus Domino Conrado adaequare. Et si Dominus Conradus plus in Feudum dedit vel alienavit seu obligavit, debeat Dominus Opicinus de plus adaequare. Alii vero Vassallos de strata sive pedagio communes sint, & in communi remaneant tantum, quantum est pro facto pedagii de Sermii; & ita tum quod nullis, & ipsis Marchionibus debent, & jurare seu societatem facere cum aliquo loco vel Terra, seu Civitate aut hominibus vel personis. Et salvo quod Dominus Conradus possit Feudum a Lunensi Episcopo Patri recipere, & ejus Vassallus esse, sicut Dominus Opicinus habet, vel Pater habuerit & fuerit sub aliquo ingenio vel modo aut conditione aliqua, quae posset cogitari vel dici: aut quod deberet esse Civem aut Burgensem aut Habitorem alicujus Terrae; etiam ac nullis ex ipsis Marchionibus debent acquisitum aut ajutum

A facere in parte aut Terra seu Podere alicujus, vel ex suis hominibus seu habitatoribus in sua Terra recipere, tenere vel manutenere contra aliquem per se vel per suos heredes, aut Terra aliquam aliam personam sub aliquo modo vel ingenio, nec ab eo vel illis. Qui autem fecerint, & id fecissent ex eo Podere vel rebus, vel facere audeat ab aliquo, qui confusat cum parte alicujus, vel alicuius, qui cum eo vel eis constaret. Et Massa in communi remaneat, & commune sit illud totum, quod ibi habent vel habuissent, quocumque modo haberent vel habere possent, & in ajuta, quae fecerint vel facere possent inter flumen Arculae & flumen Macrae, sicut Arcula venit & intrat in Macram, & usque ad Portam Bertatiam, in commune restituendo expensas unus alicui, & unus debeat alium appellare, cum venerit ad ajuta faciendo. Et si in ajuto stare voluerit, debeant concordēs esse. Et si unus recusaverit, alius possit agere, & unus alium teneatur adjurare.

D Illud denique in Feudorum argumento animadvertendum est, Vassallos, ut antea monui, vetustis Saeculis fuisse non paucos, qui non tantum Militiae causā a Senioribus in Vassaticum recipiebantur, sed etiam aliud quodpiam Servitium, sive Honorificum, sive Oeconomicum, praestarent. Id quoque observatum perpexi vel post Feudorum institutionem. E Nam in Aula Regum, aut in domibus Episcoporum, Marchionum. Comitum &c. unaquaeque Dignitas ac munus, etiam infimum, suum peculiare Feudum adnexum quandoque habebat, quo fruebatur quisquis ad illud munus delectus erat, & fortasse quousque eodemungebatur. Itaque Regum & Principum bona non pauca live in Feudum concedebantur,



337  
 tur, ut inde Militiae, aut Honoris, aut Ministerii alicujus servitium Vassifi redderent. Sive in Emphyteusim dabantur, atque inde certi reditus aut pecuniae, aut frugum percipiebantur. Dignum est, quod ab omnibus legatur alterum fragmentum Chronici Mediolanensis ab Anonymo conscripti, quod paullo ante commemoravi. Inter ea, quae ex eodem Chronico tanquam superflua omisi, hoc etiam ad posteros transmittendum servavi. Idem igitur Auctor ad Annum MCCX. de Ottone IV. Romanorum Rege Mediolanum profecto agens, haec habet: *Concessit in Feudum illustri Militi Guliermo de Pusterla Civitatem Astensem, & suum Vexillum, in quo est Aquila nigra in campo glauco. Iste Guliermus fuit vir tantae prudentiae, ut cum esset ignarus literarum, omnes Legistas disputando superaret. Ubertum de la Cruce fecit Comitem de Benaf. Similiter & Leonardum fratrem suum virum prudentissimum. Hic Otto, quum vellet Padum transire, Comites Sanctae Floris, quorum Oppidum principale erat Basilianum in ripa Ticini, Imperatorem conducere ex Feudo debito tenebantur ultra Padum. Comes autem Sanctae Floris videns Padum congelatum, terram & paleis vadum Padi cooperuit, & Imperatorem cum toto exercitu ultra Padum transduxit: quo comperto Imperator intelligens, quod malitiose fecisset, ut ipsum cum suo exercitu suffocaret, eum decapitavit, ejus prolem exbannivit, qui iverunt in Tusciam. Tunc Imperator dotavit Monasterium de Morimondo magnis possessionibus & Privilegiis, & instituit Abbatem Comitem de Basiliagiano in Ducatu Burgariae. Et tenetur ille Abbas Imperatori omni anno in uno Floreno auri ratione Feudi. Isto Anno Ubertus Archiepiscopus mandavit Algiso Camerario, Lanfranco*

A & *Arialdo de Badagio, quod inquirerent sub sacramento à Nigvo Pusca, Anrico Facionis, & à Terragalo, de omnibus, quae spectant ad Archiepiscopum Mediolani. Et confectus est unus Liber, sive Chronica, vel Commentarium, in quo continetur, quot Albergarias habet Archiepiscopus in Comitatu Mediolani: & quantum debet recipere de blado, vel quantam pecuniam, aut quot capones, aut quot piscarias, vel ligna. Et ibi sunt scripta nomina locorum & personarum, quae tenentur hoc facere. Et sunt ibi scripta multa, quae sibi debentur ultra Padum, & Bergolio. Et qui sunt illi, qui debent eum associare usque Romam. Et de Officialibus ejus, & Portenariis domus Archiepiscopi, sive Ostiariis, qui sunt quatuor, qui dicuntur Valvasores: Pistores sex: Marescalchi septem. Item ibi fit mentio de Archibectore Archiepiscopi, & Lavanderiis, Ambasciatoribus, Sartoribus, Infertoriis, Claviculariis, Portenariis, Sutriis, Giugiariis, Boliaviis. Et de Monacha, quae debet scopare Ecclesiam; Piscatoribus, Pecorariis, Releporiis, Pictore, Curvatre.*

D Viden, quot famulis tum nobilibus, tum ignobilibus tunc abundarent Archiepiscopi Mediolanenses, quorum singuli decentia Feuda pro ministerii sui aut sublimi, aut inferiore gradu à Domino suo recipiebant. Neque aliter factum puto à celeberrima Comitissa Mathilda. Evulgavit Bacchinius in Appendice ad Histor. Monasterii Padolironensis pag. 104. ejus tabulas, sub finem vitae scriptas die 4. Maji Anno MCXV. in quibus eidem Coenobio se elargiri dicit omnia, quaecumque habeo in Pigognaga, mobilia & immobilia, & omnes Vassallos meos, videlicet Fabros, Canevarios, Brentarios, & illos de Pado, & omnes alios, cujuscumque servi-

vii sint, praeter Capitaneos & Vavassores de praedicto loco Pigognaghæ. Qui fuerint Vassalli Fabri, nemo non intelligit. *Canevarii* mihi sunt, qui Cellae Vinariae curam habebant: hanc enim *Canevam* & *Canavam* antiqui Auctores Du-Cangio teste appellarunt. Eam Tusci ignorare videntur, \* at nos Lombardi retinemus. Du-Cangius idem in Glossar. Latin. *Feudum Canevae* idem fuisse censet, atque *Feudum Camerae*. Cur haec ille scripserit, nondum intelligere potui. *Brentariorum* nomine Bacchinius significari censuit *Brennarios*, quo nomine olim designati, quibus canum venaticorum pascendorum cura fuit. Ego *Brentarios* eosdem puto, ac qui Mutinae & alibi adhuc appellantur *Brentadori*, qui nempe deferunt *la Brenta*, sive amplum vas ligneum, in quo de uno in alterum locum suis humeris Vinum transferunt. Vicina vox *Canevarios* hanc ipsam explicare videtur. *Capitanei* & *Vavassores*, in Charta Mathildis memorati, nobiles Vassallos designant. Reliqui fuere

B quidem Vassalli, sed ignobiles. Eorum propterea Feuda non ejusdem speciei fuere, ac Feuda Nobilium: qua de re videndi Jurisconsulti in Feudorum argumento versati. Illud satis sit nobis animadvertisse, praeter Servitium Militare, Servitia alia fuisse, propter quae etiam Feuda tradebantur, & Vassalli constituebantur. C Sed qui forent olim hac in re Italico- rum mores, nusquam luculentius appareat, quam inspectis officiis domus Patriarcharum Apuilejensium. Ii sane, si Romanum Pontificem excipias, reliquos in Italia Principes Ecclesiasticos post se relinquebant amplitudine temporalis imperii, eamque illi usque ad Saeculum XV. continuarunt. Innumera paene dixi, erant, ac multiplicis generis Feuda ab ipsis Patriarchis profecta, quae nosse \*\* Eruditae gentis minime poenitebit. Habeo in hanc rem Commentariolum adhuc, ut reor, luce carentem, quem mihi Bibliotheca Estensis suppeditavit: ego verò cunctis communem haec volo.

## T R A.

- \* Et Florentiae, & in omnibus ferme Etruriae Urbibus & Oppidis etiam nunc Cellae penariae, & loca praecipue, in quibus Vina venundanda adservantur, *Canove* appellari solent, uti & antiquitus. *Vocabularium della Crusca* ad hanc vocem: *Stanza*, dove si ripongono i Vini, gli Olj, e le altre grasce; lat. *Cella penaria*. Gio: Vil. l. 12. c. 72. e poi si scribeva la mattina a cenno della campana grossa de' Priori a più Chiefe, e *Canove* per tutta la Città. E l. 10. c. 122. fornì di grossa quantità di moneta la *canova* ec. Plut. e teneva quel Castello come *canova* dell'oste. Et alii quamplures Tuscae linguae Scriptores optimi. Unde ergo, quam vocem Tusci ignorare videntur, eam Lombardi retinent?
- \*\* Amanuensium forte oscitantia pro *Eruditam gentem*, aut quid simile.

# TRACTATUS DE FEUDIS

O L I M

PER PATRIARCHAM AQUILEJENSEM  
CONCESSIS.

*De triplici genere Feudorum Patriae.*



Triplex in Foro  
Julii Feudum  
esse dignosci-  
tur: Rectum &  
Legale, Habi-  
tantiæ, & Mi-  
nisteriale, non  
à Patriarchis so-  
lum, sed ab Oppidanis quoque con-  
ferri solitum. Vassallos Patriarcha  
scribens appellabat pro qualitate  
Feudorum, ut qualia quisque pos-  
sideret, ex inscriptione Literarum  
animadverti posset, quemadmodum  
Odorico Sufanio referente Gabriel  
Cremonensis scriptum reliquit. Scri-  
bæ ambo Patriarchales fuerunt: nam  
vix unus mihi citandus est, qui  
Tabellionicam non gesserit, quum  
in confesso sit, nullum hominum  
genus Scribis fidelius inveniri. Pa-  
triarcha iis *Liberorum* deferebat ti-  
tulum, quibus *Recti* Legalisque

A „ Feudi Oppida contigerant, ut Pur-  
„ lilianis, & Pratenfibus. Et si Feu-  
„ da simul & Ministerii possiderent,  
„ addebat *Fidelibus & Ministerialibus*  
„ *Pulceniciis, Villaltheis, Castillerianis,*  
„ *Strasoldiis*. Literarum autem, quas  
„ ad *Habitatores* missitabat, hæc e-  
„ rat inscriptio: *Gastaldioni & Ha-*  
„ *bitatoribus* Aviani, Sancti Viti,  
B „ Methunæ, Tricesimi, Sancti Da-  
„ nielis, Faganeæ, Tulmetii. Ad-  
„ scribebat & *Ministeriale* nomen,  
„ quibus id genus Feudum contigif-  
„ set, ut *Habitatoribus & Ministeria-*  
„ *libus* Attimiis, Sophumbergensibus,  
„ Mossanis, Carisacensibus. Qui ve-  
„ rò uno *Ministerii* Feudo donati e-  
„ rant, eos Literarum inscriptione  
C „ sic recensebat: *Ministeriales* è Mon-  
„ te Regali, Maniacenses, Toppanos,  
„ Pinzanenses, Ragoneates, Spellim-  
„ bergenses, Valvasonenfes, Sbroya-  
„ vachas, Salvarolos, Fratinates, Per-  
„ sos, Osopanos, Legianos, Soclevios,  
„ Liventios, Artheneates, Pramper-  
„ genes,

„ genfes, Buyanos, Melfios, Collo-  
 „ retanos, Caporiacos, Vendoyanos,  
 „ Treppios, Carifacenfes, Rodelia-  
 „ nos. Porro magnis multisque Feu-  
 „ dis honeftati nunc meâ quidem fen-  
 „ tentiâ videntur illi, qui progeni-  
 „ tores nequaquam gregarios fortiti  
 „ funt, quoniam fide, à qua dedu-  
 „ citur Feudum, virtuteque cum do-  
 „ mi tum foris plurimum enituiffent.  
 „ Verum fi ea majorum virtus non  
 „ derivavit in pofteros, ratio non  
 „ conftat ulla, qua *Habitatores*, qui  
 „ fe magnis in rebus in confultando  
 „ praefertim ac deliberando longe pru-  
 „ dentiores praefent, inferiores ipsis  
 „ *Liberis* ob Feudi titulum, feden-  
 „ dive ordinem judicemus, aut *Mini-  
 „ fteriales Habitatoreibus* obfcurores.  
 „ Quoniam verò pusillis vilibusque  
 „ Feudis nonnulli ex Castellanis non  
 „ abftinebant, factum eft, ut humi-  
 „ li loco orti ad capiendum Feudum,  
 „ Rectum praefertim & Legale, mi-  
 „ nus idonei haberentur, imo ab eis  
 „ repellerentur, veluti non haben-  
 „ tes, quemadmodum objiciebatur,  
 „ Feudi Manum, & indigni prorfus,  
 „ qui ullâ dignitatis umbrâ frui pos-  
 „ ſent, ut teftes funt Gubertinus No-  
 „ vatus XVI. Calendas Februarii  
 „ MCCCLIII. & Nicolaus Civita-  
 „ tenfis III. Idus Augufti MCCC.  
 „ XXXV. Certum profecto eft, quod  
 „ à Feudis Rectis & Legalibus ob-  
 „ tinendis humiliores Patriarcha dem-  
 „ ſerat: eos tamen neque Castellani,  
 „ qui praecipue de excellenti muni-  
 „ ficentia commendari cupiebant, ne-  
 „ que Viri Eccleſiaſtici aliquo con-  
 „ ſpiciui Sacerdotio, ullo tempore re-  
 „ jecerunt. Quibus enim interdicta  
 „ non eft alienatio rerum ſuarum ut  
 „ inſtar Principum vel Regulorum  
 „ uſurpent ſibi pro arbitrio jus con-  
 „ ſtituendi, conferendique Feudi per-

A „ miſſum eſt. Quod mihi proban-  
 „ dum eſt auctoritate veterum Scri-  
 „ barum, qui fidem impleant. Sed  
 „ quod Patriarcha Feudi triplicis con-  
 „ ferendi poteſtatem haberet, confer-  
 „ reque conſueviſſet, ſciens praeter-  
 „ mitto, ratus nihil ineptius eſſe,  
 „ quàm quod nemo neſciat, nec ex-  
 „ peſtatione dignum eſt, ſcriptis tra-  
 „ dere velle.  
 B

*Quod Caſtellum darent in Feudum  
 Rectum & Legale.*

„ MCCCLVI. Calendis Januarii,  
 „ Franciſcum Savorgnanum Nicolai  
 „ filium conceſſiſſe Jacobo Civita-  
 „ tenſi Leonardi filio Fundum ac  
 „ Decimam in Agro Galleriani ti-  
 „ tulo Recti Legalisque Feudi, au-  
 „ ctor eſt Nicolaus Franciſci Civi-  
 „ tatenſis.  
 C

„ MCCCLXXXVIII. ſexto Calen-  
 „ das Auguſti, Doymum Caſtellium  
 „ Odorici filium duos in Villaorba  
 „ Fundos Nicolao Rudpreti Fageta-  
 „ no perpetuò poſſidendos pari jure  
 „ tradidiſſe, teſtis eſt Candidus Van-  
 „ nius Tercentanus.  
 D

„ MCCCXCVIII. ſexto Nonas  
 „ Maji, Meynardum Villaltheum Lu-  
 „ dovici filium jure nequaquam di-  
 „ verſo auxiſſe Johannem Cergneum  
 „ Fundo in agro Paſiglani Sclaboni-  
 „ ci, Bernardus Erazachus docet.  
 E

„ Hinc colligas, priſcos illos Op-  
 „ pidanos generoſae indolis curaffe  
 „ ſibi Vaſſallos, praediis in Feudum  
 „ collatis, ut ipſe Patriarcha con-  
 „ ſueverat, ſolo pertractos nomine  
 „ liberalitatis & gloriae, quae ad ra-  
 „ tionem dominandi ſic pertineret,  
 „ ut à fide tamen tentarent num-  
 „ quam abducere, ſi quos ipſe Pa-  
 „ triarcha ſibi Vaſſallos paraſſet. E-  
 „ rat innata ad dominandum alacri-  
 „ tas, & ad arma libido quotidie  
 „ „ magis

„ magis infervescere, quamvis ali-  
 „ qui sane pauperes, multò tamen  
 „ gloriæ quàm rei cupientes, pala-  
 „ tia non haberent magnifice exstru-  
 „ èta, sed mansiones non forsan an-  
 „ ferariis meliores. Ecclesiastici opti-  
 „ mo intumescerent proventu, quem  
 „ minime sperabant in heredes tran-  
 „ sferri posse, liberius erigere Feu-  
 „ da, & in amicos erogare poterant.

*Quod Ecclesiastici concederent in Feudum  
 Rectum & Legale.*

„ MCCCXXXVI. pridie Idus O-  
 „ ctobris, apud Gubertinum legi-  
 „ tur, ab Abbate Sextense Odoricum  
 „ Cucaneatem agris Bandi & Boo-  
 „ gnini, Feudi jure Recti Legali-  
 „ sique donatum fuisse.

„ MCCCLXXXI. sexto Idus De-  
 „ cembri, tradit Nicolaus Franci-  
 „ sci, ab Abbate Belliniensi Henri-  
 „ cum Formentinum Leonarducii fi-  
 „ lium quodam Fundo in Mediuza  
 „ insignitum fuisse.

„ MCCCXCIII. decimoctavo Ca-  
 „ lendas Aprilis, apud eundem legi-  
 „ gatur, Janum & Nicolaum Philip-  
 „ pi filios ab ipso Abbate quibusdam  
 „ ejusdem Pagi agellis Feudi nomi-  
 „ ne honestatos fuisse.

„ Ad Feuda autem exercitiis pro-  
 „ eorum natura congrue definitis al-  
 „ legebantur, quoties occasio incide-  
 „ bat, non aetate minores, aut ul-  
 „ la debilitate insignes, sed qui in-  
 „ servire Dominis tam bello quàm  
 „ pace idonei forent, à quibus se  
 „ numquam dilapsuros jurabant, ne vi-  
 „ derentur umquam fidem cum fortuna  
 „ mutare velle. Ad quos verò simul  
 „ atque Feudetarii fato functi fuissent,  
 „ recta legaliaque Feuda devolvi debe-  
 „ rent, disputandum relinquo nostris  
 „ Jureconsultis, quorum ut quisque  
 „ callet optime Leges, ita consulere

„ prudentissime consuevit, & in fo-  
 „ ro patrociniū impertire, quum  
 „ plures de successione contendunt.  
 „ Exempla proferam, unumquemque  
 „ sibi Feudi alienandi licentiam quon-  
 „ dam pro arbitrio defumisse, ta-  
 „ met si Patrum decreto Legeque diu  
 „ summotam constat. Unde nulla  
 „ Feudorum ratio, quae Oppidani,  
 „ Civesque conferebant, colligi, vel  
 „ haberi amplius potest, usque adeo  
 „ in alienando Vassalli diligentes, in  
 „ tuendo Domini negligentes fuerunt.  
 „ Quod autem & Cives conferrent  
 „ aliquando, in Caput ab hinc quar-  
 „ tum alienationis rejicit.

*Quod Feuda Patriarchalia Recta & Le-  
 galia alienarentur.*

„ MCCXCIV. tertio Calendas A-  
 „ prilis, Rudpretum vendidisse Utuf-  
 „ sio de Portis fundum in Camino  
 „ jure Recti Legalisque Feudi Pa-  
 „ triarchatus, auctor est Antonius  
 „ Civitatenfis.

„ MCCCXIII. octavo Idus Janua-  
 „ rii, Adalpretum Cucaneatem ven-  
 „ didisse Geroldo Eberstain fundos  
 „ octo in Crauglo cum agnorum de-  
 „ cimâ porcorumque, idem.

„ MCCCXXVII. tertio decimo Ca-  
 „ lendas Octobris, Paulum Boyanum  
 „ Civitatensem Henrico Strasoldio  
 „ vendidisse fundum quemdam in  
 „ Crauglo, idem.

„ MCCCXXXI. octavo Idus Julii,  
 „ Henricum Ragoneatem Ulvini fi-  
 „ lium vendidisse Nicolao Johannis  
 „ Blasiolae Civitatenfis fundum in  
 „ pago Sancti Danielis, quem Pu-  
 „ teum vocant, idem.

*Quod Feuda Ecclesiasticorum Recta  
 & Legalia alienarentur.*

„ MCCCXIX. pridie Calendas O-  
 „ ctobris, Nicolaum Candidi Can-  
 „ nalisii

„ nuffii filium ab Odorico Longo  
 „ Civitatensi emiffe fundum in Cor-  
 „ nu, jure Recti & Legalis Feudi  
 „ Abbatiae Rosacensis, idem Au-  
 „ ctor est.

„ MCCCXXXV. quinto Calendas  
 „ Februarii, à Candido Cavallerii  
 „ filio de Gallano fundum fuiffe ven-  
 „ ditum in Praedemano jure Feudi  
 „ Recti & Legalis Praepositurae San-  
 „ cti Stephani Aquilejensis, Nico-  
 „ laus Civitatensis docet.

„ MCCCLVII. sexto Idus Janua-  
 „ rii, à Johanne de Cornu Peregrini  
 „ filio Tabellione vendita fuiffe  
 „ jugera quaedam in Cornu jure Re-  
 „ cti & Legalis Feudi, idem.

*Quod Feuda Castellavorum Recta  
 & Legalia alienarentur.*

„ MCCXCV. sexto Calendas Fe-  
 „ bruarii, ab Henrico Butriano ven-  
 „ ditos fuiffe Jacobo de Oleis fun-  
 „ dos duos in Riuda jure Recti &  
 „ Legalis Feudi de Mimillano, quod  
 „ est Histriae Oppidum, Antonius  
 „ Civitatensis monet.

„ MCCCXII. quarto Idus Augu-  
 „ sti, à Covatto Civitatensi vendi-  
 „ tam fuiffe Henrico Sbrullio Ribisi  
 „ filio Decimam quamdam in Cor-  
 „ mono jure Recti & Legalis Feudi  
 „ Domus Castelli: & eo Anno Lau-  
 „ rentium Henrici Warettae Civita-  
 „ tensis filium emiffe à Laurentio Bu-  
 „ triano Hermanucci filio fundum  
 „ in Manzinello jure Recti & Lega-  
 „ lis Feudi Jacobi Johannis de Fon-  
 „ tebono, idem.

„ MCCCXIV. tercio Idus Novem-  
 „ bris, Orardum Wecellonis filium  
 „ de Teyzano emiffe à Bertholotto  
 „ Notario Civitatense Decimam quam-  
 „ dam in pago Sancti Leonardi jure  
 „ Recti & Legalis Feudi Villaltheo-  
 „ rum, idem.

A „ MCCCXV. tertio Calendas A-  
 „ prilis, Varnerium Cucaneatem ven-  
 „ didisse Garritum Chiavoreti jure  
 „ Recti Legalisque Feudi Comitum  
 „ Goritiae, idem.

B „ MCCCLXIV. quinto Idus Julii &  
 „ Pertholdo Attrimio Henrici filio ven-  
 „ ditum fuiffe fundum in Braeteolo  
 „ jure Recti & Legalis Feudi Do-  
 „ mus suae Johanni Henrico, Fran-  
 „ ciscoque fratribus, prodit Beneve-  
 „ nutus.

*Quod Feuda Civium Recta & Legalia  
 alienarentur.*

C „ MCCXCV. octavo Idus Julii,  
 „ à Canduffio Cannuffio Andreae fi-  
 „ lio Civitatensi adscriptos fuiffe Feu-  
 „ di titulo Pagos Oblizzae & Jay-  
 „ nichi, nec non complura praedia  
 „ in Flumicello, Roda, & Lafisca,  
 „ Antonius Civitatensis schedis suis  
 „ nobis perspicuum reddidit.

D „ MCCCXIX. pridie Idus Janua-  
 „ rii, Wecellonem Meynardi Faga-  
 „ neatis filium Ulvino Cannuffio ven-  
 „ didisse, Nicolussioque Pertistayno,  
 „ fundum unum & semis in Pavia  
 „ jure Recti & Legalis Feudi Fede-  
 „ rici Andreotti Civis Utinensis, pro-  
 „ dit Benevenutus.

E „ Civis iste Utinensis, quamquam  
 „ mox cujusdam mulieris cognatio-  
 „ ne in Oppidanorum relatus ordi-  
 „ nem, videtur quondam sic egisse  
 „ Principem, & magnificentiam sibi pa-  
 „ rasse Vassallos, ut nec sane jura  
 „ prohibent, modo sit, qui ad eam  
 „ exercendam conferre se possit & ve-  
 „ lit. Quod autem aliquis alienandi  
 „ Feudi, vel relinquendi, antiquitus  
 „ veniam impetrasset, alicubi non  
 „ memini me legisse. Neque sibi  
 „ persuadeat quisquam, Praesules se  
 „ non aliquando convertisse ad im-  
 „ pediendam licentiam istam, cor-  
 „ „ suc-

„ vertisse ad impediendam licentiam  
 „ istam, consuetudinemque solutissi-  
 „ mam. Quum enim mos irroboras-  
 „ set, ut Feuda non raro etiam ju-  
 „ re proprii venderentur, quod quo-  
 „ dammodo non abhorrebat à furto,  
 „ ita justam Praefulis indignationem  
 „ trahebat, Nicolaus Patriarcha man-  
 „ davit inquiri, & accurate cavit,  
 „ ne quotidianis venditionibus usur-  
 „ parentur, & ne in demutandae na-  
 „ turae discrimen adduci amplius pos-  
 „ sent, ut Gubertinus scripsit MCCC-  
 „ LVII. octavo Idus Martii. Appa-  
 „ ret item apud Odoricum Sufanium  
 „ aliquod prohibitionis argumentum,  
 „ dum quosdam Papiæ fundos Re-  
 „ cti Legalisque Feudi articulis suis  
 „ defendit, ad Mensam Patriarcha-  
 „ lem devolutos fuisse, quoniam Hen-  
 „ ricus Sophumbergenlis non modò  
 „ non recognovisset, sed temere quo-  
 „ que tamquam proprios venditasset.  
 „ Adnotatumque est à Bernardino  
 „ Tarvisino à suburbio Divi Tho-  
 „ mae, Natalem Panceram Portus  
 „ Gruarii Civem, Procuratorem E-  
 „ piscopi, Vassallorumque Concor-  
 „ diae, quamdam produxisse senten-  
 „ tiam frequenti eorum consensu la-  
 „ tam MCCCII. septimo Calendas  
 „ Novembris, qua cuilibet Feuda  
 „ ipsius Ecclesiae pro animâ judi-  
 „ canti, quum fatalis dies urgeret,  
 „ poena privationis indicta erat; ne  
 „ quis Feudis hujusmodi Rectis &  
 „ Legalibus pacto ullo abuti posset.  
 „ Quamquam verò emtor pendere  
 „ poenas privatione cogendus esset,  
 „ satis tamen habebat Praesul pri-  
 „ vare, sumtis simul pluribus caus-  
 „ sis, ne quid benignitatis & cle-  
 „ mentiae sibi deesset. Exstat In-  
 „ strumentum manu Johannis Sufanii  
 „ septimo Idus Julii MCCCXCIV.  
 „ quo adversus Danielem Ungrispa-

Tom. II.

A „ cum omnes exsequitur causas, quòd  
 „ in tempore non recognovisset *Ha-*  
 „ „ *bitantiae Feudum*: quòd non inco-  
 „ „ luisset; quòd alienandi jure non  
 „ „ impetrato licentiam sibi arripuis-  
 „ „ set. Quidquid autem sit de alie-  
 „ „ natione aut simpliciter vetità, aut  
 „ „ nonnisi consulto Praefule, & au-  
 „ „ ctore, supersunt affatim apud ve-  
 „ „ rustiores Scribas exempla aliena-  
 „ „ torum Feudorum cujuscumque ge-  
 „ „ neris, & usque adeo crebra, ut  
 „ „ ne quidem hodie à propriis fecer-  
 „ „ nantur, & à plerisque non parum  
 „ „ multa antiquis patrimoniis refe-  
 „ „ rantur accepta, ut quantum inde  
 „ „ detrimenti Patriarchis acciderit,  
 „ „ Ecclesiasticis, Oppidanis, & Civi-  
 „ „ bus, sit haud difficile aestimare.  
 „ „ Quapropter Senatam Inclytum ad  
 „ „ tantam reprimendam licentiam non  
 „ „ immeritò saepius provocatum per-  
 „ „ spicimus.

*Provisiones, ne Feuda alienentur.*

„ MCCCCLVI. decimoctavo Ca-  
 „ „ lendas Maji, exstat Decemvirale  
 „ „ Decretum, quo Feuda & Decimae  
 „ „ inter cetera alienari prohibentur,  
 „ „ nisi tres accefferint partes suffra-  
 „ „ giorum, & eorum quoque qui Se-  
 „ „ natum suppleant. Contrafacientes  
 „ „ multae quadringentorum Aureorum  
 „ „ obnoxii redduntur; cujus remissio-  
 „ „ nem, compensationem, dilationem  
 „ „ omnes ademtam sibi certiores fiunt.  
 „ „ MCCCCLIX. duodecimo Calen-  
 „ „ das Juuii, Leonardus Contarenus  
 „ „ Patriae Praeses Johanne Cifelino  
 „ „ procurante, cui Sophumbergi Prae-  
 „ „ fecturam (Capitaneatum appellant)  
 „ „ paulo ante habendam locaverat,  
 „ „ Edicto cavit, ne absque sui Ma-  
 „ „ gistratus auctoritate cuiquam lice-  
 „ „ ret agros distrahere, pro quibus  
 „ „ nihil Censu Fisco non deberetur.

Z

„ Affectus

„ Affectus hominis non parum pro-  
 „ batur, si curam magis duxit, ne  
 „ quid Fisco periret, quam ut ube-  
 „ rior ex Praefectura sibi quaestus  
 „ accederet.

„ MCCCCLXXV. decimo Calen-  
 „ das Octobris cautum fuisse planum  
 „ est, & Rogatorum quidem suffra-  
 „ giis, Ludovico Lauredano, Chri-  
 „ stophoroque Venerio, qui Feudis  
 „ praepositi fuerant, Legem ferenti-  
 „ bus, ut quaevis alienationes ubi-  
 „ que terrarum ac locorum arbitrato  
 „ Magistratum factae de bonis ju-  
 „ ribusque Fiscalibus rescinderentur.

„ MCCCXC. quinto Calendas  
 „ Februarii, Paulus Barbus Praefes  
 „ instituit, ut Scribae in ipsa Instru-  
 „ mentorum stipulatione contrahen-  
 „ tes quoscumque percunctarentur,  
 „ an bona, de quibus ageretur, Feud-  
 „ alia essent, seu ad Fiscum pacto  
 „ aliquo pertinerent. Si deprehendis-  
 „ sent, non solum à scribendo absti-  
 „ nere, verum etiam confessim Prae-  
 „ sidi denuntiare omnia tenerentur,  
 „ poenâ alioqui privationis ob tam  
 „ grave commissum afficerentur. Vi-  
 „ detur sane criminosè nimis inse-  
 „ ctatus honesti ordinis homines, ut  
 „ qui perpetuae privationis notam vi-  
 „ tare vellet, delatoris ignominiam  
 „ nihilominus foedaretur.

„ MDXIX. Idibus Martii, Bernar-  
 „ dus Donatus & Collegae Advocata-  
 „ tores & Syndici, quod paulo an-  
 „ te diximus à Contareno sancitum  
 „ olim fuisse de agris Fisci, vel ju-  
 „ ribus inconsulto Praefide non di-  
 „ strahendis, capti Reipublicae com-  
 „ modo exsequendum inviolabiliter  
 „ ultro praeceperunt. Quo tempore  
 „ Lazarus Mocenicus Patriam gu-  
 „ bernabat. Nulli antea defuerat re-  
 „ linquendi & vendendi facultas,  
 „ dummodo non personis Lege pro-

A „ hibitis, & quibus intra annum &  
 „ diem à coepta possessione titulus  
 „ novae recognitionis non accessis-  
 „ set; iis objecta dilatione & mora  
 „ simul & aliis pluribus causis au-  
 „ ferri Feuda poterant.

*Quod intra annum & diem  
 recognoscerentur.*

B „ MCCCCLII Feuda quaedam Ste-  
 „ phani Janisii Valvasonensis in Wyr-  
 „ co, Bracteolo, Gluittizzo, Sancto  
 „ Vidoto, Sancto Vito, Ceyuraya,  
 „ ac Sancto Laurentio juxta Valva-  
 „ sonum devoluta fuisse, quia intra  
 „ diem & annum recognita non fuif-  
 „ sent, & addicta alteri, testatur  
 „ Odoricus Sufanius.

C „ Sed approbemus, per alienatio-  
 „ nem absque Domini scientiâ sta-  
 „ tim devolvi Feudum. Fuisset quo-  
 „ que Legibus utique non reclamantibus  
 „ devolutum, quum Feudeta-  
 „ rius uxorem Principis adulterasset,  
 „ aut filiam stuprasset, vel moriens  
 „ heredem legitimum non reliquisset.

*Quod Feuda vacarent, sine prole  
 mortuo Feudetario.*

D „ MCCCXXXIX. undecimo Ca-  
 „ lendas Martii, Meynardum Pur-  
 „ lilianum & fratres auctos fuisse  
 „ Recto Legalique Feudo Rivolti,  
 „ propterea quod Johannes Goritiae  
 „ Comes, qui ab Aquilejensi Eccle-  
 „ sia recognoscebat, prolem reliquis-  
 „ set nullam, quae in eo retinendo  
 „ legitime perseverare potuisset, te-  
 „ stis est Gubertinus. Quod exem-  
 „ plum ex multis adduxisse sufficiat.  
 „ Videtur autem mulier expers  
 „ Feudi Recti & Legalis; quia se-  
 „ xui muliebri actiones bellicae non  
 „ conveniunt, & Feudum hujusmo-  
 „ di virile deposcit munus, ut in  
 „ militiam proficisci, Principem ar-

„ mis



„ mis adversùs hostes defendere. Prae-  
 „ sul verò defuncti affines, aut suos  
 „ malebat vacantibus Feudis augere,  
 „ quàm cum acri ipsorum indigna-  
 „ tione extraneos ad ea deposcere.  
 „ Locus & devolutioni erat, quum  
 „ quis fide praeter juramentum post-  
 „ habitâ, quod est super omne sce-  
 „ lus, rebellionis crimine notaba-  
 „ tur; quòd statum minuisset, po-  
 „ tentiamque Patriarchalem; quòd  
 „ ei parasset insidias; quòd evocatus  
 „ in hac saltem orâ arma sumere,  
 „ vel Principem suppeticas imploran-  
 „ tem pro statu Ecclesiae conservan-  
 „ do protegere, & de vita fortasse  
 „ periclitantem eripere, destinatâ ma-  
 „ litiâ contempsisset, quum Vassallo-  
 „ rum praesidio, qui animo sint ne-  
 „ que aegro, neque parum fideli,  
 „ tota fere pendeat Principis inco-  
 „ lumitas. Quibus casibus in demor-  
 „ tui aut rebellis locum ad vacan-  
 „ tia Feuda deligebat quemcumque  
 „ Praesul ipse venerabilis digniorem  
 „ sibi commodiorem existimasset.  
 „ Nec Feudum modò cujusvis gene-  
 „ ris, statim ubi factus fuerat cer-  
 „ tior, rebellibus auferebat, sed pro-  
 „ prium, quando nimirum fregerant  
 „ jusjurandum, & rectum legaleque  
 „ Domino officium exhibere negle-  
 „ xerant, quem non absque magnâ  
 „ prudentiâ adductum crediderim, ut  
 „ à praestando sibi recto legalique  
 „ officio Rectum & Legale Feudum  
 „ appellarit. Ego quidem scribo ve-  
 „ ra, & eo quidem consilio, ut ne-  
 „ minem prorsus laedam, & si scri-  
 „ pta publica, è quibus decerpo,  
 „ veritate nituntur, fides mea im-  
 „ probari, aut accusari non possit.  
 „ Et cur accusetur, si Scribae pu-  
 „ blici sint auctores, quibus, ut  
 „ Jura postulant, acquiescendum e-  
 „ rit?

A

*Quod per rebellionem locus esset vacationi.*

„ MCCLVI. octavo Idus Martii,  
 „ Ulvinum Sbrojavacha, proponen-  
 „ te vel accusante potius Asquino  
 „ Varnio, à Bertholdo Feudo, pro-  
 „ prioque dejectum, Johannes Lu-  
 „ picus refert.

B

„ MCCLXVIII. octavo Idus Se-  
 „ ptembris, Conrado Valvasone à  
 „ Gregorio fuisse ablata bona, uti  
 „ reo perduellionis factò, traditaque  
 „ Walterpertholdo Spellimbergensi,  
 „ idem.

C

„ MCCCXXX. quinto Idus Octo-  
 „ bris, Nicolaum & Jacobum fra-  
 „ tres Purcilianos à Patriarcha, qui  
 „ perduellionis ipsos judicaverat, bo-  
 „ nis Feudalibus propriisque priva-  
 „ tos; nec non Gueccellonem He-  
 „ berardi filium ad ea omnia de-  
 „ sumtum fuisse, Gubertinus.

D

„ MCCCXXX. septimo Calendas  
 „ Novembris, Nicolaum Moreti fi-  
 „ lium de Methuna, rebellionis ro-  
 „ mine notatum, Feudo, proprio-  
 „ que privatum; & Aymericum Ru-  
 „ gerii Petoyae filium ipsis honora-  
 „ tum, in Acta publica relatum le-  
 „ gimus.

E

„ MCCCXXXVI. decimo Calen-  
 „ das Aprilis, Hermagoram Phoebu-  
 „ sinum, Johannem Furlanum, Pan-  
 „ ceramque Turrianos pari caussa  
 „ damnationem tulisse, nec non Ca-  
 „ stelluto, aliisque Feudis à Ber-  
 „ trando depulso, & propriis si-  
 „ mul, Gubertinus ostendit.

„ MCCCXL. Aliis Caporiacis,  
 „ qui jussis Patriarchae pertinaciter  
 „ repugnassent, inustam rebellionis  
 „ notam, & ignominiae causâ a-  
 „ demtum Imulini Colliculum, Gu-  
 „ bertinus declarat.

„ MCCCXLVIII. quarto Idus Se-  
 „ ptembris, Rodulphum & fratres de

„ Portis, Henricum Formicam &  
 „ fratrem, Johannem Physicum A-  
 „ quilejensem, Franciscum Manza-  
 „ num, & Nicolaum Longum Ci-  
 „ vitatensem, ceu praedones publi-  
 „ cos & rebelles, qui in beati Ber-  
 „ trandi perniciem conspirarunt, pu-  
 „ blicato Feudo, proprioque, ne a-  
 „ licui residui rerum quicquam su-  
 „ peresset, damnatos fuisse, Domi-  
 „ nicus Zerbinus scriptis suis te-  
 „ statur.  
 „ „ MCCCLII. & MCCCLIII. quin-  
 „ to Nonas Martii, Johannem Franci-  
 „ scum Castellium perduellionis reum  
 „ factum, ac Feudo privatum, to-  
 „ tumque Nicoluffio Bartholomaei  
 „ Lucensis filio addictum, Guberti-  
 „ nus prodidit.  
 „ „ MCCCLVI. tertio Nonas Ju-  
 „ nii, Asquinum Varanum Artici  
 „ filium, & Ricardum ipsius fra-  
 „ trem, filiumque Tristanum damna-  
 „ tionem istiusmodi non evasisse, &  
 „ Coradellae, ac Zannuto filiis Bar-  
 „ tholomaei Militis de Sancto Da-  
 „ niele adscriptum quidquid Feudi  
 „ Recti & Legalis ipsi possedissent,  
 „ idem auctor est.  
 „ „ MCCCLXIII. Calendis Septem-  
 „ bris, Franciscum Strasoldium, co-  
 „ gnomento Plebanum, hominem pro-  
 „ fligatissimum fuisse, rebellemque  
 „ Aquilejensis Ecclesiae, publica Scri-  
 „ barum monumenta declarant.  
 „ „ MCCCC. septimo Calendas Ju-  
 „ nii, Franciscum Casamattam Top-  
 „ ponum ea similiter tentasse, ex  
 „ quibus infamia rebellionis ei con-  
 „ flata fuerit, Patriarchamque ejus Ar-  
 „ cis possessionem sibi propterea vin-  
 „ dicasse, Nicolaus Dominici tradit.  
 „ „ MCCCCXIII. tertio Calendas  
 „ Junii, Tristanum & Franciscum  
 „ Savorgnanos, non, ut videtur,  
 „ diversam notam sustinuisse, factam-

A „ que eis Aureorum trium millium  
 „ multam, Johannes Claudianus me-  
 „ moriae prodidit.  
 „ „ Unde difficile est invenire Pa-  
 „ triarcham, modò resederit, ni for-  
 „ tè ei contigerit breve admodum  
 „ vitae curriculum, qui diu in pup-  
 „ pi quietus sederit, ut satis osten-  
 „ dimus, quum cujusque vitam ge-  
 „ staque promeremus. Haec autem  
 „ ex multis devolutionis exempla  
 „ retulimus, non ut Avos cujusquam  
 „ objiceremus, sed quia res posce-  
 „ bat referri. Est enim verisimile,  
 „ Patriarchas aut judicia retractasse,  
 „ aut ab eorum exsequutione perpe-  
 „ tuò abstinere \* voluasse; nam quos  
 „ novimus ex ipsis prognatos, con-  
 „ stat, non minus probos & opu-  
 „ lentos esse, quàm quidquid habent  
 „ Feudorum, id totum Proavis de-  
 „ bere. Nihil est praeterea, quod  
 „ dubitemus de Patriarchae Aquile-  
 „ jensis auctoritate atque amplitudi-  
 „ ne. Adibant hunc nobilissimi Prin-  
 „ cipes, nec ab eo precibus exigere  
 „ Feudorum suorum confirmationem  
 „ aspernabantur.

*Quod magni Principes Feuda  
recognoscerent.*

„ „ MCCXCIV. pridie Nonas Ju-  
 „ nii, Marchionem Estensem sua im-  
 „ petrasse Feuda, Walterus scriptis  
 „ prodidit suis.  
 „ „ MCCC. quarto Nonas Aprilis,  
 E „ Albertum Goritiae Comitem, ne  
 „ videretur à fide majorum descivis-  
 „ se, cum Patriarcha cavisse de Feu-  
 „ dis similiter sibi conferendis, mox-  
 „ que collatis Franciscus Nasutus &  
 „ Gubertinus MCCCXXXIX. quin-  
 „ to Calendas Martii, & alii testes  
 „ sunt. Etenim refert Odoricus Su-  
 „ fanius in Inventario, ex vetustis-  
 „ simo quodam transactionis Instru-  
 „ „ mento

„ mento inter Goritiae Comitem & A  
 „ Peregrinum Patriarcham, Gori-  
 „ tiam & Mospurgum esse Feuda A-  
 „ quilejensis Ecclesiae.

„ MCCCLXIX. nono Calendas De-  
 „ cembris, Albertum Austriae Du-  
 „ cem minime substituisse, quin Feu-  
 „ dis, & ipse Pincernatus munere,  
 „ Praesuli se honestandum exhibue-  
 „ rit, apud Johannem Gubertini scri- B  
 „ ptum est.

„ MCCCLXXVII. tertio Nonas  
 „ Septembris, Federicum Ortymbur-  
 „ gi Comitem, ne tot alios Prin-  
 „ cipes nunc commemorem, Castel-  
 „ lis Ortengi, Polani, Graffenwar-  
 „ ti, Zobelli, Arispergi, ac aliis  
 „ bonis, Feudorum nomine insignien-  
 „ dum se procurasse, Oloricus Su- C  
 „ sanius posteris communicavit.

„ Mireris, tantos Principes, ac-  
 „ cepto jurejurando, summo studio &  
 „ fide, se Patriarchis obstrinxisse:  
 „ eorum tamen aliquos cum ipsis  
 „ acie decertare, Patriarchalemque  
 „ Provinciam caedibus ac incendiis  
 „ vastare non dubitasse. Per *traditio-*  
 „ *nem autem Tunicae seu Chlamydis* D  
 „ Vassallos assumebat ad Feuda; ad  
 „ ea tamen dispari ratione, quibus  
 „ merum & mixtum imperium an-  
 „ nexum esset. Illos namque *Vexillo*  
 „ *coloris rubei*, sanguini maxime simi-  
 „ lis, interdum *Annulo Aureo*, quan-  
 „ doque stricto *Mucrone*, ob Feudo-  
 „ rum excellentiam adsciscebant.

*Quo signo merum & mixtum impe-*  
*rium concederetur.* E

„ MCCC. quarto Nonas Aprilis,  
 „ Albertum Goritianum Comitem  
 „ Feudis à Patriarcha adornatum,  
 „ qui quarto post anno Lonzii mo-  
 „ riens Rosacii fuit sepultus, *Vexil-*  
 „ *lis duodecim* in actu assumptionis  
 „ intervenientibus, Franciscus Nasu-  
 „ tus commemorat.

„ MCCCXXXIX. quinto Calendas  
 „ Martii, Albertum alterum, fra-  
 „ tresque Goritiae Comites, *Annulo*,  
 „ *Vexilloque rubei albique coloris*,  
 „ quod peculiare gentis Insigne perhi-  
 „ bet, Gubertinus insignitos meminit.

„ MCCCLII. sexto Calendas Ju-  
 „ nii, Episcopum Concordiensem *Ve-*  
 „ *xillo purpureo*, idem.

„ MCCCXCVI. tertio Idus Mar-  
 „ tii, Abbatem Sancti Galli Mosa-  
 „ censis, *Ense nudo* ad Feuda Jo-  
 „ hannes Susanius exceptum memo-  
 „ rat.

„ MCCCXCVI. pridie Calendas  
 „ Maji, Guillelmum Comitem Pra-  
 „ tensem *Vexillo syndonis rubei*, qua-  
 „ dam attestatione meri mixtique im-  
 „ perii, idem receptum tradit.

„ Unde autem Vassalli sanguinis  
 „ judicium, quibusve primordiis ac-  
 „ ceperint, incertum adhuc. Illud  
 „ enim Imperator, praeterquam uni  
 „ Patriarchae, videtur negasse, ut  
 „ ex antiquo Diplomate in Patriar-  
 „ charum Vitis ostensum est, & ad  
 „ praescribendum adversus Aquilejen-  
 „ sem Ecclesiam temporis vel lon-  
 „ gissimi possessionem haud quaquam  
 „ suppetere. Haec volui dixisse, ut  
 „ Castellani, quibus non *Vexillo ru-*  
 „ *beo*, non *Annulo*, non *Ense* inter-  
 „ veniente, Feuda ab ipsis Patriar-  
 „ chis indulta constat, sedulo con-  
 „ quirant, & in conventu tractent,  
 „ quum coeunt cum Praeside, de sa-  
 „ lute Reipublicae consulturi, ut si  
 „ forsitan apud Senatum Inclytum me-  
 „ ri mixtique eorum imperii ratio-  
 „ nem reddere cogentur, in prom-  
 „ ptu habeant documenta, quibu-  
 „ scum illud sibi tueri queant. Ne-  
 „ mo enim vir bonus non optat,  
 „ illud incolume eis servari, quum  
 „ ex seniorum memoria, actisque  
 „ publicis didicerimus, meri mixti-

„ que

„ que imperii nomen palam, intra  
 „ tamen terminos exercendi, ab ip-  
 „ sis intermissum numquam fuisse.

*De Habitantiae Feudo.*

„ Pauca nobis jam dicenda sunt  
 „ de Feudo Habitantiae. Tenebatur  
 „ is Feudum, cui assignatum fue-  
 „ rat, inhabitare. Est enim ab *ha-*  
 „ *bitando* deductum. Quod si aedifi-  
 „ cii nudum contigisset, aut inha-  
 „ bitabile ruina postea repraesenta-  
 „ set, à fundamentis debebat instau-  
 „ rare, vel collapsa reparare, ut  
 „ Habitantiae Feudum suas figendo  
 „ sedes cum conjuge & liberis pro  
 „ vocabuli proprietate retinere ho-  
 „ nestissime posset. Hac de causa  
 „ Praeful expresse interdum jubebat,  
 „ indictâ poenâ resideret in id ge-  
 „ nus Feudis, qui accepisset.

*Quod, ut habitarent, daretur  
 Habitantiae Feudum.*

„ MCCXCIV. decimonono Calen-  
 „ das Septembris, Jacobum filium &  
 „ tamquam procuratorem Nicolai Tri-  
 „ canensis, ac Ropulphum ipsius Ja-  
 „ cobi fratrem, ad Viridarium sub  
 „ Oppido Faganeae, quod est Habi-  
 „ tantiae Feudum, eâ lege adscitum  
 „ Walterus declarat, ut intra an-  
 „ num & diem fabricasse, postea ha-  
 „ bitare deberet; Patriarcham alio-  
 „ qui Feudi ablatione, ac Libris  
 „ quinquaginta, quas pro multa  
 „ constituerat, vindicaturum.

„ Curabat quoque, ut Feudum si-  
 „ bi dies noctesque pateret, ne non  
 „ innotesceret, Vassallum perseveran-  
 „ ter incolere, vel ut sibi suisque  
 „ praestaret hospitii vicem, quoties  
 „ per Patriam iter facerent, aut, ut  
 „ reor potius, ne quis clausis por-  
 „ tis, clamque communito Oppido,  
 „ aliquam rebellionis machinationem  
 „ tentare posset.

A

*Quod Patriarchis Habitantia  
 semper esset aperta.*

„ MCCXCV. quarto Idus Julii,  
 „ Pertholdum Tricanensem, nomine  
 „ tutorio Nepotum ex fratre refert  
 „ idem Walterus confessum fuisse,  
 „ Feudum Morucii à se fuisse eâ  
 „ conditione susceptum, ut Patriar-  
 „ chae & successoribus ac Nuntiis  
 „ numquam non apertum, non prae-  
 „ paratum esset.

B

„ Quod autem Mulieribus in Ha-  
 „ bitantiae Feudis hucusque incolu-  
 „ me manserit succedendi jus aequè  
 „ ac in Ministerialibus, exemplis su-  
 „ persedeo, solas ratus Henrici Val-  
 „ vasonensis Filias, quae in vivis  
 „ sunt, testes locupletissimas esse.  
 „ Non enim minus in Valvasoni  
 „ Feudo, quod MCCLXVIII. octa-  
 „ vo Idus Septembris, Johannes Lu-  
 „ picus docet Habitantiae esse, quàm  
 „ in reliquo paternae hereditatis con-  
 „ stantissime in ipsis affinium oculis  
 „ & absque controversia perseverant.

C

„ Libet similiter de prohibita ven-  
 „ ditione in medium aliquid non  
 „ afferre, nisi quod Antonius For-  
 „ zates MCCCCXXIX. quarto Ca-  
 „ lendas Julii ab Inclyto Senatu cu-  
 „ jusdam Habitantiae alienandae ve-  
 „ niam exoravit; quum tamen ipsis  
 „ Constitutionibus, quas Marco Dan-  
 „ dulo Praefide vulgaverat, paulo  
 „ postquam Patriae imperare coepis-

D

„ set, nullum Feudi genus interdi-  
 „ ctum esset, vetitumve alienari. Ex  
 „ moribus autem Habitantia fit sua-  
 „ vis, ut Leo de Monteniano E-  
 „ ques, cui Tricesimum ne abeat,  
 „ ablanditur, Cassacum contra fron-  
 „ tem exporrigit, ut se revisat.

E

*De Feudo Ministeriali.*

„ Ministeriale Feudum, quod à  
 „ Ministerio nuncupatur, non aliâ  
 „ , cauf-

„ causâ institutum videtur, nisi ut  
 „ Sedes Patriarchalis, quae pulcher-  
 „ rimam amplissimamque ditionem  
 „ habet, congruentibus & fere ne-  
 „ cessariis adjuncta ministeriis, opti-  
 „ me regi posset. Ministeriales enim  
 „ operam & obsequium, cui Fundi  
 „ addicti erant, multifariam ex prae-  
 „ scripto subministrare solebant, quos  
 „ Bertrandus, sicuti ex temporum  
 „ indicaturâ perspicere est, Pontifi-  
 „ catu suo sollicitè recognovit, ut  
 „ ipsis ministeria juxta praescriptum  
 „ exercentibus, Aquilejensis Ecclesia  
 „ stare solidius & honorificentius per-  
 „ geret. Feudum autem diversa sum-  
 „ sit nomina pro qualitate ministerii,  
 „ ut *Pistorii*, *Scutellarum*, *Saccigerulorum*,  
 „ *Tabellariorum*, *Sarcorum*,  
 „ *Muraviorum*, & alia, quae *Servien-*  
 „ *tium* ministeriis convenirent.

*Pistorum.*

„ MCCLXXIX. Oculo Cinctano  
 „ Jacobi filio jugera quaedam Mini-  
 „ sterialia in agro Septimi, quae Bar-  
 „ tholomaeus Pilosus tenuerat antea,  
 „ tradita fuisse, ut Patriarchae Pi-  
 „ storiam praestaret operam; Johan-  
 „ nes Lupicus scriptum reliquit, quod  
 „ & apud Gubertinum legitur MCCC-  
 „ XXXIX. decimoseptimo Calendas  
 „ Aprilis.

*Scutellarum.*

„ MCCCXIX. tertio Nonas No-  
 „ vembriis, Venerium Faganae pro  
 „ Patriarcha Decanum Feudum, quod  
 „ Ministerii Scutellarum nomine diu  
 „ servaverat, ut eo onere exsolvere-  
 „ tur, annuis conduxisse Frixigeriis  
 „ sexaginta, Gabriel Cremonensis o-  
 „ stendit.

„ MCCCXXXVII. secundo Ca-  
 „ lendas Augusti, Andream Sarcot-  
 „ rem Varianensem, qui Civitati

„ commorabatur, auctum pari Scu-  
 „ tellarum sive Paropsidum Feudo,  
 „ Gubertinus auctor est.

„ MCCCXXXVIII. decimonono  
 „ Calendas Januarii, Thomam Grup-  
 „ pignanium Venuti filium Scutella-  
 „ rum Feudo, quod à Johanne Trep-  
 „ pio sibi coëmerat, se adstrinxisse,  
 „ testis est idem.

„ MCCCXLVIII. decimo Calen-  
 „ das Decembris, Vignidussium Fri-  
 „ siae Civitatem, & Coculum e-  
 „ jus filium, Marchis septem ven-  
 „ didisse Puciglo Fagetano Fundum  
 „ in Carandis ejusdem Ministerii Scu-  
 „ tellarum, Petrus Civitatis Jo-  
 „ hannis filius indicat.

*Saccigerulorum.*

„ MCCCXXXII. quintodecimo Ca-  
 „ lendas Martii, edictum fuisse pu-  
 „ blice, ut quisquis Feuda possidens  
 „ Ministerii Saccorum, equos in Cu-  
 „ riam Utinensem adduceret, equi-  
 „ tesque inde promptè celeriterque,  
 „ ut tum res exigebat, Aquilejam  
 „ versùs omnes iter arriperent, Gu-  
 „ bertinus ad posteros schedis suis  
 „ deduxit.

„ MCCCXXXVIII. decimoseptimo  
 „ Calendas Decembris, Nicolaum de  
 „ Viscono Oliveti filium procurasse,  
 „ ut sibi Ministeriale equi à Sacco  
 „ Feudum assignaretur, dum ex Ba-  
 „ stae conjugis Henrici resignatione  
 „ vacaret, scriptis Tabellionicis pro-  
 „ ditum est.

*Tabellariorum.*

„ MCCCXXXVII. tertio Nonas  
 „ Junii. Bonaccium Guerrae filium  
 „ è Sancto Vito Feudi sui perferen-  
 „ dis Literis destinati confirmatio-  
 „ nem assequutum fuisse, Gubertinus  
 „ affirmat.

„ MCCCXXXVIII. pridie Nonas  
 „ Maji, Bertrandus edicto statuit,  
 „ ut onere per Ministerialem capita  
 „ pro rata Terrarum, quas quisque  
 „ possideret, aequabiliter dispertito,  
 „ solvi, obsequi, ac praestari debe-  
 „ ret Venerio Gruppignano, quem  
 „ hujusmodi Feudis praefecerat, ac-  
 „ cersita alioqui Terrarum ipsarum  
 „ intromissione, ad solutionem &  
 „ praestationem se compulsurum, ut  
 „ Nicolaus Civitatis memoriae  
 „ prodidit.

„ MCCCXLIX. Nonis Martii, fun-  
 „ dum Utini situm in Pratocluso  
 „ jure Ministerialis Feudi Literarum  
 „ ocus perferendarum, quo Praeful  
 „ jussisset, Gubertinus affirmat col-  
 „ latum fuisse.

*Sarctorum.*

„ MCCCXXXVII. septimo Calen-  
 „ das Junii, Johannem Lugdunum  
 „ Sarctorem ad fundos tres Mini-  
 „ sterii Sarctoris susceptum, ut ho-  
 „ neste semper vestita Praefulis fami-  
 „ lia in publicum procederet, si Gu-  
 „ bertinum legeris, ignarus minime  
 „ fueris.

*Muravorum.*

„ MCCCXXXVII. Nonis Martii,  
 „ quo Dietricus Anser ad Curiam  
 „ quamdam receptus fuerit jure Mi-  
 „ nisterialis Feudi, quo Muris in  
 „ Oppido Auspurgenfi construendis  
 „ peculiater obnoxium se reddebat,  
 „ Gubertinus testatur.

„ MCCCXLV. Calendis Martii,  
 „ Gallinganum Civitatis ad fun-  
 „ dum Utini jacentem in Pratoclu-  
 „ so susceptum, quo causa ministere-  
 „ rii muro in Ecclesia, Palatioque  
 „ Aquilejensi construendo fidem suam  
 „ obligavit, idem tradit.

*Sternendi Lefficas.*

„ MCCCXL. Idibus Julii, Sophiam  
 „ & Mariuzam Nicolai Capidaglii  
 „ filias à Canipario Bertrandi sum-  
 „ tas ad fundum fuisse in agro Ci-  
 „ vitatis prope Natiffonis vadum,  
 „ quibus Feudi ratione id negotii  
 „ datum esset, ut Patriarchalem Le-  
 „ cticam paleis sternerent, veteres  
 „ asportarent, Petrum Civitatis  
 „ Johannis filium, qui notavit, mi-  
 „ nime credas mentitum fuisse.

*Equorum à sarcinis.*

„ MCCCXLI. Idibus Aprilis, Pe-  
 „ regrinum Martini Fenani filium  
 „ tribus fundis in Agello sitis au-  
 „ ctum fuisse, cujus Feudi nomine  
 „ Praefuli, quoties proficisceretur ad  
 „ Imperatoris Curiam, equum com-  
 „ modare teneretur, qui tum pre-  
 „ tio Marcharum sex, tum ferendis  
 „ sarcinis ac referendis par esse pos-  
 „ set, Gubertinus idem Scriba clas-  
 „ sicus non omisit.

*Carpentavorum.*

„ MCCCXXX. decimosexto Calen-  
 „ das Martii, Concium Civitatis  
 „ sem Fornacem obtinuisse in Rivi-  
 „ gnaco jure Ministerialis Feudi Car-  
 „ pentavorum Ecclesiae Patriarcha-  
 „ lis, Antonius Civitatis retulit.

„ MCCCXXX. quinto Calendas  
 „ Januarii, Silvam Rubignaci in Col-  
 „ le Gandino à quodam emtam fuis-  
 „ se jure Ministerii, quo facta tene-  
 „ ret diligenter Patriarchalia tecta,  
 „ patet ex Actis Nicolai Civita-  
 „ tensis.

„ MCCCXXXI. quinto Calendas  
 „ Julii, Danieli Squarcio Gruppigna-  
 „ nio quemdam agellum in Tolla-  
 „ no in Vico Molendini, Dominici  
 „ Cepperi titulo Feudi Fabrorum

„ Li.

„ Lignariorum concessum fuisse, An-  
 „ tonius ipse declarat.

*Mangani.*

„ MCCCXLVIII. pridie Nonas  
 „ Octobris, quemdam facturum ab-  
 „ sque praemio Manganicum officium  
 „ se obligasse pro conducto Feudo  
 „ Domus & Viridarii, scripsit Be-  
 „ nevenuto Presbyter, idemque Ta-  
 „ bularius.

„ MCCCCXXIII. undecimo Ca-  
 „ lendas Februarii, Feuda Buyae Mi-  
 „ nisterii Manganici esse, & minus  
 „ alienabilia, sed heredibus deficien-  
 „ tibus ad Ecclesiam Aquilejensem  
 „ deferri, Nicolaus de Colle Pram-  
 „ pergi Instrumento suo publico po-  
 „ steris custodivit.

„ Quod ex Scrinio in penetralibus  
 „ Basilicae Utinensis, quod numerum  
 „ XVIII. praeferebat, Manganica  
 „ Feuda promi solerent, me legisse  
 „ memini. Erant enim complura ibi  
 „ Scrinia ex lignis compacta, quae  
 „ unumquodque genus Feudi per se  
 „ repraesentabant, ut primore aspe-  
 „ ctu secerni, & citra laborem ha-  
 „ beri ad manum possent, quae vo-  
 „ luisses. Dicimus autem, Mangani-  
 „ cam exerceri, ut & hoc obiter de-  
 „ claremus, quando non sine admira-  
 „ tione cernimus immania pondera  
 „ vi minimâ in sublime tolli, ut  
 „ Angelus Politianus de mechanicis  
 „ loquens pulchre interpretatus est.  
 „ Alia volens praetermitto, quorum  
 „ causâ exhibebatur etiam obsequium  
 „ secundum praecepta Ministerii. Sa-  
 „ tis est, quod ad utilitatem omnia,  
 „ non ad voluptatem Patriarcharum  
 „ spectabant. Reperitur quandoque,  
 „ Feudum naturâ mutatâ pro Prae-  
 „ sulis arbitrio assignatum fuisse ti-  
 „ tulo Livellarii.

*Tom. II.*

*De mutatione naturae Feudi.*

„ MCCXCI. pridie Nonas Julii, à  
 „ Reymundo fundos duos in Buya,  
 „ qui Feudi titulo tributi quondam  
 „ fuerant, concessos fuisse jure Li-  
 „ velli pro annuis viginti Denariis  
 „ Paulo Glemonensi Zutti filio, Fran-  
 „ ciscus Utinensis refert.

„ Quum autem venditor probe con-  
 „ jectare nequiret, propriumne es-  
 „ set, quod vendebat, an Feudum,  
 „ promiscue vendebat, si proprium  
 „ pro proprio, si Feudum pro Feudo.

*De venditione proprii pro proprio,  
 Feudi pro Feudo.*

„ MCCCCXXV. pridie Idus Ja-  
 „ nuarii, Jacobum Johannem de Fon-  
 „ tebono Libris ducentis vendidisse  
 „ Simoni Butriano Henrici filio de-  
 „ cimam in Pagnaco & Alnico, pro-  
 „ prium pro proprio, Feudum pro  
 „ Feudo, testis est Nicolaus Civita-  
 „ tensis.

„ Si verò noscebat, proprium non  
 „ esse, non autem cujus esset Do-  
 „ mini Feudum, vendebat pro Feu-  
 „ do, cujuscumque Domini reperi-  
 „ retur.

„ MCCCCLIV. Idibus Februarii,  
 „ Concium Vorlici Tricesimani fi-  
 „ lium à Jacobo Attimio Francisci  
 „ filio Decimam quamdam in Ador-  
 „ gnano ad eam emisse formulam,  
 „ auctor est Pantaleo Tricesimanus.

„ Non insisto pro re roboranda e-  
 „ xemplis, quae vulgo sunt pluri-  
 „ ma. Ego sane ob hujusmodi licen-  
 „ tiam crediderim Feuda multa cum  
 „ propriis, Ecclesiastica cum profa-  
 „ nis usque adeo confusa fuisse, ut  
 „ qui nunc summâ quoque rerum co-  
 „ gnitione excellent, ac prudentiae  
 „ laude, ex decem agellis Feudali-  
 „ bus unum vix integrum invenire

A a

„ pos-

possint: tantum negotii nobis venditatio faceffivit. Dicendum erat heic etiam oppidatim de Feudis: sed operosa functio Jureconsultum exigit, aut professorem tersioris literaturae, quum ob Legum studia, & Latinae Linguae peritiam minimum ex eis conflatum sit ad illustrandam Patriam, quidquid in cunctis Tabellionibus egregium esse possit. Ceterum ne videar alicui suspectus, ut minus vera scripserim, ad Scribas unumquemque remitto, à quibus passim retulime decerpisse, ut parte ne ex aliqua, quod scripsi, cum veritate pugnet, certior fiat.

Haec ille Anonymus de Feudis Patriarchatus Aquilejensis, quorum similia, aut certe tot numero, an quisquam alius Princeps in usu olim habuerit, nescio. De tam peregrino argumento, quum literas olim dedissem ad Abbatem Josephum Binium Utinensem, cui nemo fortasse par est in Foro-Julienfium Antiquitatum studio atque peritiâ, rescripsit ille, sibi esse Chartas complures, vel Anno MCXLVI. conscriptas, in quibus ejusmodi Feuda deprehenduntur. Horum variae (inquit) species erant. Si de Nobilibus agimus, quaedam appellabantur Majora, qualia fuere Pincernatus, quo munere insigniti interdum occurrunt Bohemiae Reges, & interdum Duces Austriae. Hereditaria fuit Advocatia in Comitibus Goritiae, & Feudum Comitum Orthemburgi. Feuda alia fuere Recta & Legalia: atque ista in tres solennes classes dividebantur, videlicet Libera, Ministerialia, & Habitantiae. Priorum investituram dare consueverunt Patriarchae cum uno aut pluribus Vexillis: Ministerialium cum A-

A nulo: Habitantiae cum fimbria suae guarnacchiae. Inter Ministeriales, Camerarii erant, Nobiles de Cuccagna: Pincernae, Nobiles de Spilimbergo: Confanonevii, Nobiles de Tricano: Arbitriclini, Proceres de Prumpergo. Maxime spectanda erat praerogativa Nobilium de Ragonea. In Charta Anni MCCXCVII. Major natu illorum de Ragonea jus habet accipiendi quodcumque ex ferculis, quae ponuntur in convivio Domini Patriarchae. Id mihi in mentem revocat fabulas Equitum Tabulae Rotundae. Aequae verò inusuatae erant pensiones Feudales Vassallorum. Bohemiae Regi injunctum onus erat redimendi Patriarcham, ubi captivitatem incurreret apud hostes. In Charta Anni MCCCXLI. Bojani Cividati tenentur unum ensen magnum cum vaginâ albâ ad morem Theutonicum praesentare Patriarchae intranti Cividatum, & eum anteferre usque ad scalas Palatii, in signum honoris & dominii. Quae praerogativa indicat Marescallos illius a gri. Savorgnani offerebant Abbati Modii duos Calices, qui nominantur Botte: quae vox in vulgari Lingua Fori Julii, è compluribus Linguis efformatâ, Francorum loquelam sonat. Possent praeterea de Feudis Minoribus integrum confici Lexicon. Evant enim Gastaldiae, Armanniae, Advocatae, Feuda Militaria, Feuda Sartoriae, Guidria, Branderia, Arsenatico, Walderia, aliaque ejusmodi mille. Uno verbo, quodlibet, quantumvis minimum Ministerium, aut Beneficium Patriarchae Principis, inter Feuda connumerabatur.

Hinc lucem, ut spero, accipient Feudorum veterum mores: nostra quippe tempora aliis reguntur legibus. Sed haec satis.



DE NOTARIIS

DISSERTATIO

D U O D E C I M A .



## DISSERTATIO DUODECIMA.



Liquid etiam de Notariis dicendum est, quorum nomen, ut inter Eruditos constat, inde derivatum, quod Notis quibusdam compendiariis, à literarum communi forma diversis, Acta publica, aut Orationes, aut Disputationes vetustis Seculis exciperent. Sensim verò eorum munus ac industria redacta est ad consignandum literis publicos contractus, uti adhuc facere pergunt. *Tabularii, Tabelliones, Actuarii, Scribae, Logographi, Cancellarii, Chartularii, &c.* apud veteres hoc eodem officio sunt celebres. Quid verò discriminis inter eos foret, instituti mei non est inquirere, sed ea persequi tantummodo, quae ad Secula barbarica spectant. Itaque sub Gothis, Langobardis, aliisque Populis Italiae dominantibus, veluti necessarium munus, viguit semper *Notariorum* ordo. *Scribas* in Regum Langobardorum Legibus eos appellatos invenio. Agitur in Lege 4. Lib. 4. Liutprandi de mulieribus res suas venundare volentibus. Id autem facere ipsae vetantur, nisi contractui intersint duo aut tres *Parentes*, idest *Consanguinei*, sive *Agnati*, aut *Judex*, sive *Praeses Urbis*, aut *Pagi*. Ut hoc diligentius observetur, infra additur: *Scriba autem, qui Chartam ipsam scripserit, non aliter praesumat facere, nisi cum notitia Parentum, vel*

A *Judicis. Et si aliter fecerit, sit ipsa venditio vacua; & praesatus Scriba culpabilis, sicut qui Chartam falsam scripserit. Et sane quia temporibus etiam iis, immo tunc saepius quàm nostris, Chartae, sive Instrumenta falsa procedebantur, Rotharis Rex Legem CC. XLVII. his verbis promulgavit: Si quis Chartam falsam scripserit, aut quodlibet membranum, manus ejus incidatur. At quoniam aut ne ipsa quidem poenarum comminatio satis Notarios continere in officio poterat, aut ii absurdos nimium Contractus scribebant, aut legitimos male, hoc est sine formulis necessariis, Chartae commendabant: Lotharius I. Lege XII. Langobard. statuit: Ut Cancellarii (idest Notarii) electi boni & veraces, Chartas publicas conscribant ante Comitem, & Scabinos, & Vicarios ejus. En ut malae fidei, aut imperitiae Notariorum consultum est, exigendo ad eorum Acta praestantiam Comitis, & Scabinorum. In subsequenti etiam Lege XIII. decernitur, ut quoties Notarius postremas aegrotantium tabulas conscripserit, statim Charta ostendatur vel ante Comitem, Judices, vel Vicarios, aut in Plebe, ut verax agnoscat esse. Atque haec remedia, qualis tunc morbus esset, satis indicare videntur: quod addendum est iis, quae infra dicam in Dissertatione XXXIV. de Diplomate.*

D  
E Notarios autem creare, uti nunc, ita & olim ad Regem, aut ad Regalium jurium participes spectabat. Sed vel sub primis Religionis Christianae

nae Imperatoribus, & subsequens postea temporibus, licuit Episcopis suum habere Tabellionem, & quibusdam etiam duos aut tres: quae praerogativa sensim quoque propagata est ad Monasteriorum Abbates. Carolus M. in Capitulari apud Baluzium, Tom. I. pag. 421. sanxit: *Ut unusquisque Episcopus & Abba, & singuli Comites suum Notarium habeant.* Idem quoque in Italia factum. Atque hinc habemus, fas Comitibus etiam fuisse proprium sibi constituere Notarium. Quin Ducibus id quoque licuerit, & Marchionibus, dubitandum minime est. In Par. I. Antiquit. Estens. tabulas ego protuli scriptas à Drassolpho, Ubaldo, aliisque Notariis *Welfonis Ducis*, seu *Marchionis Tusciae*. Ex hisce Notariis unum in Tabulario Abbatiae insignis Sancti Zenonis Veronensis. Haec ex Charta ab ipso scripta excerpta duxi: *Anno Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Septuagesimo Octavo . . . . Anno Imperii ejus Vigesimo . . . . Indictione XI. Dominus Grimerius Vicecomes Placentinus, Veronae Potestas, &c. Ante ipsum Dominus Gerardus Abbas Sancti Zenonis ostendit Cartam quandam, in qua continebatur, Domnum Ratoldum quondam venerabilem Episcopum Veronensem, commutationis nomine accepisse ab excellentissimo Pipino Lombardorum Rege, ex jure Regio, Curtem unam in finibus Veronensis, que appellatur Manticus &c. à Calli Nove usque in Traversagna de Castello Motari &c. Ego Fantolinus Notarius Domini Welfonis Ducis, & ab*

*Imperatore Frederico confirmatus postea; predicto Consilio Potestatis dato & firmato interfui.* Alias etiam alibi scriptas vidi Anno MCLXV. & MCLXIX. à *Guidone Palatini Comitis Notario*. Praeterea Anno Christi MCCIX. *Bonifacius Palatini Comitis Notarius* occurrit mihi. Et Anno MCCXVI. *Conradus Palatinus, & Domini Imperatoris Frederici Notarius*. Palatini isti Comites non alii mihi fuisse videntur quàm *Comites de Laumello*, sive *de Lomello*, quos *Comites sacri Palatii* fuisse ostendi supra in Dissertatione VIII. de *Comitib. Palat.* In Tabulario Capituli Canonorum Regiensium Charta adservatur Anno MCLXVI. scripta à *Johanne Notario Domini Marchi Comitis de Lomello*. Ita Veronensis Comitis Notarium reperi in Charta ejus Urbis exaratâ Anno MCCVII. quum ibi Potestatis munere frueretur *Azo Marchio Estensis*. Eam quippe scripsit *Bellastus Comitis Bonifacii Notarius*, cui jus erat creandi Notarium pro suis Feudis, sive Allodiis; neque amplius Comites Urbi illi praeerant, quae jam diu libertate assumptâ à Consulibus, aut à Potestatibus regebatur. E Privilegio, ut dixi, Regum, aut Imperatorum descendebat facultas illa constituendi Notarios; nam & ipsi Episcopi, ut eos sibi crearent, à Rege facultatem impetrare consueverunt. Cujus moris inter multa exemplum unum proferam, Diploma nempe, cujus archetypum vidi in Archivo Canonorum Regiensium.

Hugonis & Lotharii Regum Italiae Diploma, quo Ecclesiae Regiensis omnia ejus Privilegia, jura, & loca confirmant, Anno 942.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Hugo & Lotharius divinâ providente clementiâ Reges. In statu

*Catholicae Fidei, & Ecclesiarum Dei restauratione Regni nostri statum subsistere, praesentis quoque & aeternae vi-*

tae nobis profutura fore subsidia non dubitamus. Quo circa omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium ac futurorum devotio noverit, qualiter interventu ac petitione Ambrosii venerabilis Laudensis Episcopi, nec non & Huberti incliti Marchionis, dilectique filii nostri, ac nostri Comitum Palatii, per hujus Praecepti paginam confirmamus, ac pleniter corroboramus Sanctae Regiensi Ecclesiae in honore Dei Genitricis semperque Virginis Mariae, Sanctique Prosperi Christi constructae, cui Aribaldus reverendus Praesul pastoralis curam invigilat, omnes Cortes, Plebes quoque, Abbacias, Monasteria, Capellas, praedia, cunctas res, quas de donis Regum, seu Imperatorum praedecessorum nostrorum, caeterorumque bonorum hominum, verum etiam res univ ersas Canonicae ejusdem Ecclesiae concessionibus, traditionibus, Episcoporum privilegiis, offerstionibus, comparitionibus quoque, commutationibus libellorum, quarumcumque legalium Cartarum conscriptionibus, sive ipotecariis, ipse sanctus locus legaliter optinuit, vel investitus fuit, una cum domibus, & edificis, Ecclesiis Baptismalibus, Decimis, & Capellis, ac familiis utriusque sexus, aldionibus & aldinabus, mansis etiam vestitis & absentibus, terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, arboribus pomiferis & infructuosis, insulis, piscariis, carectis, salinis, piscaticis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, montibus, vallibus, planiciebus, ripis, rupinis, alpibus, rivis defluentibus, omnia omnino integrum quaecumque dici, vel nominari possunt. Unde eadem Ecclesia, & sancta Regensis Sedes haecenus investita fuisse dicitur per confinia & terminos Lunensium, Parmensium, Regensium, Mutinensium, Cremonensium, Mantuanensium, Ferrariensium, usque in fluvium

A Padum, & Zaram a terminis Buranae in Bundenio in undis, sicut a Karolo Magno per decretum Praecepti collatum; sive eidem Ecclesiae sancitum ac determinatum fuit in integrum pro ampliori quoque stabilimento jam fatae sanctae Regiensi Ecclesiae terram juris Regni nostri, quae conjacere videtur in Civitate Regia e tribus miliaribus in circuitu, una cum muris & fossatis, atque theloneo & stradatico, seu etiam servis vel ancillis inibi pertinentibus, omnemque publicam functionem largimur, concedimus, atque transfundimus in jus & dominium jam praelibatae Ecclesiae, pro animae nostrae, nostrorumque successorum remedio: ut omni in tempore ab omni publicâ exactione quieta & secunda permaneat atque possideat.

C Insuper etiam praedictae Ecclesiae per hujus nostrae confirmationis auctoritatem confirmamus ac pleniter corroboramus Cortem, quae Luciana vocatur, cum duabus Capellis, unam in honore Sancti Georgii antiquitus constructam, & alteram in honore Sancti Sixti in littore Paludano; nec non & Gajo inter Padum & Bundenium sito, cum omnibus pertinentiis & appendiciis suis, ac familiis utriusque sexus; de qua nuper intentio inter Monasterium Placentinum, ubi Berta Abbatissa praeesse videtur, in honore Sanctae Resurrectionis, & Sancti Xisti constructum, & eandem Sanctam Regensem Ecclesiam: & legalibus praecipis & scriptionibus ex parte Regensis Ecclesiae in iudicio ostensis Judicum decreto praefata Cortis de Luciana cum Castro & Capellis & Gajo, omnibusque rebus mobilibus & immobilibus, ac familiis utriusque sexus ad eam pertinentibus, Sanctae Regensis Ecclesiae, cui pertinuit, legaliter cessit, & prelibata Abbatissa cum Advocatore ipsius Monasterii exinde audita & contenta permansit, quia ex parte ejusdem

Monasterii

Monasterii Sanctae Resurrectionis & Sancti Sixti, nullas legales firmitates ostendere valuit. Sancimus praeterea, ut si quandoquidem de rebus ipsius Sanctae Sedis, familiis, seu omnium Clericorum suorum rebus vel mancipiis fuerit horta contentio, nullatenus ante presentiam alicujus finiatur, nisi in Pontificum praetaxatae Sedis. Concedimus denique eidem Advocatos sive Notarios, quantos aut quales Pontifices vel Ministri Ecclesiae elegerint tam de suis, quamque de alienis liberis hominibus, qui ejusdem Episcopii vel Canonicae, seu omnium Clericorum suorum rerum utilitates exercere noscuntur, absque ulla hominis contradictione vel molestia; ita ut ab omni rei publicae functionis sint absoluti, nec ab eis publicus exactor exigere presumat, ut securius ac diligentius causas ipsius Episcopii perficere valeant. Stabilimus etiam de omnibus rebus seu familiis, quae hactenus qualibet occasione vel quocumque modo ex ditioe ipsius Episcopii vel Canonicae vel Clericorum potestate subtrahatae noscuntur, & circummanentes homines, inquisitio fiat, ut omnes res ipsius Sedis & Clericorum ad eorum redeant potestatem, & exinde se investiant, nostra freti auctoritate, quatenus rei veritas patefacta perhenniter valeat suum obtinere vigorem. Recipientes quoque jubemus, ut nullus Judicariae potestatis Dux, Marchio, Comes, Viceco-

A mes, Scudassio, aut quilibet publicus Exactor, neque aliqua persona magna vel parva, in re ipsius Ecclesiae placitum tenere, neque in domibus ejus, aut Clericorum ipsius aliquod mansionaticum potestative tollere, neque homines ejus cujuscumque ordinis Clericorum, vel Laicos liberos vel..... cartulatos, vel sub terram ipsorum residentes, non servos vel ancillas, vel aldiones utriusque sexus, ad placitum ducere, nec pignere aut molestare vel flagellare presumat; neque de rebus ipsius Ecclesiae vel Clericorum aliquid tollere, vel rapita, aut quamlibet functionem publicam à Ministris ejusdem Ecclesiae exigere temptet. Sed liceat prenominata Ecclesia Regensis cum omnibus rebus & familiis suis, & omni Clero inibi Deo famulantibus ad eam pertinentibus omni tempore sub tuicionis nostrae munimine quiete & pacifice, remotà tocius potestatis inquietudine, permanere. Si quis autem temerarius contra hoc nostrae confirmationis, concessionis ac tuicionis Praeceptum quandoque insurgere temptaverit, & quae superius scripta sunt non observaverit, sciat se compositurum auri optimi Libras centum, medietatem Palatio nostro & medietatem jam factae Ecclesiae, ejusque Pontificibus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur, manibus propriis Anulo nostro insigniri jussimus.

B

C

D

Signum serenissimorum

HUGONIS  
LOTHARII

Hugonis & Lotharii Regum

Giseprandus Cancellarius ad vicem Bosonis Episcopi & Archicancellarii recognovi.

Locus Sigilli cerei deperditi.

..Data IV Idus Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXLII. Regni vero Domni Hugonis Regis XVI. Lotharii XII. Indictione XV.

Actum Papiae feliciter. Amen.

Oculos intende in verba illa: *Concedimus denique eidem Advocatos, sive Notarios, quantos & quales Pontifices vel Ministri Ecclesiae elegerint, tam de suis, quamque de alienis Liberis hominibus, qui ejusdem Episcopii vel Canonicae, seu omnium Clericorum suorum, rerum utilitates exercere noscuntur. Vidisti Liberos tantum homines ad Notariatum fuisse assumptos: honorificum quippe olim fuit, & laudabilius etiam quam nostris temporibus habitum est illud munus. Romani Servos quoque & Libertos ad ejusmodi Artem olim adhibuere. Sed posterioribus Saeculis, Nobilibus tantum, aut saltem Liberis & non ignobilibus, Tabellionem agere licuit. Invenimus autem interdum Judices sacri Palatii, qui simul etiam Notarios sese inscribunt: cujus rei non unum exemplum edidi in Antiquitatib. Estens. ac satis prodit nobilitatem Tabellionatus. Ad haec in Charta Lucensi scripta Anno DCCXVI. occurrit *Ulcianus Notarius, & Missus Domini Regis Liutprandi, ad dirimendam controversiam de quibusdam Parochialibus Ecclesiis. Neque ab eo munere abstinebant Clerici, Subdiaconi, Diaconi, atque Presbyteri. In authentica Charta Lucensi ad Annum DCCXL. spectante, legitur in calce: Et Gaudentius quamvis indignus**

A *Presbyter scribere rogari. Hisce verbis Notarium agnoscis. In altera Charta Anni DCCLXXXIII. Johannes Episcopus Lucensis Rachi-prandum Presbyterum nostrum scibere commouit. Item in alia Anni DCCCXCIII. legitur: Ego Gumbertus Presbyter post traditam complevi & dedi. Vide infra Dissertationem LXXIV. de Parochiis.*  
 B *Eadem ratione plures Diaconos, Subdiaconos, & Clericos reperimus olim Notariatus munere functos. Verum Carolo M. visum est minime decere Sacerdotes ejusmodi curam, ac proinde in Lege 96. Langobard. statuit, ut nullus Presbyter Chartam scribat, neque conductor existat suis Senioribus. Parum tamen observatam deinde fuisse hanc Legem vetera monumenta testantur; occurrunt enim non pauci Presbyteri ad illud munus, ut cenfeo, per Episcopos assumpti ob Ecclesiarum suarum negotia: immo & ab ipsis Augustis. Pleraque Ludovici II. Imperatoris Diplomata scripta fuere à *Giselberto Presbytero & Notario. Et fortasse nihil aliud voluit Carolus M. quam eosdem arcere à conscribendis Secularium hominum Contractibus. Exemplo erit una Charta, quam ex Archivo Capituli Canoniorum Volaterris depromsi. Ejus Notarius non tantum Presbyter, sed & Canonicus illius Ecclesiae fuit.**

Donatio complurium agrorum facta Canonicis Ecclesiae Volaterranae à Petro ejusdem Civitatis Episcopo, Anno 974.

**I**N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Regnante Domino nostro Otto gratià Dei Imperator Augusto, Anno Imperii ejus in Italia VII. decimo Kalendas Nobembris, Indictione III. Ego Petrus Voloterrensensis Urbis Episcopus, considerans necessitudinem hanc  
 Tom. II.

E *nimiam paupertatem Canoniorum in Episcopo beate Dei Genitricis Marie deservientium, quos in prephato Dei loco invenimus, ab amore Christi & anime meae remedium adidimus super omnia, quae ante abuerunt ad stipendia prephatorum Canoniorum, idest integro Casarino,*  
 B b

lino, & fundamento illo, in qua jam fuit casa & Curte dominicata, seu Ecclesia, ubi vocatur à Sancto Georgio, quod est prope fluvio Cecina, & prope Mojaregi, tam in ipso loco ubi ipsa casa & curte & rebus dominicata, seu & Ecclesia Sancti Georgii fuit constructa, quamque justa ipso fluvio Cecina, tam terris cultis & arabilis, quam & agrestibus, quae ad ipso rebus dominicato est pertinentes, & est totum insimul ad uno tenente. Simulque statuimus, adque concedimus etiam super hec omnia idest quattuor Cassinis & integris sortis & rebus illis massariciis, qui sunt in loco & fundas: una Cassina & res massaricias in Casanova prope Isoleto, qui jam recta fuit per quondam Adamari Massario, & modo recta est per Altiprando: alia Cassina & rebus massaricias ad Colle similiter prope jam dicto loco Isoleto, qui jam recta fuit per quondam Petrus, & modo regitur per Andrea & Lumiscio germanis: tertia verò Cassina & rebus massaricias esse videtur, ubi modo vocatur Casa Branduli, similiter prope jam nominato loco Isoleto, qui jam recta fuit per Oriprando Massario, & modo recta est per Leo & Dominico germani filii sui: quarta igitur Cassina & rebus massaricias à Pratello prope Genistitolo, qui jam recta fuit per Sabatino, & modo regitur per Johanne filio suo; integris superscriptis quattuor Cassinis & rebus ipsis massariciis, sicut mihi per cartula commutationis obvenit de Ildebrando filio bone memorii Teuderichi. Super haec omnia, quae antea abue- runt, concedimus ad ipsa Canonica idest integra Sorte & rebus illa massaricias, qui est in loco, ubi nuncupante Surripule, quae jam recta sunt per quondam Gariberto Presbitero, & modo per Adam Presbitero regere videtur, qualiter nobis pertinere videtur per illa cartula offerticnis, quas Aldo filio bone memo-

A vii Teuperti, quae Teberto vocabatur, homo Florentino, offeruit pro anime sue remedium, & anime bone memorii Ber- terti, qui fuit germano suo, ad domum Episcopio nostro Sancte Marie Vo.oter- rensis. Hec omnia, sicut supra legitur, tam ipso rebus dominicato, quamque ipsis Cassinis, & rebus massariciis cum fun- damentis & edificiis earum cum ortali- bus, terris, vineis, olivis, silvis, vir- gareis, pratis, pascuis, cultis rebus vel incultis, movile vel immovile, seu quae esse moventibus, omnia, ut supra dixit, in integrum donamus & confirmamus ad ipsa Canonica, in eo videlicet ordine, ut pro hoc omni tempore Dominum sa- cris orationibus hanc Missarum sollempni- bus, tam pro statuto Domni Ortoni Im- peratori, quam & pro omni generalita- te, seu pro me variis sordibus inquinato, exorare non desinant. Si quis vero, quo fieri minime credimus, si nos aut aliquis Successorum nostrorum, qui contra hanc nostram institutionem aliquid perverse agere temptaverit, aut eam dis- rumpere voluerit, ira omnipotentis Dei, & beate Sancte Marie Dei genitrix Vir- go, & Sancti Archangeli Michaelis incurrat, & cum Juda Scarioth, qui Do- minum tradidit, & cum Dathan & Abiron, quos terra vivos deglutivit, in Infernum damnatur, & quod repperit, vindicare non valeat. Sed insuper qui hoc facere conaverit, ad parte prephato- rum Kanonicorum, argenti Libras vi- ginti, quo haustus per hec persolvat. Et hec nostra institutio omni tempore in sua maneat firmitate, ut prephati Kanonici, necnon & successores illorum omnes quie- to ordine habeant, teneant, adque possi- deant absque ullius contradictione in per- petuum. Quam coram Sacerdotibus, Dia- conibus, Kanonicis, & reliquis hordi- nis Clero, ac fidelium Laicorum Popu- lo, Johannes Presbitero scribere iussi- mus.



*Actum in Civitate Voloterrensis Sedis  
Episcopatus nostri.*

- \* Ego Petrus Episcopus in hac institutione à me facta subscripsi.
- \* Ego Gundo Archidiaconus fs.
- \* Ego Emeldricus Sacerdos & Canonicus fs.
- \* Ego Anselmus Levita & Primicerius fs.
- \* Ego Camerinus Vicedomui & Canonicus fs.
- \* Ego Martinus Presbiter & Canonicus fs.
- \* Ego Teupertus Presbiter & Canonicus fs.
- \* Ego Subaldo Levita & Canonicus fs.
- \* Ego Andreas Presbiter & Canonicus fs.
- \* Ego Urso Levita & Canonicus fs.
- \* Ego Grafolfus Presbiter & Canonicus fs.
- \* Ego Teuzo Levita & Canonicus fs.
- \* Ego Alo Presbiter & Canonicus fs.
- \* Ego Albertus Levita & Canonicus fs.
- \* Ego Albertus Presbiter & Canonicus fs.
- \* Ego Martinus Levita & Canonicus fs.
- \* Ego Petrus Levita & Canonicus fs.
- \* Ego Rainerius Clericus & Canonicus fs.
- \* Ego Adelmus Clericus & Canonicus fs.
- \* Ego Petrus Levita & Canonicus fs.
- \* Ego Dominicus Presbiter & Canonicus fs.
- \* Ego Rodulfo Levita & Canonicus fs.
- \* Ego Tegrimo rogatus fs.

A

- \* Ego Adalbertus rogatus fs.
- \* Ego Petrus Judex Domni Imperatoris rogatus fs.
- \* Ego Petrus rogatus fs.
- \* Ego Adalberto Notarius rogatus fs.
- \* Ego Teudicius rogatus fs.

*Data Anno Dominice Incarnationis  
DCCCCLXXII. & Anni Domni predicti  
Ottoni Imperatoris Anno Imperii eius  
in Italia Septimo, X. Kalendas  
Novembris, Indictio Tertia.*

*Ego que super Johannes Presbitero  
& Kanonicus scripsi & complevi feliciter.*

C

Non bene menimi, an autographa mihi visa fuerit Charta illa: quod in primis patuisset ex vario subscriptentium Canonicorum caractere. Illud nunc exploratum habeo, in Chronologicis illius notis mendum cubare; neque enim ullam concordiam invenire possum inter *Annus DCCCC-LXXII. Indictionem III. & Annus VII. Imperii Ottonis II. Augusti.* Illic ergo reponendum est *Annus DCCCC-LXXIV.* quo revera Ottoni II. decurrebat *Annus Imperii VII. & Indictio III.* jam inchoata Septembri mense. Fortassis in membrana illud *V.* postremum videlicet numeri annualis aliqua ex parte oblitteratum, describenti apparuit *I.* non *V.* At Innocentius III. Romanus Pontifex, uti ex Epistola 129. Lib. 14. constat, interdixit *Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis* Tabellionem agere, eâ de causâ, quod conculcato honore Ordinis Ecclesiastici, Curiae Seculari famulantur, seque profanis negotiis nimium immiscerent. Ceterum Ludovici Thomassini viri doctissimi sententia est Part. I. Lib. 2. Cap. 106. de Ecclesiast. Disciplina, ne hodie quidem minoribus Clericis id muneris esse interdictum, quidquid contra

D

E

tra sentiant & scribant Canonum interpretes; immo ne majoribus quidem, quoties agatur de instrumentis dumtaxat Episcopi Curiam & negotia respicientibus. Certe hujus rei exempla apud Italos nostrâ quoque tempestate minime desiderantur. Porro in Charta Anni DCCCXX. quam protuli in Dissertatione IX. de *Misfis &c.* occurrunt duo *Notarii Regulares*, quo nomine designatos opinor *Notarios Ordinarios*, quum alii fortasse fuerint extra ordinem aliquando ad id munus adlecti.

Sed quod praecipue in oculos omnium incurrit, dum acta veterum leguntur, imperitia Notariorum est, atque ignorantia, quae in omnibus ferme eorum Chartis elucet. Infelicem Latinam Linguam appelles, ubi tot Soloecismis ac Barbarismis foedatam sub illorum manibus intueare. Interdum tanta est illic verborum ac structurae confusio, ut quis scripturae sensus, quaeve sit contrahentium intentio, etiamsi seridè meditare, vix assequaris. Nunc aeneis typis impressos habemus complures Libros, Tabellionatus Artem pertractantes, ubi variorum Instrumentorum formulae pro negotiorum diversitate praescribuntur, & specimina Testamentorum, Codicillorum, ceterorumque publicorum contractuum exhibentur. Ad hos fontes bibunt, & in ejusmodi Schola erudiuntur, quicumque tyrones ad Notariatum exercendum hodiè accedunt. Plerique verò Mutinensium in hanc rem utuntur *Archetypo Instrumentorum*, quem Librum edidit Dominicus Maria Solianus Brixellensis. Paria antiquis etiam fuere praesidia, nullaque regio aut Civitas numerabatur, cui non aliquod *Formularium* suppeteret, atque usurparetur à Notariae Artis alum-

nis. Omnium antiquissimum Formularum ejusmodi collectorem Gallia nobis servavit *Marculfum*, cujus Libros illustravit eruditissimus Bignonius, eique veteres alias Formulas addidit à Sirmondo, Lindenbrogio, atque à se ipso collectas, quas habemus à Clariss. Baluzio editas Tom. II. Capitular. Reg. Francorum. Nullus dubitationi locus est, quin & pro Italicis Tabellionibus suae forent ac peculiare Formularum collectiones, quamquam eas tempus absumsisse jamdiu videatur. Antiqua verò illa Formularia in defuetudinem abire, & sensim contemni coepere, ex quo Romanarum Legum usus & studium Saeculo Christi XII. magna contentione animi in Scholis & in foro restitutum est. Sublata verò prorsus fuere Saeculo XIII. quum nempe *Rolandinus Summam Artis Notariae* evulgavit, cujus adhuc formulae & praecipua plurima usurpantur in publicis tabulis conscribendis. Opus hoc ille literis mandavit circiter Annum MCCLV. & non semel typis traditum fuit una cum Petri de Boateriis, & Johannis Nevizani, aliorumve Commentariis. Doctissimus Ducangius, ut alibi etiam adnotavi, censuit, *Rolandinum* istum non alium fuisse à *Rolandino Patavino*, cujus nobilem Historiam dedi Tomo VIII. Rerum Italicarum. In eam quoque sententiam concessit ante paucos annos Oudinus de Scriptorib. Ecclesiasticis. At aliter sese res habet. Rolandino Notariae Artis illustratori patria fuit Bononia, qua in Urbe is satis prodit in Formulis Instrumentorum, se scripsisse suum Opus. Neque Scardeonius, aliive Patavini Rolandinum suum unquam agnovere auctorem hujusmodi Libri. Denique disputationem omnem tollere potest editio

ditio *Summae* Rolandini, quam prae manibus habeo, procurata Taurini Anno MDXXIII. in aedibus *Antonii Renoti civis Taurinensis*, ubi ea appellatur *Summa Domini Rolandini Passagerii*, ac dicitur per *Dominum Petrum de Boateriis ipsius Rolandini Concivem Bononiensem facili brevique Commento declarata*. Auctor autem est idem Rolandinus, non defuisse Italiam alia antiqua Formularia; sed quod ibi desiderarentur subtilitates terminorum & cautelarum, quas recentiores invexerant, propterea in animum ipse induxerat novam construere ad Artem Notariam manuactionem. *Antiquis temporibus*, ait ille in Prooemio, *super contractuum & instrumentorum formas & ordines fuerunt per quosdam prudentes viros, ignaros fortassis, ex conscientiae puritate, sagacitatum subtilium modernorum, quaedam Compilationes & Summae juxta tunc viventium mores & consuetudines adinventae &c.* Itaque antiquioribus iis Saeculis, quibus barbaries supremum locum tenuit, nihil nisi rusticum, & Latinis auribus molestum, occurrit in Notariorum Chartis. Nam & in ipsis For-

A. mulariis Priscianus ubique vapulat; pejora etiam perpeffus, quoties Notarii reliquam negotii seriem suis exponunt verbis, Formularii ope destituti. Judices autem, quanquam ne ipsi quidem prima *Literaturae* subfella conscendissent, interdum repertiuntur dictasse Chartas Notariis; e jusque rei exempla in variis Placitis habemus. Idem nonnunquam praestitere Cancellarii & Archicancellarii Principum. In Chronico Vulturnerfi Part. II. Tomi I. Rerum Italicarum legitur Diploma Grimoaldi Ducis Beneventani, & in calce haec scribuntur: *Quam verò membranam concessionis dictavi ego Wiso Subdiaconus ex jussione supradictae Potestatis tibi Pergoaldo Notario scribendum*. Fuerunt etiam Notarii, qui Amanuensibus contractum dictabant. Tum ne cui suspicionem faceret alienae scripturae usus, testabantur ipsi in subscribendo, se eadem verba alteri dictasse, uti constabit è Charta, cujus antiquum apographum se mihi obtulit in Tabulario eximii Parthenonis Brixiani Sanctae Juliae.

B

C

D

Godolus Subdiaconus terram suam vendit Anselbergae Abbatissae  
 Monasterii Brixienfis Domini Salvatoris, sive  
 Sanctae Juliae, Anno 760.

**R**egnante Domino Desiderio & Adelgiso, Viros Excellentissimis Regibus, Anno Regni eorum Quinto, & Secundo, sub die octavo Kalendas Aprilis. In Christi nomine promitto atque spondeo ego Godolus Subdiaconus Sancte Ecclesie Brixiane vobis Anselperge Abbatissae Monasterii Domini Salvatoris intra predictam Civitatem Brixianam fundatum, de curriculo illo, per quam graditur aqua ad suprascriptum Monaste-

E rium vestrum, & est in parte constitutus in terra, que proprietario juris mei pertinere videtur, usque ad pedes septuaginta sex per longum; & ipsa terra mihi advenit ex donatione per Lannichild ab Olvet & Pharaone de Ofolago, ita ut de amodo in perpetuum sine mea, heredumque meorum interdictione permaneat semper. Et si quo tempore inter se qualebit conturbatione, vel ruptura, aut lesto ipstus curriculi accesserit,

rit, liberam licentiam habeat pars Monasterii vestri omni in tempore fodere & aperire terram, que erga ipsum constat ad recooperandum in quo lesum, aut contorbatum fuerit. Et si ego superscriptus Godolus Subdiaconus, vel mei heredes in aliquo disturbancem ex ipso curriculo fecerimus, aut quocumque tempore oportuerit ad recooperandum eum interdixerimus, in quo superius decernitum est, & contra hanc Cartulam promissionis ire quandoque temptaverimus per nos, aut subpositam aliam vel qualemcumque personam Principi aut Judici supplicandum per quemvis modo manifestum fuerit, componamus ad partem Monasterii tibi Anselpergae Abbatissae vel successoribus tuis auri solidos quinquanta, & pro pene solutionem presens promissio suum obtineat roborem omni tempore; sic ita ut si aqua ex ipso curriculo foras terram rumperit, non sit negligentia jam dicti Monasterii vestri ad recooperandum eum, ne vobis grave inferat dampnum, quod impossibile videatur esse aut intollerabile prolongaverat ad dilatione. Unde accepi ego Godolus Subdiaconus per hec promissionis a te Anselperga Abbatissa ex sacculo Monasterii vestri auri solidos numero quatuor, ut firma & stabilis omni in tempore permaneat. Quam vero paginam promissionis Tanoaldi scribendum rogavi, qui & ego ex dictato Laurentio Notario scripsi.

*Actum Brixia feliciter.*

\* Godolus Subdiaconus hinc paginam promissionis factam a me recognovi, scripsi, obtuli, roboravi.

Ego Walpertus rogatus a Godolo Subdiacono in hac pagina promissionis testis subscripsi.

\* Deusdedit rogatus a Godolo Subdiacono in hac pagina promissionis testis subscripsi.

\* Otto rogatus a Godolo Subdiacono in hac promissionis testis subscripsi.

A \* Auteram rogatus a Godolo Subdiacono in hac pagina promissionis testis subscripsi.

\* Epiphanius rogatus a Godolo Subdiacono in hac pagina promissionis & obligationis testis subscripsi.

\* Ego superscriptus Laurentius huic promissionis Cartule rogatus a Godolo Subdiacono scribere dictavi, subscripsi, & post traditam complevi.

B An autem, ut fit nostris temporibus, antiquis etiam Tabelliones protocola Chartarum à se scriptarum penes se retinerent atque adservarent, collaturi poscentibus authentica earum exempla, quum opus esset, non satis liquet. Protuli ego Part. II. Tomi I. Rerum Italicarum, pag. 149. Legem 97. Langobard. à nemine antea evulgatam, in qua Lotharius I. Augustus haec statuit: *De Notariis, qui Chartas recipiunt ad scribendum, si eas non scripserint, aut si eas perdiderint, restaurent ipsas res ei, cujus Chartae eis traditae fuissent. Si verò negaverint fuisse traditas, jurent cum suis sacramentalibus.* Haec quisquam fortè interpretetur, quasi indicent poenam propositam deperdentibus protocola. Sed non alius Legis sensus mihi videtur, quàm de Chartis authenticis, quas prout negotia, lites, & contractus exigebant, homines tradebant Notariis aut describendas, aut penes eos servandas, ii verò aut ob incuriam, aut datà etiam operà deperire sinebant. Ceterum triplex membranarum species in Tabulariis vetustis spectari consuevit. Primo sunt Chartae, quae notis plane autographis signantur, scilicet ubi diversorum testium diversae subscriptiones visuntur, aut Cruces, aut alia signa testium scribendi imperitorum, quibus Notarius roborandam tradebat Char-

Chartam, hoc est subscriptione firmandam; ipse verò tandem *post traditam* suo nomine apposito *complebat*; ac personis, quarum intereat, ipsam Chartam authenticam *dabat*, idest dimittebat. *Duae* autem *Chartulae* uno tenore *conscriptae* tradebantur, si utriusque contrahentis intererat eam habere ad sui juris tutelam. Attamen & in hisce Chartis locum esse potuisse fraudi nemo non intelligit. Secundo aliae pergamenae occurrunt, in quibus nulla sunt subscribentium testium vestigia, sed Notarius tantum è primitivo exemplari apographum deducens, illic non exprimit, sed unicà characterum formâ innuit *Signa m m*, idest *manuum* singulorum testium, tum se subscribit. Ejusmodi Chartas nihilominus authenticas esse, fateatur quicumque nostrae etiam aetatis ritus ac Tabellionum fidem novit. Sed ad certo affirmandum, eam revera esse primi ipsius Notarii scripturam ac subscriptionem, characterum etiam antiquitas & forma accedat oportet; singula enim Secula & singulae Provinciae peculiarem aliquam scripturae speciem ob-

A servavere. Ceterum heic fallax esse judicium potest; neque enim dubito, quin membranae adhuc supersint, quae inter apographa serius & longe diu postea confecta, recensenda sint, quanquam nullum ibi de exemplo factò sit verbum. Nonnullas etiam confictas omnino fuisse suspicari, minime iniquum sit. Tertium denique Chartarum genus exempla ipsa, hoc est apographa rite concinnata, constituunt; quum scilicet authenticum alicujus Notarii sibi propositi alter Notarius in novam pergamenam referebat, & subscribens testabatur, se ea ex autographo desumisse. Innumera autem apographa hujusmodi authentica in Archivis spectanda se praebent, à posterioribus Notariis confecta, jubente interdum, aut facultatem dante Episcopo, aut Reipublicae Praefectis. Sunt adhuc & facta ab ipso primò Notario: quae ex re conjectura exsurgere potest, apud eosdem primos Chartarum Scriptores protocola adservata fuisse. Duobus exemplis rem illustrabo, petitis ex insigni Tabulario Episcopii Lucensis.

B

C

D

Sichimundus pater Sichelmi Episcopi Ecclesiam in honorem Sanctae Mariae in Vico Alais zedificat, eique dotem statuit, Anno 801.

**I**N nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Carolus serenissimus Augustus, & a Deo coronatus, Magnus & pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Langobardorum, Anno Regni ejus, postquam Langobardiam coepit, Vigesimo Octavo, & filio ejus Domno nostro Pippino Rege, Anno Regni ejus Vigesimo Primo, VI. Kalendas Octubris, Indictione X. Manifestum est mihi Sichimundo filio bone memorie Si-

E culi, quia in proprio territorio meo, in loco Vico Alais, ubi arditare videor, zedificari Ecclesiam in honore Dei, & Beate Sancte Marie semper Virginis Genitricis Dei & Domini nostri Jesu Christi; & per hanc dotalis Cartulam pro remedio anime mee offero Deo, & tibi presate Ecclesie Sancte Marie in primis fundamentum illud, ubi ipsa Dei Ecclesia sita est, simul & ortum prope ipsa Ecclesia usque in via publica, sicut ex omni parte a sepe circumdatum est, una cum

cum arboribus suis in integrum. Similiter & casa mea massavicia, quam abeo in loco Lamari, ubi resedet Tendulus homo liver una cum omni re &c. Hec omnia suprascriptas Casas, ut supra legitur, Deo & tibi suprascripte Ecclesie Sancte Marie offero in presinito pro salute & redemptione anime mee; tali enim tenore, ut donec ego advixerero, ipsa Dei Ecclesia cum omni suprascripta re, quam ibidem depotavi esse, in mea sit potestatem per Sacerdotem gubernandi, adque secundum Deum disponendi, qualiter voluero. Post vero meum decessum volo, ut ipsam Dei Ecclesiam Sancte Marie sit in potestate Sichelmi gratia Dei Episcopi filii mei, similiter imperandi, regendi, adque secundum Deum qualiter melius visum fuerit. Et post ejus obitum similiter volo, ut jam dicta Dei Ecclesia cum rebus suis sit in potestate Richimundi Clerici filii mei, abendi, possedendi, regendi, & de nepotibus meis ordinandi, qualem ipse secundum qui opus Dei, & ipsius Ecclesie peragere possat ipsum ordinare, & ibidem preponere abeat licentiam. Et si ipse Richimundus post obitum etiam dicti Sichelmi Episcopi filii mei talem de nepotibus meis non invenerit, quem ibidem recto moderamine ordinare, etiam de aliis parentibus nostris, vel de aliis hominibus Sacerdotem ibidem reponendi & ordinandi, qui Officium divinum faciat pro nostris facinoribus Deum deprecare, & Missas cantare debeat. Et qua-

A liter ab ipso Richimundo filio meo ordinata fuerit, stabili ordine maneat semper. Et ille, qui a predicto Richimundo filio meo fuerit ibidem ordinatus in eadem Ecclesia ordinationem faciendi secundum Deum recto ordine de heredibus & propinquis nostris, ita ut semper in potestate heredum meorum permaneat ipsa Dei Ecclesia Sancte Marie cum rebus suis ordinationem secundum Deum de Sacerdote faciendi.... reddat, & pro nobis Domini Misericordiam deprecetur &c. Et Rachiprandum Presbiterum scribere rogavi.

Actum in Vico Alais.

Ego Sichelmundus in auct. dotalis Cartula a me facta manu mea subscripsi.

C Ego Ruspertus Presbiter rogatus a Sichelmundo me teste subscripsi.

Ego Rachiprandus Presbiter post tradita complexi & dedi, & de ipso Authentico ego ipse fideliter exemplavi.

D Cui Civitati praefuerit Sichelmus Episcopus vivens heic memoratus, nondum didici; eumque Ughellius in Italia Sacra ignoravit. Lucensis Episcopus minime videtur, quum eodem ipso Anno DCCCI. tabulas scriptas Lucae conspexerim, in quibus commemoratur Jacobus tunc Urbis illius Episcopus. Interim adnotasse potueris ea Rachiprandi Presbyteri & Notarii verba: & de ipso Authentico ego ipse fideliter exemplavi. Alterum exemplum nunc accipe.

Wicheramus Comes Lucensis una cum Mona conjugē suā, Ecclesiam construit in honore Salvatoris, etque dotales agros tribuit, Anno 810.

Exemplar. In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Regnante Domino nostro Carolus serenissimus Augustus, à Deo coronatus, Magnus &

E pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Langubardorum, Anno Regni ejus, quo Langobardiam cepit,

pit, Trigesimo Septimo, III. Idus Octu-  
bris, Indictione IV. In nomine Sancte  
Trinitatis, Wicheramus Comes una  
cum Mona dilecta Coniuge mea, pro  
amore Dei, & redemptione anime no-  
stre, devota mente, pro eterne beatitu-  
dinis gaudia consequentes, à fundamen-  
tis in proprio territorio nostro construxi-  
mus Ecclesiam in honore Domini Dei &  
Salvatoris nostri Jesu Christi, & beate  
Marie semper Virginis, ac Sanctorum  
Apostulorum, in loco, qui dicitur Vetro-  
niana: & per hanc dotalis paginam pro  
salute & redentione anime nostre dona-  
mus atque tradimus in ipsa sancta Dei  
Ecclesia in primis fundamentum illud,  
ubi ipsa Ecclesia sita est, una cum Por-  
ticale ante se, & ipsa edificia, que ad  
eam ex utraque parte avembrata sunt,  
quomodo cum sepe ex omni parte circum-  
data est in integrum. Similiter & da-  
re ibi videmur duas Casas Massaricias,  
quas avemus in loco Carbonaria, qui mi-  
hi ex comparatione obvenierunt à quondam  
Donato, una ex ipse regitur per Em-  
mulo, & illa alia per Altipertulo Mas-  
sarii cum omnia res ad ipsas casas per-  
tinentes in integrum. Quidem & terra  
& vinea nostra illa, quem abere visi-  
sumus in loco Lardiniano, quanti mihi  
ex comparatione obvenit à Petro filio  
quondam Pranduli in integrum &c. Et  
taliter volumus adque constituimus, ut  
dum Christo prestante ego qui supra Wi-  
cheramus Comes & predicta Mona Con-  
jux mea advixerimus, vel si nobis Do-  
minus pro sua misericordia filium aut fi-  
liam donare dignatus fuerit, ipsa preno-  
minata Dei Ecclesia semper in nostra sit  
potestate imperandi, avendi, gubernan-  
di &c. Qualiter à me vel ab ipso ere-  
de ordinata sive disposita fuerit &c. Et  
Ghifelpert Notarium scribere rogavimus.  
Actum in suprascripto loco Vetruniana.

Signum manus Wicheram Comiti, qui  
hanc dotalis paginam fieri rogavit.

Tom. II.

A Signum manus Mone Coniugi ejus,  
qui similiter fieri rogavit.

Signum manus Wipalt homo Franci-  
sco testis.

Signum manus Liumperti homo Fran-  
cisco testis.

Signum manus Agbinoni similiter ho-  
mo Francisco testis.

B Ego Ghifelpert Notarius post tradita  
complevi & dedi.

Ego Ghifelpert Notarius ex autentico  
à me ipso scriptum fideliter exem-  
plavi.

C Wicheramus Comes, Ecclesie hujus  
fundator, Ducis titulum gerit in al-  
tera Charta Anno DCCC. scripta,  
quam indicat Florentinus in Monu-  
ment. Mathildis Comitissae Lib. 3.  
& Cosmus de Arena in Serie Du-  
cum Tusciae. Propterea apud ambos  
hosce Scriptores Etruriae universae  
praefuisse creditur. Id ego pro certo  
minime statuerem, quum iis ipsis  
temporibus Dux Florentinae Civitatis,  
aliique Duces uni tantum Urbi jus  
dicentes inveniantur. Eum autem  
gente Francum fuisse, sat produnt  
testes, qui ex natione celebrantis  
contractum consuevere desumi. Heic  
enim unusquisque ex iis appellatur  
homo Francisco. Notarius Chartae hu-  
jus Ghifelpertus fuit, & sese ipse sub-  
scribit. Tum altera illius subscriptio  
succedit his verbis: Ego Ghifelpert No-  
tarius ex autentico à me ipso scriptum  
fideliter exemplavi. Illud autenticum,

D E unde novum Chartae jam ante à se  
scriptae exemplum Notarius deduxit,  
adservabatur. ne in ejus protocolis,  
an ei oblatum à quopiam illius pos-  
sessore fuit? Postremum mihi veri  
videtur similius; neque enim obser-  
vatum video tunc Romanorum mo-  
rem, qui saltem in Acta publica  
quoscumque Contractus referre soliti  
fuerunt. Si secus alii judicent, per

G c

me

me liceat. Adeant tamen velim Dissertationem IV. de officiis Dom. Reg. ubi Chartam Lucensem evulgavi, Anno DCCLIV. scriptam. Ibi quum periissent tabulae permutationis factae inter Curtem Regis & Episcopum, demandavit ipse Rex piissimo, alia tale Cartula relevare per ipso Notario, qui ea antea scripserat. Hoc autem factum est non per authenticum apographum ex ejus, ut ajunt, schedis praecedentibus, sed per novum actum, cui vim dedit suâ praesentiâ & consensu Alpertus Dux. Eandem in rem vide Chartam alteram Lucensem Anni DCCLXXXVI. quam retuli in Dissertatione X. de Minor. Justit. Ministr. unde hanc ipsam veritatem depromas. Illud autem nunc addere fas fit, accidisse interdum, ut qui confingendam aliquam Chartam suscipiebant, tanquam ante aliquot Secula exaratam, quum se assequi atque imitari posse diffident characterum formam, quae remotis iis temporibus in usu fuit, apographum potiùs efformabant, quàm autographum, rati eâ ratione ludum utilem se tutius esse lufuros. Et profecto non defuere Seculis iis barbaris Impositores & Chartae falsae. Qua de re quanquam satis differuerim infra in Dissertatione XXXIV. de Diplom. aliquid tamen & heic mihi innuendum est. Contentio interdum erat de veritate aut falsitate tabularum. Proinde sive Lotharius I. Augustus (ut Goldastus & Baluzius putant) sive Guido Imperator (ut habet Estensis Codex, & ego edidi inter Leges Langobardicas Part. II. Tomi I. Rer. Italicar.) modum praescribere, quo agitanda ac dirimenda foret ejusmodi controversia. Videlicet contendente aliquo, Chartam esse falsam, si Notarius ac testes adhuc erant superstites, advo-

A candi erant ad rei veritatem explorandam. Ubi Notarius cum duodecim legitimis sacramentalibus suis (qui scilicet sacramento interposito testabantur se credere, nil nisi verum ab eo dici, ac jurejurando affirmari) Chartam illam veracem esse professus fuerat, consentiebantque in eam sententiam testes: sublata erat intentata occasio. Si autem Notarius se subtraxerit, & Chartam, suo nomine (adde & suo characterè) scriptam, idoneam minime confirmare potuerit: nulla redemptio ei concedatur, sed manum propriam amittat; & ostensor ipsius Chartulae post rerum amissionem (de quibus scilicet controversia erat) guidrigild suum componat, idest pecuniariam multam persolvat. Notario non dabatur redemptio, quum tamen in tot aliis criminibus liceret poenam corporalem pecuniâ redimere. Constitutum autem jamdiu fuerat à Rothari Rege in Lege 247. amputandam esse manum cuicumque Chartam falsam, aut quodlibet membranum scribenti. Rursus in laudata Lege Guidonis edicatur, ut si Notarius jam vivere desierit, tunc ostensor Chartulae cum testibus, adhuc superstites, praetereaque adhibitis Sacramentalibus, & ostensis primùm aliis duabus Chartulis manu ejusdem Notarii scriptis, etiam suam tertiam Chartam per sacramentum veram & idoneam faciat. Argumentum hoc illustratum videas in antiquis Formulis ad eam Legem à me editis. Ottonis postea II. Imperatoris Lege primâ inter Langobardicas sancitum est, ut ei, qui falsam Chartam appellaverit, per pugnam id ostendere liceat: quae Lex quantum à recta ratione absona sit, quantamque barbariem sapiat, nihil est quod ego moneam. Interdum etiam proferebantur Chartae absque Mense & die Mensis



scriptae. Hisce ut nullus vigor esset, sanxit prae laudatus Ludovicus I. Imperator Lege 79. inter Langobardicas.

Neque praetereundum puto, ab ipso Lothario Augusto avaritiae ac aviditati Tabellionum modum fuisse impositum, constituto eis pretio, quod *pro uno Judicato aut Scripto* exigere ipsis liceret: videlicet *dimidiâ Librâ argenti de majoribus Scriptis, de minoribus infra dimidiam Libram, quantum res assimilari possit, & Judicibus rectum videatur*. Ita is in Lege 69. Quare videas, non expectasse veteres, ut à nobis edocerentur, quomodo consulendum sit Reipublicae in ejusmodi negotio. Immo tunc etiam prospectum sollicitè fuit necessitati pauperum. Idem enim Augustus haec addit: *De Orphanis autem, vel ceteris Pauperibus, qui exsolvere hoc non possunt, in providentia Comitum sit, ut nequaquam inde aliquid accipiant*. Sunt adhuc Leges municipales, à quibus idem sancitur; sed quo fructu, alii videant. An hac in re felicitiora fuerint antiqua Secula, nequaquam decerno; sed certum est, vel tunc excogitata & constituta fuisse non pauca, quae laudem & imitationem nostris quoque temporibus mererentur. In Statutis MStis Populi Mutinensis Anno MCCCXXVII. conditis invenio, singulis annis eligendos Notarios aliquot, quorum esset gratis excipere Contractus & Instrumenta Pauperum; quemadmodum & deligebantur duo Judices ad dirimendas sine ullo emolumento eorum causas. Ceterum inter Notarios antiqui aevi, hoc praecipue titulo mihi commemorandos, quod eorum artem ac peritiam aetas nostra ignoret, illi in primis excelluerunt, ut in exordio dixi, qui eâ celeritate loquentium

A verba excipiebant, & in codicillos, ac tabellas referebant, ut integra Judiciorum acta, integrasque Oratorum orationes, quo tempore pronuntiabantur, scripto commendarent. *Exceptores* propterea sunt appellati. Immo illos ipsos, qui nunc nobis *Notarii* dicuntur, propriâ suâ significatione olim vox ista designabat: quod nempe ad scribendum non usitatis literis ac verbis uterentur, sed, sicuti praemonui, quibusdam *Notis* compendiosis, jam usu stabilitis, ac memoriae traditis, quarum inventor praesertim fuit Tyro Ciceronis Libertus, ac deinde Seneca Senior, ut alios praeteream. Has habemus à Jano Grutero editas in Tomo II. Inscriptio-  
 C num. Mihi in Ambrosiana Mediolanensi Bibliotheca non unus Codex hisce *Notis* scriptus sese obtulit, quas quum contulissim cum evulgatis à Grutero, easdem ipsas esse deprehendi, atque inde rectè deducebam verba per ejusmodi *Notas* signata. De Sancto Epiphanio Ticinensi Episcopo haec habet in ejus Vita Ennodius: *Notarum in scribendo compendia & figuras varias, verborum multitudinem comprehendentes, brevè assequutus, in Exceptorum numero dedicatus enituit*. Multa est apud veteres horum *Notariorum* laus & mentio; multa apud recentiores, ac praecipue in Epistola quadam Lipsii: quare nihil est quod ego Lectori jam ab aliis digesta importune exhibeam. Unum tantummodo innuam, nempe sacris Conciliis ejusmodi *Notarios* interfuisse, eosque omnia acta & verba Patrum excepisse: quae causa est, cur tot disputationes in Synodis habitae iis ipsis verbis, quibus peractae sunt, ad nos usque pervenerint. In Synodo Aquilejensi habitâ Anno Christi CCC-LXXXI. cui praesuit magnus Medio-

lanensium Antistes Sanctus Ambrosius, haec scripta sunt: *Palladius Arianus ait: Non tibi respondeo, quia quaecumque ego dixi, non sunt scripta. Vestra tantummodo scribuntur verba: non vobis respondeo. Ambrosius Episcopus dixit: Omnia vides scribi &c. & infra: Palladius dixit: Exceptor vester & noster stent, & omnia scribant. Valerianus Episcopus dixit: jam quae dixisti, & quae negasti, scripta sunt omnia.*

A Proinde, si quid video, dolendum est, hanc Artem penitus excidisse, cujus adhuc utilis esse posset scientia & usus. Quos verò nunc Notarios dicimus, Romani olim *Scriniarios* appellabant; atque id quamplurimis exemplis confirmare possem. Pauca seligam ex Codice MSto Cencii Camerarii, è quibus videas Aeta publica à *Scriniariis Sanctae Romanae Ecclesiae* literis mandata fuisse.

De duabus Platratis lignorum, quae Populus Ostiensis debet singulis annis in Natale & Pascha dare Domino Papae, si in Urbe fuerit, Anno 1159.

**I**N nomine Domini: Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Centesimo Quinquagesimo Nono: Pontificatus Domini Adriani IV. Papae Quinto, Indictione VII. mensis Martii, die XXVI. Quoniam rerum gestarum memoria plerumque perire dignoscitur lapsu temporis, vel necessitate oblivionis; idcirco ego Andreas Scriniarius Sanctae Romanae Ecclesiae & sacri Lateranensis Palatii, promissionem ab Ostientibus Civibus factam Domino nostro Adriano, à Deo decreto summo Pontifici, & in sacratissima Sede beati Petri Apostoli universalis Papae IV. omnibusque suis Catholicis successoribus Romae residentibus in perpetuum, sedente in Lateranensi Palatio in Consistorio, in Domo scilicet nova, quae dicitur Leonis Papae: coram Domino Urbano Presbytero Cardinali venerabili, titulo Sanctae Crucis, quae dicitur Hierusalem, & Pon..... in Susurio, & Domino Jacinto Diacono Cardinali Sanctae Mariae in Cosmidim, atque Domino Bosone venerabili Diacono Sanctorum Cosmae & Damiani, ipsius Domini Papae Magistro Camerario: & in praesentia Judicum, Philippi Sanctae Sedis Apostolicae Sacellarii, Gregorii Co-

C vari, Benedicti, Leonis, Johannis de Parentio, Advocatorum, publicis literis, rogatu bonorum virorum Civium Ostiensium, videlicet Capasciae Procuratoris Ostiensium, & sociorum ejus concivium, ibidem secum adstantium, scilicet Romani Bucca pafa, Nicolai Aronis, Amati Sassonis, Johannis Bezonis, Adelmari Peregrini, perpetuae memoriae mandare curavi. Promissio talis est, quam D suprascripti pro se & concivibus suis fecerunt perpetuò suprascripto Domino nostro & suis catholicis Successoribus, sicut supra scriptum est. Quod omni anno amodo in antea dabunt duas Platratas Lignorum Domino Papae, à Marmorata, sive à Ripa Romanae, unde Dominus Papa voluerit, hoc modo persolvent: unam Platrata in Nativitate Domini, & aliam in Pascha de Resurrectione. Ista Ligna persolvent omni anno, veruntamen quum Dominus Papa est in Urbe: quando autem denotatis temporibus aberit, Dominus Papa sibi solvere remisit. Praeterea ob hanc promissionem Dominus Papa & Curia ipsius omnem offensam, quam pro Lignis solvendis commiserant, remisit. Ipsi autem Ostienses pro se & omnibus concivibus suis,

suis, eorumque heredibus in perpetuum id solvere & observare promiserunt. Quod si contra haec, quae dicta sunt, quolibet modo venire tentaverint, & cuncta, quae dicta sunt, non observaverint, tunc promiserunt se pro poena componere Domino Papae suisque successoribus centum bonorum Denariorum P. P. Libras: & solutâ poenâ haec promissionis, sponsionis, pollicitationisque Chartula firma permaneat. Quam scribendam rogarunt me Andream Scrinarium sanctae Romanae Ecclesiae, & sacri Lateranensis Palatii, in mense & Indictione superscripta VII.

\*\*\* Signum manuum superscriptorum Capascae Procuratoris totius Populi Ostiensis, & Concivium suorum pro toto Populo Ostiensi.

Hujus Chartulae rogati testes hi sunt: Oddo de Insula, Benedictus Zenonis, Johannes Ancillae Dei, Viscardus, Petrus Butiglerius, Gregorius de Baruncello passo, Donnellus, Bobo de Mulo Capotiano.

A Andreas Scrinarius sanctae Romanae Ecclesiae & sacri Lateranensis Palatii complevi & absolvi.

Contractus super eodem.

Ego Iderandus Scrinarius, die XXXI. Madii cum Rogerio de Letulo ivimus Ostiam & ante Ecclesiam Sanctae Aureae, praesentibus Archipresbytero & Clericis Ostiensibus, convocato Populo, coram eis hunc contractum legimus. Et si consentirent, diligenter ab unoquoque inquisito, in scriptum redeimus. Quorum quidem nomina haec sunt: Johannes Nicolaus de Gexo: Petrus Pelle: Bobo Belcore: Gregorius Malaruina: Johannes Marfanione: Romanus Johannis de Ramo: Andreas Nicolai de Gesso: Petrus Johannis de Maria: Gerardus de Ocilenda: Petrus Caputadterram: Benedictus de Gerardo: Adam de Nomasci: Nicolaus de Romano: Angelus Johannis Coci &c.

Chartula Oddonis de Poli de tota Terra sua, quam beato Petro & sanctae Romanae Ecclesiae in proprietatem donavit in perpetuum, Anno 1157.

I N nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis MCLVII. Anno verò III. Pontificatus Domni Adriani IV. Papae, Indictione V. mense Januario, die XVII. Quoniam exemplo veterum sapientum usque ad nos multis auctoritatibus significato protractum est, ut memoria gestarum rerum literis commendetur, quatenus earum inspectione, omni oblivionis nube amotâ, veritas apud homines clarescere possit: idcirco ego quidem Oddo, qui vocor de Poli, hac die, propria spontaneâque voluntate meâ, & inter vivos non causâ mortis investiens ad propriam perpetuamque hereditatem

D trado, dono, & offero Deo & beato Petro Apostolo, & tibi praedicto Domino, patri, & totius Christianitatis capiti, Adriano IV. Papae, tuisque successoribus in perpetuo, & cui largiri & concedere volueris; idest totam & integram meam Terram, videlicet Poli, & Sustiniano, & Anticuli, & Rocha, quae vocatur de Nibli, & Monte, qui dicitur Manno, & Gadabiolo, & Saracenisco, & Rocha, quae vocatur de Muvi, & Castellus Novus; & ubicumque mihi in aliis locis & vocabulis quolibet modo pertinet, una cum omnibus suis aedificiis, munitiombus, turribus,

bus, domibus, hortis, canipatinis, vineis, terris, sementis, villis, silvis & pantanis, pratis & amariis, fontibus, rivis, aquae, aquarumque discursibus, aquimolis, & lacora, montibus, collibus, plagis & planitiis, vacuum & plenum, & cum omnibus suis usibus & utilitatibus vel pertinentiis; sicut mihi praedicta omnia quocumque modo competunt, taliter ea tibi, tuisque successoribus concedo, & inter vivos, non causa mortis, irrevocabiliter dono & offero, & investiens ad perpetuam hereditatem trado: ita ut amodo in antea licentiam & potestatem habeatis ibidem introduendi, videlicet fruendi, possidendi, & quidquid volueritis faciendi sine mea meorumque heredum contrarietate. Quod si contra haec, quae dicta sunt, quodam modo venire, & si opus aut necesse fuerit, si eam defendere nolueris aut non potueris, tam ego, quam mei

A heredes tibi tuisque successoribus constituri pro poena centum Libras obrizi auri: & soluta poena haec perpetua donationis Chartula firma nihilominus & stabilis permaneat. Quam scribendam rogavi Astaldum sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarium, in Mense, & Indictione suprascripta V.

B ✠ Signum manus praedicti Oddonis hujus Chartulae ad confirmandum quod superius dicere rogavit,

Testes, Oddo scilicet Petri Benedicti de Bona de Insula, Petrus filius quondam Alexandri Civici Dominae Bonae, Bernardus de Rigosfrigidu, Alexius Scriniarius de Albano, Petrus Ritus, Petrus Buticularius.

C Ego Astaldus Domini gratia sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, sicut rogatus fui, & vidi & audivi, scripsi, complevi, & absolvi.

Instrumentum de Castro Nimpharum tradito Domino Papae Innocentio III. Anno 1204.

I N nomine Domini. Anno Domini cae Incarnationis MCCIV. & Anno VII. Pontificatus Domini Innocentii III. Papae, Indictione VII. mense Aprili die XX. Nos quidem Philippus & Bartholomaeus fratres, filii quondam Lombardi, praesente & consentiente in hoc nobis Dominâ Aldrudâ sorore nostrâ, uxore quondam Scotti cognati nostri, & omne suum jus & actionem vel exceptionem, quod, quasve in omnibus subscriptis rebus habere quoquo modo videtur, tam respectu ususfructus subscriptarum rerum, quem à Johanne Papparone filio olim ejus reliquit, quam etiam aliter cujuslibet rei vel causae occasione, omnia refutante, concedente, atque donante ante praesentiam Domini Johannis, Obicionis, & Henrici, Transstibe-

D rim Judicum Dativorum, & Nicolai Tulli Causidici, & testium subscriptorum, ad hoc specialiter rogatorum, propria nostra voluntate renuntiamus, & in omnibus & per omnia generaliter refutamus, & possessionem, quam de subscriptis rebus Dominus Papa, vel alter pro eo habet, modis omnibus confirmamus, vobis verò Domino Octaviano, Dei gratia, Domini Papae Innocentii III. consobrino & Camerario, mandato quoque & procuratore ipsius Domini Papae ad hoc specialiter constituto, ad opus & utilitatem ejus, ejusque successoribus, & totius Romanae Ecclesiae perpetuo. Id est illam eandem integram tertiam partem pro indiviso, vel plus, si nobis modo quolibet pertinet, videlicet totius Castri Nimpharum cum tenimentis

tis & pertinentiis suis intus & de for-  
 ris. Quam Dominus Oddo filius quon-  
 dam Domini Petri Frajapani praedicto  
 Scotto Paparoni, cognato nostro pro quin-  
 gentis triginta Libris Parvensium Sena-  
 tus vendidit, & in solutum concessit ac  
 tradidit; sicut per Instrumentum manu  
 Johannis Boni Scriniarii conscriptum  
 apparet, quod vobis ad majorem curam  
 damus. Quae verò tertia pars dicti Cas-  
 tri cum omni jure, quod dictus olim  
 Scottus in dicto Castro intus & de for-  
 ris habuit, nobis pertinet ex testamento  
 Johannis Paparoni nepotis nostri, filiique  
 olim dicti Scotti, sicut pariter per In-  
 strumentum manu dicti Johannis Boni  
 Scriniarii conscriptum apparet, quod et-  
 iam vobis ad majorem cautelam da-  
 mus. Quodcumque itaque jus, & quam-  
 cumque actionem personalem & in rem,  
 sive hypothecam, tam etiam ad agen-  
 dum quam ad excipiendum, quod, quam-  
 ve in toto dicto Castro cum tenimentis  
 & pertinentiis suis intus & de foris,  
 & specialiter in dicta tertia parte ip-  
 sius Castri, nobis, ut dictum est, com-  
 petit, vel ejus respectu adversus quam-  
 cumque personam habemus, vel habere  
 quoquo modo possemus, videlicet tam ju-  
 re vel occasione suprascriptae concessionis,  
 venditionis, & in solutum dationis,  
 ipsi olim praedicto Scotto à praedicto  
 Domino Oddone factae, quam etiam re-  
 spectu vel jure donati legati, quod no-  
 bis praedictus olim nepos noster in suo  
 testamento reliquit, vobis, ut dictum  
 est, pro dicto Domino Papa & successo-  
 ribus ejus procuratorio nomine refuta-  
 mus, cedimus & mandamus; ita ut  
 quidquid hactenus in dicto Castro vel  
 respectu ejus adversus quamcumque per-  
 sonam nostro jure & nomine agere vel  
 excipere seu exercere possemus, ipse Do-  
 minus Papa & successores ejus suo jure  
 & nomine exercent, agant & exci-  
 piant, & eum tamquam Dominum, pro-

A curatorem in sua re constituimus, ut in  
 loco, jure & privilegio nostro in omni-  
 bus succedant.

B Hanc autem refutationem, concessio-  
 nem, & mandatum vobis, ut dictum  
 est, facimus pro quingentis triginta Li-  
 bris bonorum Parvensium Senatus, quas  
 nobis de mandato dicti Domini Papae,  
 & pro eo, atque de sua pecunia, ut  
 dictum est, procuratorio nomine datis at-  
 que persolvitis pro omni nostro jure,  
 quod nobis in dicto Castro & suis per-  
 tinentiis intus & de foris competit vel  
 competere possit quoquo modo. De qui-  
 bus omnibus, & de omni nostro jure  
 nos bene quietos & pacatos vocamus,  
 & non solutae pecuniae exceptioni omni-  
 no refutamus. Quarum autem quingen-  
 tae minus octo Librae sunt ex illis quin-

C gentis Libris parvorum Senatus, quas  
 Bobo Bonfilius praedicto Castro recollig-  
 endo in deposito habuit: ideoque am-  
 odo dictus Dominus Papa, vel alter pro  
 eo potestatem & licentiam habeat, di-  
 ctam portionem nostram denotati Castri  
 cum tenimentis & pertinentiis suis in-  
 tus & de foris tenere, & facere ex eo

D quicquid voluerit semper. Insuper sub  
 poena dictae pecuniae duplae vobis pro  
 dicto Domino Papa bonae & legalis  
 plejariae promittimus, hoc nostrum jus  
 ac ipsam praelibatam portionem nostram  
 nulli alii personae obligasse, concessisse,  
 nec aliter alienasse. Praeterea vobis pro  
 dicto Domino Papa & successoribus ejus  
 procuratorio nomine, ut dictum est, pi-  
 gnori ponimus & obligamus, & pro

E nobis & nostris heredibus & successoribus,  
 quantum ad subscriptum damnus,  
 si acciderit, pertinet, amodo precario  
 & ejus nomine possederimus, videlicet  
 omnes res & possessiones nostras mobiles  
 & immobiles vel sese moventes, quas  
 infra Urbem & de foris habemus vel  
 habebimus; ita tamen si per obligatio-  
 nem, concessionem, vel quamlibet alie-  
 natic.

nationem tam à nobis quam à dicto olim Scotto cognato nostro, & Johanne filio suo nepotique nostro, vel etiam à dicta Domina Aldruda sorore nostra, quantum ad usumfructum pertinet, modo quolibet factam, aliquo, quod absit, in tempore dictus Dominus Papa vel successores ejus ex hac causa damnum aliquod de jure, tam impensarum nomine, quam aliter patientur, quanti erit damnum, tantum auctoritate propria, nostroque mandato, quod eis facimus, in rebus & possessionibus nostris eis placentibus jure pignoris & plejariae nomine vendicent, capiendo & alienando & eis in omnibus satisfaciendo. Et si contradicere tentaverimus, à jure, quod in eisdem rebus habemus, omnino cadamus, & ipsum damnum duplum nomine bonae & legalis plejariae poenae nomine solvere & dare ipsi Domino Papae vel successoribus ejus per vos procuratorio nomine promittimus. Et in iis omnibus refutamus omnem juris vel legum seu boni usus auxilium, quod pro nobis in hac causa introductum est, ita ut nullum jus, nullamque actionem vel exceptionem adversus dictum Dominum Papam & successores ejus, ad infringenda quae dicta sunt, valeamus opponere. Novissime autem pro nobis & nostris heredibus & successoribus, vobis pro dicto Domino Papa & ejus successoribus procuratorio nomine, ut dictum est, quae dicta sunt, omnia observare, adimplere, & contra nullà ratione ve-

A nire promittimus nomine plejariae, & principalis obligationis, sub poena legitima ex stipulatu promissa totius superscriptae pecuniae duplae. Et solutà poenà haec Chartula firma permaneat. Quam scribere rogavimus Johannem Leonis Scriniarium in Mense & Indictione superscripta VII. Testes Girardus Scrofani, Johannes Oddonis Romani, Rainerius Johannis Pauli, Johannes Bobonis Boni filius, Siginulfus de Burrella, Adinulfus Oddonis.

B Ego Johannes Leonis, Sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, habens potestatem dandi tutorem & curatorem, emancipandi, & decretum interponendi, & alimenta decernendi, complevi & absolvi.

C Attamen an iidem plane fuerint Scriniarii atque Notarii, dubitare non semel coactus sum. Num ii Scriniarii appellati, qui publici Scrinii, sive Archivi curam haberent, quum nihilominus Chartas conficerent reliquorum Notariorum more; Notarii verò ceteri, qui instrumenta tantum conscriberent? Non alia est sententia Du-Cangii in Glossario Latin. Discrimen certe aliquod inter eos & Notarios intercessisse videtur, quum iis ipsis temporibus occurrant, qui non Scriniarii, sed sanctae Romanae Ecclesiae Notarii appellantur: cujus rei unum tantummodo è multis exemplum proferam ex praelaudati Cencii MSto Codice desumptum.

Chartula transactionis, quam fecit Gezo de Damiano Domino Papae Adriano IV. super quibusdam possessionibus & rebus positis in Castro de Orcla, Anno 1158.

Tibi patri & universali Domino Papae Adriano ego quidem Gezo de Damiano, nullo cogente imperio, sed propria & spontanea mea bona voluntate, per Chartulam conventionis atque

E transactionis facio refutationem pro me & pro uxore mea, meisque heredibus vel personis à nobis submissis, pro tribus millibus Marcis argenti: nominative de omni jure seu actione, quam habeo in

in Domo, quae rejacet in Castro, quod vocatur Orde, juxta Turrim Domni Papae: & habet finem ab una parte praedictam Turrim, à secunda Casam Dominicam, à tertia ripam ejusdem Castrum, à quarta verò Viam publicam. Et in Molendino & in Horto, quae rejacent in loco, qui vocatur Vado del Pixarello; & habent finem ab una parte ripam praedicti Castrum, à secunda Hortum, qui dicitur esse filiorum Offredutii de Guitto, à tertia flumen, quod vocatur Bleidano, à quarta verò Viam publicam. Et in Vineis, quae rejacent in Valle Roveta, una quarum habet finem ab una parte Vineam, quae fuit Johannis Ildiconis, à secunda Vineam, quae fuit Kiere, à tertia Vineam, quae fuit de Rapelino, à quarta verò Vineam, quae fuit Sancti Salvatoris de Lontaneto. Altera Vineam verò rejacet in praedicto loco, & habet fines ab una parte Vineam, quae fuit Guidonis Barbaegelatae, à secunda Vineam, quae fuit Nepotum Presbyteri Alexii, à tertia terram Gumicelli de Dulce, à quarta verò terram, quae fuit Aidenuffi de Rispanpeno. Ita quod de cetero neque ego, neque uxor mea, aut heredes mei, aut alia per nos submissa persona aliquid in supranominatis rebus exigere audeat à te Domino Papa Adriano, seu aliis Romanis Pontificibus. Quod si aliquis nostrorum contra praedictam Chartulam resutationis atque transactionis aliquo tempore venire tentaverit, promisit dare Domino Papae Adriano vel suis Catholicis successoribus nomine poenae Libram unam optimi auri, & Chartula ista in suo robore permaneat.

Hoc actum est in Castro Viterbii in Domo Gerardi & Boratiani de Casamala, in manibus Domni Bosonis Diaconi Cardinalis Sanctorum Cosmae & Damiani, Domni Papae Camerarii, XV. Kalendas Augusti, Anno ab Incarna-

Tom. II.

A tione Domini nostri Jesu Christi MC. LVIII. temporibus Domni Adriani IV. Papae, Anno ejus IV. Mense Julio, Indictione VI.

✠ Signa manuum Oddo de Insula.

Guiscardus: Gunterius filius quondam Leonis de Cello: Nicolaus Mancinus: Leo Vicanus; hi omnes rogati sunt testes.

B Ego Johannes sanctae Romanae Ecclesiae Notarius hanc Chartulam scripsi & bene compleri.

Ad haec in Codice Theodosiano Lib. VIII. Tit. I. l. XV. & sequenti, agitur de Scriniariis, qui nempe Scriniis seu Archivis Magistratum praeerant, eorumque rationes literis consignabant. Est & in Codice Justiniano ipsorum mentio: neque dubium est, quin tunc illorum munus à Tabellionum munere distingueretur. Et profectò nunquam excidit Romae illorum nomen ac ministerium, ibique duodecim fuisse traduntur, quorum primus ProtoScriniarius est appellatus. Verùm Saeculis posterioribus, quum & ipsi tabulas publicorum contractuum scriberent, parum fortasse aut nihil differre ceperunt à Notariis; ita ut non invitum in opinionem Glossae concedam, quae in Cap. ad audientiam Lib. 2. Decretal. de Praescript. scribit: Scriniarii appellantur Tabelliones, & est vulgare Romanorum. Bosius Rom. Subterranean. Lib. 3. cap. 5. Inscriptionem refert, in qua memoratur FL. CELERINUS V. D.

D E SCRINIARIUS INL. PATRICIAE SEDIS, VALENTINIANO VII. ET AVIENO COSS. Anno scilicet Christi CCCCL. Quod verò est ad Saecula inferiora, occurrit mihi ex monumentis Reipublicae Genuensis excerpta jamdiu Charta, cui hic est titulus: Laus Cencii Romanae Urbis Scriniarii; hoc est, Privilegium immunitatis eidem Cencio, qui & Vis

D d

Illu.

*Illustris* appellatur, à Genuensi Populo concessum. Primo aspectu putare possis, agi heic de inclyto aliquo Romanae Urbis Procere. Sed res tantum est de *Notario*, quem tamen Nobilem virum excogitare tibi

A liceat: quippe, ut dixi, Nobiles olim ad Tabellionatus officium adhibebantur, ipsumque munus nobile habebatur. Chartam ipsam ne te legere pigeat.

Decretum Consulum Civitatis Genuae pro immunitate Cencii  
Romanae Urbis Scriniarii, Anno 1179.

**J**anuae in Camera Capit. Consules de Communi Nicola Embriacus, Ogerius Ventus, Ottobonus, Gulielmus Auriacae, & Amicus Grillus laudaverunt, quod Vir Illustris Cencius Romanae Urbis Scriniarius de cetero singulis annis sine contradictione Consulum Communis, & omnium personarum pro Communi, possit mittere laboratum super mare de Janua, & ejus Districtu, per se vel Missum suum, quo maluerit, de sua vel aliena pecunia, sine omni exactione aut collecta seu homine aliquo, valens Librarum ducentarum Januensis monetae. Quod ideo factum est, quoniam etsi à multis retro temporibus Januensis Urbis fidelis & diligens amicus extitisset, & in promerendis, quae ad honorem ejusdem Civitatis pertinere visa fuerant, fideliter laborasset: quando tamen Romam ad Concilium profectus est Dominus Archiepiscopus cum prudentibus Viris, eos in domo sua honorifice hospitatus fuit, & omnimodam honorificentiam atque reverentiam eis exhibens,

B in negotiis Communis Januae apud Dominum Papam promovendis sis efficax & studiosus extitit, ut inter ceteros Romanos in hac parte profecto singularis inveniretur, & quasi Januensis Civis posset non immeritò reputari. Quare jam dicti Consules in amoris sui plenitudine & tuitione ipsum & sua specialius suscipientes, & propensius amplexantes, praedicto annuo beneficio & praevogativa, in remuneratione etiam praestiti obsequii & praestandi, auctoritate Consiliatorum eum donaverunt, ut supra laudantes, MCLXXIX. Indictione XI. duodecimo die Septembris.

Ego Gulielmus Calige..... praecepto suscriptorum Consulum scripsi.

D Antiquis etiam Seculis reperio Imperialis Aulae Scriniarios, inter quos & Notarios nullum discrimen intercessisse puto. Testes accipe Chartas duas, praeter complures alias, ex eodem Regesto Cencii Camerarii descriptas.

Chartula acquisitionis & emtionis Paliani & Serronis ad opus Romanae  
Ecclesiae tempore Domini Gregorii Papae IX. Anno 1232.

**I**N nomine Domini. Amen. Anno Incarnationis Milleesimo Ducentesimo Trigesimo Secundo, Pontificatus Domini Gregorii Papae IX. Anno VI. mense Decembri, die XXI. Indictione VI. Ego

E Oddo de Columna Dominus Olibani, hac die praesenti propria & spontanea mea voluntate vendo & irrevocabiliter trado tibi Domino Benedicto Domini Papae Camerario, ad opus & nomen reverendi patris



patris Domini Gregorii IX. Papae, suorumque successorum, & Romanae Ecclesiae in perpetuum, videlicet totam & integram partem meam Roccae & Castri Paliani, & Roccae & Castri Serronis, cum omni jure & jurisdictione & actione dominio & honore, & tam in terris quàm in vineis, Vassallis, silvis, pratis, montibus, collibus, planitiis, pascuis, aquis, & Communitatibus universis, sicut mihi & haeredibus & successoribus meis competunt pro diviso vel indiviso jure hereditario, vel alio quolibet modo in praedictis Castris intus & extra, & per totum eorum territorium & districtum; excepto eo, quod habeo & teneo ultra Fossatum de Centum Gutis cum quodam accasamento, posito ultra Fossatum ex parte Castri mei de Olibano. Quae omnia mihi & haeredibus & successoribus meis sine aliqua contradictione reservo. Et à praesenti do & concedo ipsi Domino Papae ac successoribus suis liberam potestatem intrandi & accipiendi per se vel per procuratorem suum auctoritate propria possessionem omnium praedictorum; & habendi, tenendi & possidendi libere & quiete ad opus & utilitatem Romanae Ecclesiae in perpetuum omnia supradicta; & quicquid ego vel alia persona pro me de praedictis omnibus possidemus, à praesenti me constituo nomine Romanae Ecclesiae possidere. Pro qua venditione seu alienatione & traditione confiteor me recepisse & habuisse à te praedicto Domino Camerario nomine Domini Papae & Ecclesiae Romanae solvente quadringentas Libras bonorum denariorum Senatus: de quibus bene me voco quietum, exceptioni non numeratae vel non solutae pecuniae renuntiando. Et si praedicta bona plus valent, totum à praesenti die eidem Domino Papae ac successoribus suis ac Romanae Ecclesiae dono atque concedo libere in

perpetuum. Hanc autem venditionem, alienationem, & traditionem ipsi Domino Papae suisque successoribus nomine Romanae Ecclesiae, ut dictum est, facio, salvo per omnia mihi & haeredibus meis perpetuo, quod omnes possessiones & bona immobilia extra munitiones praedictorum Castrorum posita, & redditus Vassallorum meorum, quos & quae hujus alienationis tempore in Castris habueram supradictis, à Domino Papa & Romana Ecclesia in Feudum de cetero teneamus, & exinde ipsius Domini Papae & Romanae Ecclesiae Vassalli simus perpetuo & fideles, & eis propter hoc specialiter praestemus homagium personale. Insuper de libero arbitrio & propria voluntate do, dono atque concedo & trado eidem Domino Papae & Romanae Ecclesiae ad veram proprietatem in perpetuum, videlicet unam Domum meam positam infra Roccam Paliani, cum omnibus juribus, utilitatibus, & pertinentiis suis, sicut suis finibus terminatur, ad intrandum, tenendum, possidendum & faciendum libere in perpetuum suae beneplacitum voluntatis. Pro praedictis autem omnibus firmiter & fideliter observandis, me, meosque heredes & successores, & omnia mea bona mobilia & immobilia, habita & habenda, eidem Domino Papae suisque successoribus principaliter & specialiter obligo, & eadem propter hoc specialiter ab eis precario me constituo possidere. Renuntiando in iis omnibus omni juris auxilio Canonici & Civilis, consuetudini & Statuto, & omni actioni, exceptioni & rei, quae possent obijci contra Instrumentum vel factum. Promittens pro me, meisque haeredibus & successoribus perpetuo, hanc venditionem, donationem & traditionem, & omnia supradicta rata & firma semper habere, inviolabiliter observare, & non contra venire. Sed si opus & necesse fuerit,

D d 2

legiti.

legitime defendere ab omni persona. Quod si praedicta omnia non servaverimus, vel quolibet modo venerimus contra praemissa, praedictas quadringentas Libras nomine poenae duplas eidem Domino Papae, suisque successoribus, & Romanae Ecclesiae promitto me integre soluturum. Et poenam solutam, hujus venditionis, donationis & traditionis contractus in suo nihilominus robore perseveret.

A Actum Anagninae praesentibus testibus subscriptis, ad hoc specialiter rogatis, scilicet Domino Stephano Domini Papae Capellano Magistro Roffrido Huberti, Magistro Galtero de Camera, Magistro Palmerio de Camera, Johanne Dente Milite Ferentino, & Berardo Domini Paristi, testibus. Et ego Ricardus, Imperialis Aulae Scriniarius, hanc Chartam de consensu partium scripsi & complevi rogatus.

Chartula venditionis factae à quibusdam Dominis de Paliano de bonis eorum Paliani & Serronis, Anno 1233.

IN nomine Domini. Amen. Anno Incarnationis Christi Millesimo Ducentesimo Trigesimo Tertio, Pontificatus Domini Gregorii Papae IX. Anno VI. mense Februario, die prima, Indictione VI. Nos Transmundus de Timto, Lucas de Paliano, Petrus Pinctus, Bartholomaeus Pinctus, Petrus de Paliano, Jacobus & Ungarus, Petrus Vetulus, & Thomas Nicolai de Miro, Theobaldus Gregogorii & Nicolaus Macarannus, Domini de Paliano, hac die praesenti pagina, libera & spontanea voluntate pendimus & irrevocabiliter tradimus tibi Magistro Boetio Clerico & Familiari Domini Papae, procuratorio nomine recipienti ad opus & nomen Domini Papae Gregorii, suorumque successorum, & Romanae Ecclesiae in perpetuum: videlicet totam & integram partem nostram Roccae & Castri Paliani, & Roccae ac Castri Serronis cum domibus & casalinis, quas & quae in praedictis Roccis habemus, & nobis competunt pro diviso vel indiviso, cum omni jure, jurisdictione, & actione, dominio & honore; & tam in terris, quam in vineis, vassallis, montibus, pratis, silvis, collibus, planiciis, pascuis, aquis, & communitatibus universis, sicut nobis competunt pro diviso vel indiviso in praedictis Castris intus &

extra per totum eorum territorium & districtum. Dantes eidem Domino Papae plenam & liberam potestatem intrandi & accipiendi &c. (ut in supra descripta Chartula) Salvis nobis & heredibus nostris universis possessionibus & bonis nostris immobilibus extra munitiones praedictorum Castrorum positis, & omnibus redditibus Vassallorum nostrorum, sicut arbitrando laudabunt Dominus Stephanus de Anagnina Domini Papae Capellanus, & Dominus Johannes de Gaviniano, ac Dominus Johannes de Raynaldo, qui arbitrandi & laudandi super hoc acceperunt à partibus potestatem, sicut in compromisso scripto per manum Ricardi Scriniarii continetur. Hanc autem venditionem seu alienationem & traditionem facimus, ut dictum est, ipsi Domino Papae, suisque successoribus, & Romanae Ecclesiae in perpetuum pro eo pretio, quod arbitri seu arbitratores supradicti laudando taxabunt, & fuerint arbitrati: promittentes nos eorum aestimationem & taxationem perpetuo ratam & gratam habere, & in omnibus acceptare, & pretio quod ipsi laudabunt, perpetuo nos fore contentos. Et si praedicta plus valent, totum à praesenti ei Domino Papae & Romanae Ecclesiae libera voluntate donamus & concedimus inter viros. Et juramen-

to à singulis nostrum corporaliter praestito per stipulationem promittimus pro nobis heredibus & successoribus nostris, hanc venditionem, promissionem, & traditionem, & omnia supradicta, rata & firma semper habere, & perpetuè inviolabiliter observare, & non contravenire: sed si opus & necesse fuerit, legitime defendere ab omni persona. Quod si praedicta omnia non servaverimus, vel quolibet modo venire tentaverimus contra praemissa, poenam in suprascripto Compromisso statutam Domino Papae & Romanae Ecclesiae integre nos promittimus soluturos, & poenâ solutâ hujus venditionis, alienationis & traditionis contractus in sua nihilominus permaneat firmitate. Et pro iis omnibus firmiter & fideliter observandis omnia bona nostra mobilia &c. (ut supra in alia venditionis Chartula).

A Actum est hoc praesentibus testibus infra scriptis, ad hoc specialiter vocatis, scilicet Magistro Roffrido de Terracina Domini Papae Notario, Petro de Pofis Cle-  
vico ejusdem Notario, Willelmo Sutore Curiae Domini Papae, Perusino de Mare-  
scalcia, Domino Stephano Capellano Domini Papae, Paulo de Capa, & Jo-  
hannino Domini Papae Cursore.

B Et ego Ricardus Imperialis Aulae Scriniarius, qui omnibus praedictis interfui, hanc Chartam utriusque partis consensu scripsi, & compleri rogatus.

Vidisti Imperialis Aulae Scriniarios. Erant & alii, qui Imperialis Aulae Notarios, atque in ipsa Urbe, se se inscribebant, ut constabit ex altera Charta, quam subjicio.

C

Fidejussio praestita Gregorio IX. Papae à Rainono de la Tolfa pro Castro Saxi, Anno 1230.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Amen. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Tricesimo XI. Kalendas Maji, Indictione III. Pontificatus Domini Gregorii Papae IX. Anno IV. Quum venerabilis pater Dominus Rainerus Sanctae Mariae in Cosmidin Diaconus Cardinalis à Domino Gregorio Papa IX. receperit in mandatis, ut idoneos fidejussores pro Romana Ecclesia reciperet à nobili viro Rainono de la Tolfa, ad summam mille Librarum provenientium, de parendo mandatis Ecclesiae Romanae super eo, quod Castrum Saxi ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinente injuste & hostiliter invaserat, detinuerat, & dolo postmodum, sicut dicitur, deserat possidere; propter quod fuerat à bonae memoriae Honorio Papa III. excommunicatus publice & frequen-

D ter: dictus Rainonus in ejusdem Domini Cardinalis praesentia constitutus cum instantiâ postulabat à praedicto Domino Cardinali, ut juxta Domini Papae mandatum fidejussores ab eo reciperet, quos praesentialiter offerebat. Tandem Dominus Rainonus memoratus promisit per stipulationem sub poena mille Librarum praedicto Domino Cardinali pro Domino Papa, suisque successoribus & Ecclesiâ Romanâ recipienti, stare mandatis eorundem & Ecclesiae supradictae sub obligatione omnium bonorum suorum. Et Dominus Johannes, Urbis almae Praefectus in trecentis Libris, & Dominus Tebaldu Praefecti in ducentis Libris, & Dominus Capellanus de la Tolfa in ducentis Libris, & Dominus Alexander de Brazano in centum Libris, ad petitionem & mandatum dicti Rainonis, & in sua praesentia,

sentia, fidejussorio nomine pro ipso promiserunt & fidejusserunt apud praedictum Dominum Cardinalem stipulantem ab eo dictam summam pro dicto Domino Papa, suisque successoribus, & Ecclesia Romana, quod praedictus Rainonus stabit, attendet & observabit mandata Romanae Ecclesiae & suorum, nec contra faciet, neque veniet aliquo ingenio vel subtilitate. Quod si non observabit, vel contra faciat, quilibet praedictorum fidejussorum solvere Romanae Ecclesiae dictam pecuniam, in qua fidejebet, obligans quilibet eorum ad haec omnia bona sua. Renuntiantes novae Constitutionis beneficio, & cuilibet alii auxilio, per quod possent contra facere vel venire, quod non opponent sub poena dupli, quâ soluta vel non, praedicta omnia firma permaneant.

Actum Romae apud Sanctum Clementem in Palatio ejusdem Cardinalis, in praesentia Domini Hildibrandi, Magistri Petri de Sancto Germano, & Magistri Petri Viterbiensis, Capellanorum, & Johannis de Fera, Sensus de Per.....

A | Roffridi, Angeli & Talenti Spoletani, servientium ejusdem Cardinalis, testium ad hoc rogatorum.

B | Eodem die in Transiberi Dominus Amato Praefecti eodem modo fidejussit in ducentis Libris proveniensium, & promisit pro dicto Rainone Magistro Petro Camerario dicti Cardinalis pro dicto Domino Papa & Ecclesia Romana in praesentia praedicti Domini Johannis Praefecti, Domini Capellani, Domini Alexandri, Magistri Petri praedicti de Sancto Germano Advocati, testium.

Ego Ranucius Imperialis Aulae Notarius, omnibus interfui supradictis, & hoc Instrumentum mandato dicti Cardinalis, & fidejussorum, & Rainonis scripsi & publicavi.

C | Et profectò mihi etiam ad Annum MCCXXXIII. occurrit Romanus, Sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, qui Archivo Sedis Apostolicae praefectus fuisse minime credendus est, quum Scriba Senatus effet. Superfluum non erit ipsam Chartam legere.

Instrumentum, per quod Gregorius IX. Papa, & Praefectus Urbi aliquot Nobilibus satisfaciunt pro damnis eis illatis à Viterbiensibus, Anno 1233.

**I**N nomine Domini. Anno Dominicae Incarnationis Millesimo Ducentesimo Tricesimo Tertio, Anno VIII. Domini Gregorii IX. Papae, Indictione VI. Mensis Junii die III. Nos Rainucius Johannis Cocbei, & Johannes Coccus, sed ego Johannes una cum dicto Rainucio patruo & Curatore meo, dato mihi in hac re tantum à Domino Johanne Poli Comite Albae & Dei gratiâ almae Urbis illustri Senatori: & nos Valentinus Valentini, Guitto & Bonaventura de Stramo fratres, Aegidius de Valle, & Bonus homo ejus frater, & Johannes Petri Coc-

D | bei, omnes insimul & singuli, non aliquo dolo inducti, sed libero arbitrio, & de mera & pura voluntate, vocamus quietos Dominum Gregorium Summum Pontificem & Ecclesiam Romanam, & Dominum Johannem Poli Comitem Albae & almae Urbis illustrem Senatorem, pro se principaliter, & omnes Romanos per eum communiter & singulariter, & Communitatem Urbis, & omnes Viterbienses communiter & singulariter, & generaliter omnem aliam personam in hoc facto adjacentem: scilicet de omnibus damnis nobis praedictis & infse-

inferius dicendis à Viterbiensibus usque nunc illatis, & à qualibet alia persona per eos tam in Turribus, domibus, vineis, arboribus, & in fructibus terrarum, hortorum, & canepinarum, quàm etiam in rebus mobilibus & bestiis & personis, ita quod sint amodo inde quieti, pacifici, tranquilli, & ab omni lite remoti; & de cetero nullam litem seu quaestionem contra aliquem inde faciemus, nec fieri faciemus per aliquam personam à nobis submissam vel submitendam. Hoc ideo facimus, quia pro emendatione & restoratione dictorum damnorum, & omnium damnorum recipimus à dicto Domino Papa pro Viterbiensibus duo millia quingentas Libras bonorum proveniensium Senatus. De quibus omnibus nos bene quietos vocamus, & renuntiamus non numeratae pecuniae exceptioni, & de ipsis damnis credimus nobis fore satisfactum, & etiam ultra quàm fuerit vel sint ipsa damna, unde sacramenta Romanorum sunt bene salvata. Insuper ego dictus Rainucius nomine bonae & legalis plejariae obligo me & bona mea, quae nunc habeo & habebo, quod Spinellus, & frater, & Gratianus filius Bartholomaei Mist . . . & Spinellus Johannis, & Robertus fratres, & Scangius de Milano, & heredes Leonardi Tebaldi, & si qui alii in hoc adjacent facto, omnes & singuli omnia praedicta rata habebunt & firma, & contra nullo modo venient per se vel per quamlibet aliam personam ab eis submissam vel submitendam, quia pari modo, sicut & nobis, de dictis damnis est eis ad plenum

A | satisfactum. Quod si contra facere tentaverint, vel nos supradicti tentaverimus, & aliquod damnum Ecclesia Romana, seu Senatus, vel Roma, vel Viterbienses inde passi fuerint, omne illud damnum nomine plejariae reddere & restaurare promittimus, & insuper solvere teneamur eis nomine poenae dictam pecuniam duplam. Et soluta poena haec Charta firma permaneat. Quam Chartam publice scribendam rogavimus Romanum Sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarium & Scribam Senatus, & Forencium Justitiarium, in Mense, & Indictione superscripta VI.

Domnus Anibaldus testis.

Petrus Johannis Uperini testis.

Petrus Manecti testis.

C | Transmundus testis.

Matthaeus Scriniarius testis.

Jacobus Soguattarius testis.

Petrus Bulgamini testis.

Bobo Johannis Bobonis testis.

Johannes Rencii testis.

Ego Romanus sanctae Romanae Ecclesiae Scriniarius, & Scriba Senatus, & Forencium Justitiarium, rogatus scripsi, & complevi.

D | Chartam quoque vidi scriptam à Johanne Mele Scriniario Anagninae Anno MCCXXI. ita ut vix dubitari possit, quin Scriniarius & Notarius idem olim fuerit. Qua ratione verò Scriniarii olim Romae instituerentur, ex hac ipsa formula addices, quam Codex MStus Cencii Camerarii mihi suppeditavit.

E |

### Qualiter Judex, & Scriniarius à Romano Pontifice instituantur.

Quum praesentatur Domino Papae ille, qui Judex est examinandus, examinatur prius à Cardinalibus, qualiter se in Legum doctrina intelligat, &

si legitime natus fuerit, & laudabiliter conversatus. Qui si idoneus repertus fuerit, hominum & fidelitatem secundum consuetudinem Romanorum Domino

*Papae humiliter exhibet. Sed in ejus juramento hoc additur: Causas, quas judicandas suscepero, post plenam cognitionem malitiose non protraham, sed secundum Leges & bonos mores, sicut melius cognovero, judicabo. Instrumentum quoque falsum, si in Placito ad manus meas fortè devenerit, nisi exinde periculum mihi imminet, cancellabo. Tunc Pontifex Codicem Legis manibus ejus porrigens dicit: Accipe potestatem judicandi secundum Leges & bonos mores.*

*De Scriniario eodem modo fit (sicut de Judice). Sed juramento ejus hoc additur: Chartas publicas nisi ex utriusque partis consensu non faciam. Et si fortè ad manus meas Instrumentum falsum devenerit, nisi exinde mihi periculum imminet, cancellabo. Tunc Pontifex dat ei Pennam cum Calamario, sic dicens: Accipe potestatem condendi Chartas publicas secundum Leges & bonos mores.*

A En ergo quale olim foret Scriniariorum munus, *Chartas publicas* scribere. Nihil heic de Archivo, cui praecessent; atque adeo puros *Notarios* illos agnoscimus. Quae autem hactenus congesti, ad aliam quoque cognitionem deducere nos potuerunt, videlicet antiquis etiam temporibus, praeter *Imperialis Aulae Notarios*, atque *Scriniarios*, in ipsa Urbe agentes, fuisse etiam *Notarios* à Summis Pontificibus sua auctoritate creatos, & in ejus Urbis ditione munere isto fungentes. Quod etsi expressis verbis Notarii minime tunc profiteri soleant, ex eorum tamen titulis satis aperte deducitur. Seculo XIII. aliquot invenio diserte testantes, se auctoritate *Apostolica* ad Notarii munus delectos. *Petrum sacrosanctae Romanae Ecclesiae auctoritate Notarium* Charta subsequens prodet in toties laudato Cencii Camerarii Regesto à me reperta, cui duas alteras aliorum Notariorum adtexam.

B

C

Instrumentum emtionis Castri Mirandae, factae a Gregorio IX. Papa, Anno 1234.

„ **I**N Christi nomine Amen. Anno ejusdem Millesimo Ducentesimo Trigesimo Quarto, Indictione VII. tempore Domini Gregorii Papae IX. existentis, die IV. intrante Mensis Aprilis. Nos quidem Osfredus & Simon quondam Domini Bartholomaei de Miranda, & Simon, Osfredus, & Raynaldus Clericus, filii quondam Domini Ruberti, praesentibus, consentientibus, & acceptantibus Domino Bonocomite, & Domino Bartholomaeo filiis praedicti Domini Osfredii, & Simone filio dicti Domini Simonis, omnibus suis ju-

D „ ribus & actionibus renuntiantibus, „ jure proprietario una cum ipsis filiis nostris vendimus, tradimus & „ concedimus, damus, cedimus & „ mandamus vobis *Domino Alatrino „ Domini Papae Subdiacono & Capelano, nunc Ducatus Spoletani Rectori*, recipienti nomine & vice Romanae Ecclesiae, *Domini Papae Gregorii*, & successorum ejus: *Castrum „ Mirandae* cum omnibus suis pertinentiis, videlicet aedificio Castri, Turre, Girone, domibus, „ hominibus, terris, vineis, silvis, „ arboribus, pascuis, aquimolis, piscationibus, pratis, cultis & in-

E „ cul.

„ cultis, passagiis, & aliis omnibus  
 „ suis pertinentiis, juribus & utili-  
 „ tatibus, nobis occasione dicti Ca-  
 „ stri pertinentibus: ab uno latere  
 „ est Rocca Carlei; ab alio Rocca  
 „ de Phago cum pertinentiis suis.  
 „ Et damus vobis licentiam & po-  
 „ testatem vestra auctoritate habendi,  
 „ tenendi, possidendi, fruendi,  
 „ & quicquid vobis de cetero pro  
 „ Romana Ecclesia placuerit facien-  
 „ di, tamquam de re propria, sine  
 „ alicujus vel aliquorum contradi-  
 „ ctione. Et damus, cedimus, &  
 „ mandamus vobis Domino Alatri-  
 „ no recipienti nomine & vice Ro-  
 „ manae Ecclesiae omnia jura, omne-  
 „ sque actiones utiles & directas,  
 „ reales & personales, tacitas & ex-  
 „ pressas, quae & quas habemus vel  
 „ habere videmur in dicto Castro &  
 „ hominibus & pertinentiis. Consti-  
 „ tuentes per vos ipsam Romanam  
 „ Ecclesiam procuratricem tamquam  
 „ in rem suam. Item quietamus,  
 „ refutamus, remittimus, & pactum  
 „ facimus de non petendo vobis Do-  
 „ mino Alatrino recipienti nomine  
 „ dictae Ecclesiae Romanae, omnem  
 „ injuriam, omnem violentiam, om-  
 „ nemque actionem injuriarum, no-  
 „ bis illatam per Nuntios Ecclesiae  
 „ in dicto Castro, vel occasione di-  
 „ cti Castri Mirandae. Item promit-  
 „ timus vobis Domino Alatrino sti-  
 „ pulanti nomine Ecclesiae Roma-  
 „ nae, quod nulli dedimus, nec ali-  
 „ quo modo concessimus ipsum Ca-  
 „ strum, vel aliquod jus ipsius, vel  
 „ actionem de dicto Castro vel ejus  
 „ pertinentiis per nos vel per sub-  
 „ missam personam. Et si aliquo tem-  
 „ pore concessio aliqua apparuerit à  
 „ nobis, vel ab aliquo nostrum de  
 „ dicto Castro vel ejus pertinentiis  
 „ facta aliquâ occasione, promitti-

Tom. II.

„ mus per nos, nostrosque heredes  
 „ & successores, Ecclesiam Romanam  
 „ conservare semper indemnem in  
 „ omnibus nostris expensis. Pro qua  
 „ venditione, refutatione, remissio-  
 „ ne, datione & cessione confitemur  
 „ nos nomine pretii recepisse à vo-  
 „ bis Domino Alatrino, solvente pro  
 „ ipsa Ecclesia Romana, sex millia  
 „ Librarum Lucensium honorum, &  
 „ apud nos integre habere: compu-  
 „ tatis in ipso pretio duobus milli-  
 „ bus Librarum Lucensium, quas  
 „ nobis solvit, & solvi fecit Domi-  
 „ nus Papa. Renuntiantes exceptio-  
 „ ni non numerati & soluti pretii,  
 „ omnique alii Legum & Decreto-  
 „ rum auxilio, nobis in hoc facto  
 „ cohaerenti, competenti, & com-  
 „ petituro. Et si res venditae plus  
 „ dicto pretio valerent, totum plus  
 „ vobis Domino Alatrino recipienti  
 „ pro Romana Ecclesia donamus &  
 „ concedimus pure, libere, & sim-  
 „ pliciter inter vivos. Et pacem vo-  
 „ bis facimus de non petendo, &  
 „ specialiter renuntiamus illi Legi,  
 „ *Rem majoris pretii*, quae introdu-  
 „ cta est pro illis, qui decipiuntur  
 „ ultra dimidiam justii pretii, certio-  
 „ rati res ipsas plus dicto pretio be-  
 „ ne valere.  
 „ Quod Castrum Mirandae cum  
 „ omnibus suis pertinentiis, homi-  
 „ nibus, juribus & utilitatibus, si-  
 „ cut superius declaratum est, pro-  
 „ mittimus per nos, nostrosque he-  
 „ redes & successores sub obligatio-  
 „ ne nostrorum bonorum praesentium  
 „ & futurorum, vobis Domino A-  
 „ latrino stipulanti vice & nomine  
 „ Romanae Ecclesiae, legitime de-  
 „ fendere, auctorizare & disbrigare  
 „ ab omni persona, nostris pignori-  
 „ bus & expensis, omniaque damna  
 „ & expensas exinde in Curia vel  
 „ E e „ extra

„ extra Curiam modo aliquo vobis  
 „ competitura pro Ecclesia Romana  
 „ occasione dicti Castrri integre refice-  
 „ re & refarcire promittimus, cre-  
 „ dendo & stando de expensis & dam-  
 „ nis Nuntio Ecclesiae Romanae,  
 „ cui praedicta essent ab Ecclesia Ro-  
 „ mana commissa, suo simplici ver-  
 „ bo tantum, sine juramento vel o-  
 „ nere alterius probationis. Quam  
 „ venditionem, dationem, concessio-  
 „ nem, cessionem, refutationem, re-  
 „ missionem, renuntiationem, pro-  
 „ missionem, & omnia supradicta,  
 „ ut in singulis Capitulis continen-  
 „ tur, promittimus per nos nostros-  
 „ que heredes & successores vobis  
 „ Domno Alatrino stipulanti nomi-  
 „ ne Romanae Ecclesiae, attendere  
 „ & observare, & non contravenire  
 „ per nos & nostros heredes & suc-  
 „ cessores, vel per submissam perso-  
 „ nam, aliqua occasione vel inge-  
 „ nio, quod excogitari possit, sub o-  
 „ bligatione nostrorum bonorum prae-  
 „ sentium & futurorum; quae con-  
 „ stituimus nos precario pro Roma-  
 „ na Ecclesia possidere; & sub poe-  
 „ na duorum millium Marcarum ar-  
 „ genti, & poenâ commissâ, vel so-  
 „ lutâ, vel non solutâ, praedicta om-  
 „ nia & singula, ut in singulis Ca-  
 „ pitulis superius continetur, in sua  
 „ maneant firmitate. Item promitti-  
 „ mus vobis Domino Alatrino reci-  
 „ pienti nomine Romanae Ecclesiae  
 „ sub praedicta poena, nos curatu-  
 „ ros & facturos, quod uxores, so-  
 „ rores, & filiae, & uxores filio-  
 „ rum nostrorum huic venditioni &  
 „ concessioni, sicut superius legitur,  
 „ consentient & concedent, & vobis  
 „ pro Ecclesia Romana cedent om-  
 „ nia jura sua & actiones sibi com-  
 „ petentia in dicto Castro Mirandae  
 „ & pertinentiis suis, occasione do-

„ tium, vel alia qualibet occasione.  
 „ Et ad majorem firmitatem hujus  
 „ contractus nos supradicti Ofredu-  
 „ cius & Simon Domini Bartholo-  
 „ maei, & Simon, Ofredonus, &  
 „ Raynaldus quondam Domini Ru-  
 „ berti, & Bonuscomes & Bartholo-  
 „ maeus filii praedicti Domini Ofre-  
 „ ducii, & Simon filius dicti Do-  
 „ mini Simonis, tactis sacrosanctis E-  
 „ vangeliis corporaliter juramus, om-  
 „ nia & singula supradicta, ut in Capi-  
 „ tulis singulis continentur, observa-  
 „ re, attendere, & non contravenire  
 „ occasione minoris aetatis, vel alia  
 „ qualibet occasione vel fraude. I-  
 „ tem juramus fidelitatem Romanae  
 „ Ecclesiae, Domini Gregorii Papae  
 „ IX. & successorum ejus canonice  
 „ intrantium, sicut in forma jura-  
 „ menti fidelitatis in singulis capitu-  
 „ lis continetur, perpetuo obser-  
 „ vare.  
 „ Insuper nos Galganus Saraceni,  
 „ Vivenius Henrici, Simon Domini  
 „ Johannis, Gentilis Saraceni, Bon-  
 „ conte Saraceni, Bartholomaeus For-  
 „ tis, Rainonus Guidonis, & Bonac-  
 „ cursus Matthaei de Aquasparta, U-  
 „ baldus Guirtisii, Benencasa Bene-  
 „ dicti, Clarius Hugolini Bonico-  
 „ mitis, Guido Lupus, & Capita-  
 „ neus Hugolini Bonicomitis de Tu-  
 „ derto, Petrus Leonis, Sforza E-  
 „ blii, & Leonardus Gimundi de  
 „ Narnia, Tranfericus de Campo Ri-  
 „ galis, Thomas Domini Actonis de  
 „ Interamna, Bonuscomes Hugolini  
 „ de Castiglione Comitatus Perusii,  
 „ & Amelius & Rubeus Frederici  
 „ de Lacuscello, de mandato & vo-  
 „ luntate praedictorum Dominorum  
 „ olim de Miranda, principaliter pro-  
 „ mittimus & obligamus per nos no-  
 „ strosque heredes & successores vo-  
 „ bis Domino Alatrino recipienti no-  
 „ „ mine



mine & vice Romanae Ecclesiae, nos facturos & curaturos, quod dicti Domini olim de Miranda & filii eorundem dictam venditionem, concessionem, cessionem, refutationem, remissionem, renuntiationem, donationem, promissionem, & pactum de non petendo, & omnia, ut in singulis capitulis superius continetur, attendent & observabunt perpetuo, & non contravenient in aliquo capitulo praedictorum per se vel per alium aliqua occasione, ingenio, vel fraude. Et si in aliquo praedictorum contraverint omnes vel unus ipsorum, promittimus per nos nostrosque heredes & successores, constituendo nos principales debitores ipsius Ecclesiae, ipsam Romanam Ecclesiam conservare indemnem nostris expensis, & omnia damna & expensas, quae & quas Ecclesia Romana vel aliquis pro Ecclesia occasione praedicta sustineret, integre refarcire & reficere promittimus, credendo & stando de damnis & expensis simplici verbo Nuntii Ecclesiae, cui praedicta commissa essent ab Ecclesia Romana, sine sacramento vel onere alicujus probationis, sub obligatione nostrorum bonorum praesentium & futurorum, & poenam decem millium Librarum Lucensium. Et poenam solutam vel commissam vel non solutam, contractus iste & omnia supradicta, ut in singulis capitulis continetur, firma & rata permaneant. Renuntiantes beneficio novae Constitutionis, & beneficio fidejussorum, & specialiter illi Authenticae *Sed hodie*, omnique alii Legum & Decretorum auxilio, nobis in hoc facto modo aliquo cohaerenti, competenti & competituro.

A ,, Acta sunt haec in Ecclesia Sanctae Mariae, Interamnenfis, in praesentia Domini Johannis Beraldi Judicis & Vicarii Interamnenfis, Domini Thomassi de Arrone, Domini Roberti de Bombagno, Domini Henrici Nicolai, Domini Gentilis Falconis, Domini Gentilis de Ancajano, Domini Johannis B Guidonis, Matthaei Anastasii, Bonavoltae Sinopii, Gualterii Guidonis, Conradi Pauli, Thomassi Raynaldi, Leonardi Bonicomitis, Magistri Petri Saragozae, & Andreae Muzadoris, & aliorum multorum congregatorum per praecognitionem Civitatis Interamnenfis ad generale Consilium in Ecclesia Sanctae Mariae praedicta: qui ad hoc vocati & rogati fuerunt testes.

B ,, Praeterea sequenti die, scilicet V. die intrante Mense Aprilis ejusdem Anni & Indictionis, nos Domina Maria uxor quondam Domini Ruberti, Domina Prasina uxor quondam Domini Simonis majoris, Domina Matthia uxor Domini Simonis novelli, & Domina Fabressa filia quondam Domini Ruberti, damus, cedimus, concedimus, & mandamus tibi Domino Gerardo de Ferraria Judici Spoletani Ducatus per Dominum Alatrinum, vice & nomine ipsius Domini Alatrini recipienti pro Ecclesia Romana omnia jura, omnesque actiones reales, personales, utiles, directas, tacitas & expressas, quae & quas habemus, vel habere videmur, sive nobis competunt in Castro Mirandae, hominibus, & aliis suis pertinentiis, occasione obligationis dotium nostrarum, sive occasione successio- nis, vel quacumque alia qualibet occasione vel jure. Constituendo

„ per te & Dominum Alatrinum prae-  
 „ dictum ipsam Ecclesiam Romanam  
 „ procuratricem tamquam in rem suam.  
 „ Item confirmamus, & per omnia  
 „ acceptamus venditionem, cessionem,  
 „ refutationem & concessionem  
 „ factam ipsi Domino Alatrino nunc  
 „ Rectori Ducatus Spoletani, reci-  
 „ pienti pro Ecclesia Romana, per  
 „ Dominos Ofreducium, Simonem,  
 „ & alios Dominos olim de Miran-  
 „ da, de iplo Castro Mirandae &  
 „ pertinentiis suis, ut in praedicto  
 „ contractu ipsius venditionis supe-  
 „ rius continetur. Et remittimus,  
 „ quietamus, refutamus, & pactum  
 „ facimus de non petendo, omne  
 „ jus, quod habemus vel habere vi-  
 „ demur in dicto Castro & pertinen-  
 „ tiis suis occasione dotium nostrarum  
 „ vel successionis, vel alia qua-  
 „ libet occasione. Renuntiando spe-  
 „ cialiter juri hypothecarum, omni-  
 „ que alii Legum & Decretorum au-  
 „ xilio, nobis in hoc facto cohae-  
 „ renti, competenti, & competitu-  
 „ ro. Item promittimus tibi Domi-  
 „ no Gerardo vice & nomine dicti  
 „ Domini Alatrini recipienti pro Ec-  
 „ clesia Romana, quod nulli dedi-  
 „ mus nec concessimus jus nostrum  
 „ de dicto Castro & pertinentiis suis:  
 „ & si aliqua concessio à nobis fa-  
 „ cta aliquo tempore reperiretur, pro-  
 „ mittimus per nos nostrosque heredes  
 „ & successores sub obligatione nostro-  
 „ rum bonorum tibi Domino Gerardo  
 „ stipulanti vice Domini Alatrini prae-  
 „ dicti pro Ecclesia Romana, ipsam  
 „ Romanam Ecclesiam nostris expen-  
 „ sis conservare indemnem. Quam  
 „ dationem, cessionem, confirmatio-  
 „ nem, concessionem, renuntiationem,  
 „ remissionem, refutationem, &  
 „ promissionem, & omnia, ut in sin-  
 „ gulis capitulis superius continetur,

A „ promittimus per nos nostrosque he-  
 „ redes & successores tibi praenomina-  
 „ to Domino Gerardo vice & nomi-  
 „ ne dicti Domini Alatrini recipienti  
 „ pro Ecclesia Romana, attendere,  
 „ observare, & non contravenire per  
 „ nos vel submissam personam ali-  
 „ qua occasione vel fraude, sub o-  
 „ bligatione omnium bonorum no-  
 „ strorum, & poena in Instrumento  
 „ ipsius venditionis inserta: quâ so-  
 „ lutâ vel commissâ vel non solutâ,  
 „ praedicta omnia, ut in singulis  
 „ capitulis superius continetur, in  
 „ sua maneant firmitate. Et ad ma-  
 „ jorem firmitatem omnia & singu-  
 „ la supradicta, ut in singulis ca-  
 „ pitulis continentur, observare &  
 „ attendere & non contravenire oc-  
 „ casione minoris aetatis, vel alia  
 „ qualibet occasione, vel fraude,  
 „ tactis sacrosanctis Evangeliiis cor-  
 „ poraliter juramus.  
 „ Actum in domo Raynaldi Gi-  
 „ mundi de Narnia, praesentibus Do-  
 „ mino Leonardo Scalchi, Domino  
 „ Gimando Leonardi, Bartholomaeo  
 „ Oderisii, Talento serviente Domi-  
 „ ni Raynerii Cardinalis, Philippo  
 „ Leonardi, Sforza Eblii, Domino  
 „ Petro Leonis, Domino Leonardo  
 „ Gimundi, & aliis pluribus ad hoc  
 „ vocatis & rogatis testibus.  
 „ Insuper tertio die sequenti, sci-  
 „ licet VIII. die intrante Mense A-  
 „ prilis ejusdem Anni & Indictio-  
 „ nis, nos Domina Susia soror Do-  
 „ mini Ofreducii, & Domini Simo-  
 „ nis, & Domina Maria filia Do-  
 „ mini Simonis, uxor Domini Bar-  
 „ tholomaei, & Domina Diamante  
 „ filia Domini Ofreducii, & Domina  
 „ Aldruda filia olim Domini Ruber-  
 „ ti, damus, cedimus, concedimus  
 „ & mandamus tibi Domino Gerar-  
 „ do de Ferraria Judici Spoletani Du-

„ catus

„ catus, per Dominum Alatrinum, A  
 „ vice & nomine ipsius Domini A-  
 „ latrini recipienti pro Ecclesia Ro-  
 „ mana, omnia jura, omnesque actio-  
 „ nes reales, personales, utiles, dire-  
 „ ctas, tacitas, & expressas, quas &  
 „ quae habemus, vel habere videmur,  
 „ sive nobis competunt in Castro Mi-  
 „ randae, hominibus & aliis suis per-  
 „ tinentiis, occasione &c. (ut supra.)  
 „ Actum in Civitate Interamnae, B  
 „ in domo Domini Simonis supradi-  
 „ cti, praesentibus Domino Jordano  
 „ Rectore Terrae Arnulforum, Do-

„ mino Vita Domini Simonis, Do-  
 „ mino Bartholomaeo de Aquaspar-  
 „ ta, Tranferico Johannis Gregorii,  
 „ Domino Jacobo Matthaei, Jacobo  
 „ Domini Andreae, & aliis pluribus  
 „ ad hoc vocatis & rogatis testibus.  
 „ Ego Petrus sacrosanctae Romanae  
 „ Ecclesiae auctoritate Notarius, hoc  
 „ Instrumentum de mandato Domini  
 „ Benedicti Camerarii Domini Pa-  
 „ pae, ad exemplum authentici In-  
 „ strumenti per manum meam facti,  
 „ in hoc Libro fideliter exemplavi,  
 „ & meum signum posui.

Apprehensio Villae de Stravignano, facta ab Episcopo Alatrino  
 pro Ecclesia Romana, Anno 1235.

**I**N nomine Domini. Amen. Nos A-  
 latrinus Domini Papae Subdiaconus  
 & Capellanus, Ducatus Spoletani Re-  
 ctor, apprehendimus Villam de Stravi-  
 niano cum omnibus pertinentiis suis ad  
 opus Ecclesiae Romanae pro pertinentiis  
 Vallis Tupinae. Et quicumque venerit  
 contra ipsam apprehensionem, vel eam  
 infringere tentaverit, vel modo aliquo  
 violare, excommunicationis sententiam,  
 quam nunc serimus, se noverit incurris-  
 se. Et praeter ipsam poenam, si fuerit  
 Civitas, mille, si Castrum, quingenta-  
 rum, si Villa, tercentarum, si Comes  
 vel Baro centum, si Miles, quinquaginta,  
 si Pedes, triginta Librarum banno se noverit subiacere: si vero Clericus  
 fuerit, officio & beneficio privatus, spo-

C *lietur omnibus bonis suis: si Mulier, poe-  
 nae subiaceat viginti Librarum.*

*Actum est hoc in Villa praedicta, in  
 nomine Domini, Millesimo Ducentesimo  
 Trigesimo Quinto, Indictione VIII. tem-  
 pore Domini Gregorii Papae IX. exi-  
 stentis, die III. exeunte Januario: in  
 praesentia Domini Bertelotti de Orbesa-  
 lia, Domini Johannnis Abbatis Sancti  
 Stephani de Gallano, Domini Lando-  
 nis, Domini Johannnis Froseae, Domini  
 Taureddi de Cassia.*

*Ego Jacobus sacrosanctae Romanae  
 Ecclesiae auctoritate Notarius, iis  
 omnibus supradictis Intersui, & ut su-  
 pra legitur, de mandato praedicti Do-  
 mini Alatrini scripsi.*

Ratificatio cessionis Castri Mirandae facta Camerae  
 Pontificiae, Anno 1289.

**I**N nomine Domini. Amen. Anno Na-  
 tivitatis Dominicae Millesimo Ducen-  
 tesimo Octuagesimo Nono, Indictione II.  
 Pontificatus Domini Nicolai Papae V.

E *Anno II. mense Julii die V. intrante.  
 In praesentia mei Notarii & testium sub-  
 scriptorum, Andreas Domini Bonicomit-  
 tis quondam de Miranda Narniensis dioe-  
 cesis*

cessis pro se ac nomine suo, ac procuratorio nomine Martini fratris sui, & tutorio nomine Johannucii & Petruzoli, Diamantucia, Clarucia, ac Theodorettae, filiorum quondam Ofredini quondam filii dicti Domini Bonicomitis; nec non & Manfredus Brancae, suo & procuratorio nomine Simonis Domini Bartholomaei & Henrici Brancae de Miranda: ut haec apparent per publica Instrumenta à me Notario infrascripto visa diligenter & lecta. Constituti coram venerabili viro Magistro Nicolao de Trebis, Domini Papae Camerario, sua spontanea, propria, & libera voluntate, non coacti vel dolo inducti, quilibet eorum insolidum, recognoscentes, libere & expresse, quod progenitores eorum quondam Domini Castri Mirandae dictae Dioecesis, ipsum Castrum cum juribus & pertinentiis suis, hactenus vendiderunt pro pretio sex millium Librarum Lucensium, tempore felicitis recordationis Domini Gregorii Papae IX. ipsamque venditionem ratificantes & approbantes expresse, nihilominus pro se ipsi ac tutorio & procuratorio nomine praedictorum, ac haeredibus & successoribus eorundem in perpetuum, vendiderunt, concesserunt, tradiderunt atque cesserunt praefato Magistro Nicolao Camerario, nomine ac vice Domini Papae & Romanae Ecclesiae recipienti, ementi, & stipulanti omne jus & actionem utilem, directam, realem & personalem, quod & quam habent, vel forsitan habere deberent & possent, vel eis competit, aut competere dignoscitur quoquo modo, jure, vel causa in eodem Castro Mirandae, sive tertia parte ipsius, cum omni jure, actione & proprietate, accessibus & egressibus ac pertinentiis suis, eis & cuilibet ipsorum ex praedictis vel eorum occasione quomodolibet spectantibus. Insuper dederunt & concesserunt eidem Domino Camerario recipienti nomine quo supra, omnia jura

A & actiones & rationes utiles & directas, reales & personales atque mixtas in dictis rebus, ipsis competentia, & competitura, ut Dominus Papa & Ecclesia Romana, & illi, quibus ea dederint, vel habere mandaverint, possint & valeant inde agere, experiri & excipere contra omnes personas & loca, nullà in se factà reservatione. Pro pretio & nomine certi pretii sexcentorum sexaginta sex Florenorum, & duarum partium unius Floreni auri.

B Quod pretium confessi fuerunt, & recognoverunt in veritate, non spe numerationis vel receptionis futurae, se habuisse ac recepisse, & sibi integre datum, traditum & solutum fuisse nomine Romanae Ecclesiae praelibatae: exceptioni non habiti, non numerati seu ponderati & recepti dicti pretii sive pecuniae quantitatis omnino & expresse renuntiantes: de quo se bene & integre pagatos & contentos vocaverunt, & tenuerunt, & ipsum Dominum Papam, ejusque successores & Romanam Ecclesiam inde penitus liberarunt. Et si plus valeret, certiorati de jure ipsorum, pro remedio animarum suarum, parentumque suorum, & pro beneficiis eis à Romana Ecclesia praestitis, simpliciter & irrevocabiliter concesserunt & donaverunt eidem Ecclesiae Romanae. Promittentes per stipulationem solemnem eidem Domino Camerario recipienti & stipulanti nomine quo supra ad poenam dupli dictae rei venditae, obligando se principaliter & insolidum, suosque heredes, & bona eorum omnia & singula praesentia & futura, quod ipsi venditores vel eorum successores, vel alia persona pro eis sive ab eis submissa, vel ab eis submitenda persona, de cetero non imbrigabunt, vel molestabunt modo aliquo sive jure Dominum Papam & Ecclesiam Romanam, vel illos, cui vel quibus decreverint, vel mandaverint haberi de  
supra

supraſcripta re ac juribus venditis & traditis, vel aliqua eorum parte, ſeu ipſorum occaſione. Nec ipſam rem venditam vel aliquam ejus partem alicui perſonae ſingulari vel Univerſitati vendiderunt, ſive ceſſerunt aut donaverunt aliqua occaſione ſeu cauſa: ſed ab omni imbriganti perſona ſeu loco, eidem Domino Papae ejuſque ſucceſſoribus & Eccleſiae Romanae perpetuo defendent & diſbrigabunt. Et actores & deſenſores inde praediſtae Eccleſiae erunt & exiſtent, ac ſemper ipſos Dominum Papam ejuſque ſucceſſores ac Romanam Eccleſiam facient potioſorem in proprietate, & circa proprietatem diſtae rei venditae & traditae, ac poſſeſſione eorum, vel quaſi, licitum ſit eis habere & tenere. Et ſi qua lis vel lites ſeu moleſtia ab aliquo vel aliquibus eidem Domino Papae & Romanae Eccleſiae moveretur aut moverentur, ipſas in ſe ſuſcipient & diſbrigabunt propriis eorum expenſis. Renuntians ex pacto inter eos appoſito neceſſitate denuntiandi vel notificandi, ſi aliquo tempore inde lis aliqua moveretur. Et omnia damna, expenſas, ac intereſſe, quae propter haec ſe dixerint incurriſſe, ſe integre reſecturos promiſerunt, ſtando de iis omnibus ſimplici verbo Procuratoris ſive Oeconomii Romanae Eccleſiae ſine aliqua probatione. Pro quibus omnibus ſervandis & firmiter adimplendis & tenendis in perpetuum, obligaverunt iidem venditores nomine quo ſupra praefato Domino Camerario ſtipulanti & recipienti nomine Domini Papae & Romanae Eccleſiae, omnia & ſingula bona ſua, heredum & ſucceſſorum ſuorum mobilia & immobilia, praefentia & futura, jura & actiones, ubicumque ſint vel fuerint conſtituta, ad poenam dupli rei venditae ſupra diſtae. Renuntians in iis omnibus exceptioni doli mali, & in factum actioni, conditioni indebiti ſine cauſa, beneficio reſtitutionis in inte-

A grum, omnique alterius actionis & juris Canonici & Civilis auxilio, per quod iidem venditores contra Romanam Eccleſiam poſſent in poſterum ſe tueri: & omni alii auxilio juris, quod contra hoc Instrumentum vel factum poſſet aliquatenus objici vel opponi, & ſpecialiter juri dicenti, generalem renuntiationem non valere.

B Actum Reate in domibus, in quibus praefatus Dominus Camerarius morabatur, praefentibus Domino Raynuccino de Murro, Domino Henrico de Labro Capellanis, Magiſtro Paulo de Reate Clerico Camerae Domini Papae, & Domino Thoma Milite, & Manſredo Domini Pandulfi de Labro, Petro Cimini de Reate, Magiſtro Benediſto de Sulmona, & Chriſtophoro Benediſti de Senis, teſtibus.

C Item Anno, Indiſtione, Pontificatu, & locis praediſtis, ejuſdem menſis Julii die VI. intrante, in praefentia mei Notarii & teſtium ſubſcriptorum, Raynaldus Callarius, Ferranetius, & Ravaronus fratres, filii quondam Domini Ofreducii de Miranda Narnienſis Dioceſis, & Pellinus filius quondam Johannis, nepos diſti Domini Ofreducii de Miranda, conſtituti coram venerabili viro Magiſtro Nicolao de Trebis Domini Papae Camerario, ſua ſpontanea ac libera voluntate, non coacti, vel dolo induſti, quilibet eorum inſolidum recognoſcentes libere & expreſſe, quod progenitores eorum quondam Domini Caſtri Mirandae diſtae Dioceſis ipſum Caſtrum, cum juribus & pertinentiis ſuis &c. ut ſupra, uſque Pro pretio & nomine pretii ſexcentorum ſexaginta ſex Florenorum, & duarum partium unius Floreni auri. Quod pretium conſeſſi fuerunt &c. ut ſupra uſque in finem. Et nibilominus diſtus Pellinus, qui erat minor XXV. annis juravit corporaliter, tacto Libro, diſtam venditionem, & omnia ſin-

ſingula ſupraſcripta rata & grata habere, & contra ea non venire quacumque occasione, vel cauſa.

Actum Reate in domibus &c. ut ſupra: praesentibus Magistro Jacobo de Parma Clerico Camerae, Fratrem Johanne Macario Mareſcalco familiae, Bartholomaeo Jacobi Romani, Johanne Baſilis de Urbe, ſervientibus Domini Papae, Johanne dicto de Spata, Domino Henrico Domini Raynerii, Domino Paulo Jacobi Makaragni, Domino Henrico Domini Pauli, Civibus Interamnenſibus, & Chriſtophoro Benedicte de Senis, teſtibus ad haec rogatis.

Item Anno, Indictione, Pontificatu, & loco praedictis, ſupradicti menſis Julii die XIII. intrante, in praesentia mei Notarii & teſtium ſubſcriptorum, Petrus Martucii Domini Simonis quondam de Miranda, curatorio nomine ipſius Martucii patris ſui, qui non eſt compos ſui, nec non & ſuo proprio, ac procuratorio nomine Simonetti fratris ſui, ut haec apparent per publica Inſtrumenta a me Notario ſubſcripto viſa diligenter & lecta, & Jacobus frater dicti Petri, filius praesati Martucii; conſtituti coram venerabili viro Magistro Nicolao de Trebis Domini Papae Camerario, ſua ſpontanea voluntate, non coacti nec dolo inducti, quilibet eorum inſolidum recognoſcentes libere & expreſſe, quod progenitores eorum &c. ut ſupra uſque in finem.

Actum Reate &c. ut ſupra, praesentibus venerabile Patre Andrea Episcopo, Dominis Ventura Raynerii, Bartholomaeo Bontempi Canonici Reatinis,

A Domino Raynuccino de Murro Capellano, Johanne Macario Mareſcalco familiae Domini Papae, & Domino Lambertino Canonico Bononiensi, teſtibus ad haec rogatis.

Et ego Jacobus Piſani de Viterbio, Apoſtolica auctoritate, & nunc Camerae Domini Papae Notarius, praemiſſis interfui, & ea rogatus ſcribere, fideliter ſcripſi, & in publicam formam redegi, meoque ſigno ſignavi.

B Neque tantum Romae, atque in ditione Pontificia ejuſmodi Tabelliones auctoritate Apoſtolica creati, ſuo munere functi ſunt, ſed ubique etiam in Chriſtianorum Occidentalium Regnis, etiam in Francia, vel Anglia, ſeu Hispania, Inſtrumenta conſciebant, ut fidem facit Guilielmus Durantis, Speculator appellatus, Tit. de fide Inſtrumentorum: cujus veritatis exempla multa ſuperſunt. Contra Notarii à Regibus, atque Imperatoribus conſtituti, ſi Venetias excipias, & per aliquot tempora Regnum Apuliae, atque Siciliae, in reliquis Italiae locis, atque in ipſa Urbe, ac ditione Pontificia, tabulas contractuum conſcribebant. Ii appellati Sacri Palatii, ſive Sacri Imperii Notarii, aut Notarii Domini Imperatoris, Notarii Palatini, Regalis Curiae Notarii, Imperialis Aulae Scrinarii, &c. Chartas ab ipſis conſcriptas, decurrente Seculo XIII. in Pontificiis Urbibus en tibi exhibeo è toties memorato Regeſto Cencii Camerarii deſumptas.

Instrumentum venditionis Castri Puzae empti à Domino Fratre  
Thomasio Domini Papae Camerario, tempore Domini  
Gregorii Papae IX. Anno 1236.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Ducentesimo Trigesimo Sexto, Pontificatus Domini Gregorii Papae IX. Anno IX. Indictione IX. mense Februario, die XXVII. In praesentia Venerabilium Dominorum Dei gratiâ I. Sabiniensis Episcopi, & Johannis titulo Sanctae Praxedis Presbyteri Carainalis, & subscriptorum testium ad hoc specialiter rogatorum, nec non & nostrorum Reynaldi & Landi Scriniariorum, Dominus Guido Johannis Guidonis de Papa, Civis Romanus, sua bona voluntate vendidit, & per Dominum Crescentium Domini Papae Subdiaconum & Capellanum, Sabinaeque Rectorem, quem ad investiendum Procuratorem irrevocabiliter constituit, investiens tradidit, cessit, dedit, & concessit Domino Fratri Thomasio Domini Papae Camerario, vice & nomine Domini Papae & Ecclesiae Romanae recipienti in perpetuum, nullo sibi jure & jurisdictione in subscriptis penitus reservato: videlicet Castrum Puzae positum territorio Sabiniensi ad veram proprietatem, perpetuamque hereditatem cum omni jure, jurisdictione, districtu, dominio, & honore, cum hominibus, & eorum servitiis, cum domibus, & casalinis, montibus, collibus, vallibus, planitiis, terris, hortis, vineis, & canapinis, emtionibus, & quocumque modo acquisitis, silvis, pascuis, aquis, rivis, pratis, limitibus, & possessionibus omnibus cultis vel incultis, cum omnibus introitibus & exitibus suis, & cum omnibus pertinentiis, utilitatibus, usibus & adjacentiis, & cum omnibus, quae habet in tota Sabinia, & ejus territorio: exceptis

Tom. II.

**A** iis, quae habet in Castro Muczani, & jure, quod dicebat se habere in Molendino, quod fuit in alveo cujusdam aquae, quae vocatur Laja. Hoc tamen expresse adjecto, quod si illud fuerit de Castro Puzae vel ejus territorio vel districtu vel adjacentiis vel pertinentiis, emtionibus, seu acquisitis factis a praedicto Domino Guidone, totum cedat Romanae Ecclesiae cum hac emtione, nullo sibi jure in praedictis casibus reservato. Sin autem, ipsi Domino Guidoni, sicut dictum est, reservetur. Hanc autem venditionem, cessionem, & concessionem fecit idem Dominus Guido Domino Camerario praedicto, ut dictum est superius, pro eo quod recepit ab eo pro pretio sibi bene placabili, Mille & ducentas Libras bonorum & legalium provenientium Senatus. De quibus se bene quietum & pagatum vocavit, exceptioni non numeratae & non solutae sibi pecuniae omnimodo renuntians. Et si plus valet, aut majoris pretii sit, nomine Romanae Ecclesiae sibi inter vivos donavit. Dedit etiam, cessit & concessit praefatus Civis Domino Camerario antedicto Domini Papae & Ecclesiae Romanae, ut dictum est, recipienti, omnia jura & actiones utiles & directas, tacitas & expressas, generales & speciales, reales & personales, quae & quas habet, & sibi competunt, vel competere possunt contra quamcumque personam in Castro Puzae praedicto & ejus territorio, pertinentiis, emtionibus & acquisitis, ut sicut ipse Civis agere, excipere & petere potuit, sic ipsa Romana Ecclesia agat, excipiat, petat, & faciat quidquid voluerit libere in perpetuum. Et ab hodierna die in antea po-

F f

restatem

restatem habeat Dominus Camerarius antedictus, Ecclesiae Romanae nomine, praesatum Castrum cum suis pertinentiis ut dictum est, tenere, intrare, uti, perfrui, possidere, vendere, donare, permutare, locare, infendare, & facere quidquid sibi placuerit libere in perpetuum. Promittens Civis praenominatus Domino Camerario supradicto, Ecclesiae Romanae nomine, ut dictum est, recipienti, praesatum Castrum cum omnibus supradictis, & jus & actiones, quae in ipsis habuit, se nulli alii dedisse, vendidisse, donasse, cessisse, obligasse & concessisse, vel aliquem ex ipsis alicui contractum fecisse. Quod si apparuerit, se contra fecisse, & ipsa Romana Ecclesia vel illi, quibus Romana Ecclesia vendiderit, aut concesserit, in damna aliqua & expensas devenerint, nomine principalis obligationis, & bonae fidei jussionis ipsa damna omnia & expensas praesatus Civis reddere & restituere promisit eisdem. Pro quibus damnis & expensis se & omnia bona sua mobilia & immobilia, praesentia & futura eidem Domino Camerario, dictus Civis ad praesens propter hoc specialiter obligavit, constituens, se praedicta omnia bona sua & Ecclesiae Romanae nomine, quantum ad hoc, precario possidere. Et in iis omnibus & singulis supradictis renuntiavit praedictus Dominus Guido exceptioni, quam aliquo tempore dicere posset, se possessione ipsius Castri esse spoliatum, antequam ipsum cum suis pertinentiis vendidisset, & omni alii juris auxilio tam Canonici, quam Civilis, & beneficio sibi nunc competenti, vel in posterum competituro.

Dedit etiam & assignavit praenominatus Dominus Guido eidem Domino Camerario Instrumentum venditionis factae sibi a Jobanne Albinini de Carbio, & a Radulfucio Petri de Gualterio, de octava parte Castri praedicti, cum suis

A pertinentiis. In quo continentur duo alia Instrumenta concessionis, confirmationis, & resutationis factarum eidem Domino Guidoni a Somarone Gualterii de Carbio, & Garfilia uxore praesati Albinini: & quoddam aliud Instrumentum venditionis factae ipsi Domino Guidoni a Raynaldo & Januario filiis Bonifacii de Carbio, de octo partibus una Castri praenominati cum suo territorio & praedictis. Et Instrumentum aliud venditionis factae praedicto Domino Guidoni ab Angelo Petri Gottifredi de Carbio cum Raynaldo Bonifacii curatore suo, & cum Flormanna matre sua, de octava parte totius Castri Puzae praedicti, cum suo territorio & omnibus supradictis. Et Instrumentum aliud concessionis & confirmationis factae ipsi Domino Guidoni a Tubo filio Bonifacii de Carbio de donatione & venditione sibi facta de parte sua Castri Puzae & ejus territorio a Raynaldo & Januario fratribus suis. Quae Instrumenta praedicta omnia confecta sunt per Christianum Scribarium de Sabinia. Assignavit itaque dictus Dominus Guido Domino Camerario memorato Instrumentum renuntiationis jure divisionis & cambii, concessionis & confirmationis factae sibi de Castro praedicto & ejus territorio a Jacobo Petri Octaviani pro se & Tedaldo fratre suo, & Odolina uxore quondam Petri Octaviani turrice filiorum suorum, & filiorum ipsius Petri Octaviani Aegidii & Laurentii, & a Jacoba filia Petri Octaviani. Et quoddam aliud Instrumentum renuntiationis jure divisionis & cambii, concessionis & confirmationis factae ipsi Domino Guidoni de Castro eodem, & ejusdem territorio a Tedaldo, filio Petri Octaviani. Quae duo Instrumenta confecta sunt per Donadeum Aegidii Scribarium de Malliano. Et Instrumentum locationis & concessionis factae Domino Guidoni praedicto de duodecim partibus



tibus una Castrum Puzae praedicti, & ejus territorio a Tosto Archipresbytero Eprii & Vicedomini, cum consensu & voluntate ipsius Ecclesiae Canoniorum. Et Instrumentum aliud venditionis & concessionis factae ipsi Domino Guidoni de medietate unius petiae terrae, & quartae partis unius Canapinae, & quartae partis unius Casalini positi in eodem Castro & ejus territorio, a Johanne Aliotti. Quae duo Instrumenta confecta sunt per Petrum de Sancto Polo Scriniarium. Et Instrumentum confirmationis & corroborationis factae a Jacoba filia Petri Octaviani, de compromisso facto in manibus Domini Jaquinti de Tosto à Domina Odolina matre sua, & turtice filiorum suorum, & filiorum quendam ipsius Petri Octaviani Aegidii, Petri Octaviani, & Laurentii, per Raynerium Scriniarium factum. Et aliud Instrumentum super depositionibus testium per Johannem Gropaldum Judicem & Scriniarium confectum. Et Instrumentum investimenti dati ipsi Domino Guidoni per Johannem Matthaei Brancatii de Stimigliano, de parte Raynucii Francisci, & portione Petri nepotis sui, quam habebant in Castro Puzae praedicto & Vineae eorundem. Quod Instrumentum confectum est per manus cujusdam Scriniarii de Sabinia. Et quoddam aliud Instrumentum nomine transactionis & refutationis factae ipsi Domino Guidoni sicut principali, & quibusdam aliis super trecentum octo Libris provensum, confectum per Christianum antedictum. Et Instrumentum aliud venditionis factae Domino Guidoni praedicto a Raynucio Francisco & Petro nepote suo, de toto, quod habebant in Castro Puzae praedicto & ejus territorio, & de Poggio ante ipsum Castrum, & Vineae eorundem, confectum per Petrum Sabiniae Judicem ac Scriniarium. Et quoddam aliud Instrumentum dationis, cam-

bii, & concessionis factae Jacobo Petri Octaviani praefato & fratribus suis de tota Terra sua posita in tenimento Castrum Puzae praedicti, per Johannem Romanum Judicem & Scriniarium confectum. Promittens Dominus Guido praenominatus, omnia alia Instrumenta, Privilegia, Chartas, & Literas ad Castrum Puzae praedictum, cum suis adjacentiis, emtionibus, acquisitis, & omnibus supradictis pertinentes, si inveniri potuerint, quamcunq; ea habuerit, Domini Papae Camerae assignare.

Praeterea idem Dominus Guido fecit finem, quietationem, generalem renuntiationem, & pactum de non petendo Domino Camerario Domini Papae & Ecclesiae Romanae nomine, & venerabili Domino I. Dei gratia Sabinensi Episcopo antedicto, pro universis & singulis Sabinensibus recipienti in perpetuum; videlicet de omnibus juribus, actionibus utilibus, & directis, tacitis, vel expressis, generalibus & specialibus, realibus & personalibus, petitionibus, quaestionibus, & exceptionibus sibi competentibus contra Romanam Ecclesiam, & universos & singulos Sabinenses pro possessionibus, emtionibus, acquisitis, & omnibus aliis supradictis, privilegio vel privilegiis Senatoris vel Senatorum tam de damnis praedictis, & diffidationibus Sabinorum, quam de omnibus aliis impetratis quoquo modo, seu omnibus antedictis, vel etiam impetrandis. Quae si de cetero apparuerint, nullius valoris atque momenti consistant, immo pro vacuis semper, cassis & irritis habeantur. Et deinceps in antea tam Romana Ecclesia & illi, quibus Romana Ecclesia vendiderit vel concesserit, quam & universi & singuli Sabinenses, securi, quieti, pacifici sint & tranquilli, & ab omni lite, petitione & quaestione perpetuo remoti. Quod nec ab ipso Domino Guidone, vel ab ejus heredibus & successoribus,

bus, aut ab aliqua ab ipsis submissa, vel submitienda persona movebitur eis molestia vel calumnia, seu aliqua controversia de praemissis. Promisit etiam Civis praenominatus Dominus Camerario nomine Domini Papae & Ecclesiae Romanae, & Episcopo Sabinensi memoratis, pro universis & singulis Sabinensibus recipientibus, jus & actiones quae contra Romanam Ecclesiam, & universos & singulos Sabinenses, occasione damnorum & expensarum hactenus habuit se nulli dedisse, donasse, vendidisse, cessisse, & concessisse, vel aliquem inde alicui contractum fecisse. Quod si apparuerit, se contra fecisse, & tam ipsa Romana Ecclesia, quam & universi & singuli Sabinenses in damna aliqua devenerint, & expensas fecerint, ipsa damna omnia & expensas tam Romanae Ecclesiae, quam & universis & singulis Sabinensibus nominatus Dominus Guido praefatis Dominis Episcopo & Camerario, ut dictum est, recipientibus reddere & restituere promisit. Pro quibus damnis & expensis omnibus se & omnia sua bona mobilia & immobilia praesentia & futura, antedictus Civis eidem Dominis Camerario Ecclesiae Romanae & Episcopo nomine Universitatis & singularitatis Sabinensium recipientibus, propter hoc specialiter obligavit; constituens se ipsa bona sua omnia nomine Romanae Ecclesiae & Universitatis & singularitatis Sabinensium, quantum ad hoc, precario possidere. Et sicut eidem Domino Camerario nomine Romanae Ecclesiae recipienti pro dictis omnibus observandis memoratus Civis se principaliter obligavit, sic & jam dicto Domino Episcopo Sabinensi nomine illorum, quibus Romana Ecclesia Castrum Puzae concesserit & vendiderit cum praedictis, ad praedicta omnia & singula firmiter observanda se cum praedictis omnibus bonis suis specialiter obligavit. Ad majorem autem

A omnium & singulorum praemissorum cautelam, tactis sacrosanctis Dei Evangeliiis idem Dominus Guido juravit, & nomine principalis obligationis & bonae fidejussionis pro se, suisque heredibus & successoribus per stipulationem legitimam promisit praefato Domino Camerario vice & nomine Domini Papae & Ecclesiae Romanae & memorato Domino Episcopo nomine Universitatis & singularitatis omnium Sabinorum, & illorum, quibus ipsa Romana Ecclesia jam dictum Castrum Puzae vendiderit aut concesserit cum praedictis, recipientibus in perpetuum, hanc venditionem, concessionem, quietationem, & omnia & singula quae libet supradicta, rata & firma habere, & contra non venire, sed observare, & legitime suis expensis de jure defendere ab omni persona, si fuerit necesse, sub poena dupli, omni cavillatione, fraude, & malo ingenio remotis. Soluta verè poenà, praesens Instrumentum & omnia supradicta perpetuò nihilominus firma permaneat.

D Actum Viterbii in Palatio Domini Raynerii Cardinalis, in quo Dominus Papa moratur, praesentibus his testibus ad hoc specialiter rogatis, scilicet Magistro Bartholomaeo Domini Papae Notario, Magistro Roffrido de Benevento juris civilis Professore, Domino Benedicto Presbytero Domini Papae Capellano, Magistro Petro de Pontecurvo Domini Papae Capellano, Magistro Palmerio Domini Papae Scriptori & ejus Camerae Clerico, Domino Guidone Johannis Cyriani de Urbe, Henrico Clerico Sanctae Mariae Transiberim, Petro Raynaldi Scribaniario Quintavallis, Berardo Angeleerii, Raynerio Munaldi, Petro Mingardae, & Salvatico de Sabinia, testibus.

E Ego Raynaldus Dei gratiâ sacri Romani Imperii Scribaniarius, habens potestatem dandi tutorem, curatorem, emancipandi, decretum interponendi, alimen-  
ta de-

ta decernendi, & publicationes testium faciendi, quia iis interfui supradictis, de consensu partium hoc Instrumentum scripsi & complevi rogatus.

Et ego Landus Imperiali auctoritate Scriniarius, quia praedictis interfui ideo me subscripsi.

Venditio facta per Guidonem Johannis Rolandi de Roccis  
& Castris Palliani & Serronis, Anno 1236.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno ejusdem Incarnationis Millesimo Ducentesimo Trigesimo Sexto, Pontificatus Domini Gregorii Papae IX. Anno IX. Indictione IX. Mense Februario die VII. Hac quidem die Guido Johannis Rolandi Civis Anagninae, hac die praesenti, sua propria & spontanea voluntate vendidit & irrevocabiliter tradidit Domino Fratri Thomae Domini Papae Camerario, procuratorio nomine pro Domino Gregorio Papa & suis successoribus, ad opus & utilitatem Romanae Ecclesiae recipienti in perpetuum: videlicet omnia & singula, quae habet in Roccis & Castris Palliani & Serronis, cum domibus & casalinis infra Roccas & Castra eadem ad ipsum & suos heredes & successores pertinentibus, & cum omni jure, jurisdictione, districtu, dominio, & honore, & tam in Vassallis, quam in terris, vineis, pratis, montibus, collibus, planitiis, pascuis, silvis, aquis, & communitatibus universis, sicut ipsi Guidoni & heredibus & successoribus suis competunt vel pertinent pro diviso vel indiviso, tacite vel expresse in praedictis Castris intus & extra, & per totum eorundem Castrorum territorium vel districtum. Et quicquid ipse vel alia persona pro ipso de praedictis omnibus possidet, a praesenti, nomine Domini Papae & Ecclesiae Romanae se possidere constituit. Et dedit atque concessit ipsi Domino Camerario pro Domino Papa & Ecclesia Romana liberam potestatem intrandi & accipiendi per se vel suum Pro-

curatorem auctoritate propria possessionem omnium praedictorum, & habendi, tenendi, fruendi, permutandi, & possidendi ad opus & utilitatem Romanae Ecclesiae in perpetuum omnia supradicta. Necnon cessit & mandavit eidem Domino Camerario pro Domino Papa & Ecclesia Romana omnes actiones reales & personales, utiles & directas, tacitas & expressas, generales & speciales eidem Guidoni vel suis heredibus & successoribus aliquo tempore competentes vel competituras: salvo per omnia praenominato Guidoni & suis heredibus & successoribus perpetuo, quod universas possessiones & omnia immobilia extra munitiones praedictorum Castrorum posita, possessiones & redditus Vassallorum suorum, quos & quae hujus alienationis tempore in Castris habuerat memoratis, a Domino Papa & Ecclesia Romana in feudum de cetero teneat, & exinde ipsius Domini Papae & Romanae Ecclesiae Vassalli sint perpetuo & fideles, & eis propter hoc specialiter praestent homagium personale. Pro qua venditione & traditione recepit & habuit Guido praedictus a Domino Camerario superius memorato, nomine Domini Papae & Ecclesiae Romanae solvente, centum & quadraginta Libras bonorum & legalium proveniensium Senatus. De quibus bene se quietum & pacatum vocavit, exceptioni non solutae & non numeratae sibi pecuniae renuntiando. Et si praedicta plus valent pretio supradicto, totum a praesenti eidem Domino Papae ad opus & utilitatem

tatem Romanae Ecclesiae dedit & concessit libere in perpetuum. Pro quibus omnibus observandis firmiter & plenarie adimplendis, omnia bona sua mobilia & immobilia, praesentia & futura eidem Domino Papae & Romanae Ecclesiae obligavit, & eadem propter hoc specialiter ipsorum nomine se constituit possidere precario. Renuntiando in iis omnibus pro se & suis heredibus & successoribus omni juris auxilio Canonici & Civilis, consuetudini & statuto, & omni exceptioni, actioni, defensionis, & rei, quae contra hoc possent objici Instrumentum vel factum. Hanc autem venditionem, traditionem, & omnia supradicta, tactis sacrosanctis Evangeliiis juravit & promisit Guido praedictus, rata & firma semper habere, & contra non venire in perpetuum per se suosque heredes vel successores, vel per aliquam ab eis submissam vel submittendam personam, modo aliquo, fraude vel ingenio seu praetextu alicujus exceptionis competentis sibi nunc vel in posterum competiturae. Et quod praedicta omnia alicui non vendidit nec donavit vel impignoravit, nec cessit vel concessit, nec aliquem inde alicui contractum fecit, vel in alium transtulit titulo alicujus alienationis. Sed si opus & necesse fuerit, legitime promisit per juramentum omnia supradicta defendere ab omni persona molestiam vel calumniam faciente. Si verd praedicta omnia ab ipso Guidone, suisque heredibus vel successoribus non fuerint perpetuo observata, vel modo quolibet venient contra praemissa, praedictam pecuniam nomine poenae duplam eidem Domino Papae & suis successoribus & Ecclesiae Romanae se soluturum solemnem stipulationem promisit; & poenam solutam hujus venditionis & traditionis con-

A tractus, & omnia supradicta in sua nihilominus firmitate persistant. Praeterea Guido praedictus dedit fidejussorem ducentarum Librarum proventensium Seratus Dominum Guidonem de Collemedio, quod Rolandus frater ipstus Guidonis in supradictis omnibus consentiet, cavebit, & resutabit. Qui Dominus Guido dictam fidejussionem super se recepit, & promisit sub ipsa poena, quod Rolandus praedictus omnibus praemissis consentiet, cavebit perpetuo, & resutabit, & renuntiabit omni juri, si quod haberet, quocumque modo, vel sibi competeret in omnibus superius memoratis. Insuper Guido praedictus juravit Domino Papae & Romanae Ecclesiae perpetuo fidelitatem, & homagium personale.

C Actum Anagninae in Palatio Sancti Angeli. Cujus rei testes rogati interfuerunt Dominus Stephanus Capellanus Domini Papae, Dominus Petrus Archipresbyter Sancti Angeli, Dominus Philippus de Genna, Dominus Thomastus Rogerius, Frater Raynaldus Castellanus Palliani, Albertus Domini Papae Cursor, Gualterius ejusdem Domini Cursor.

D Et Ego Landus Imperiali auctoritate Scriniarius praedictis omnibus interfui, & de consensu utriusque partis rogatus scripsi.

E Comitatus Ferreti, sive Sungovia, provincia Germaniae est, Rheno & Alsatiae contermina. Nescio an ququam antea monuerit, heredem illius Terrae scriptam fuisse Romanam Ecclesiam à Ludovico Comite, postremo illius domino sine filiis vitâ functo. Tabulas ego proferam in eodem Cencii Regesto nobis servatas, & ab Aimone Sacri Romani Imperii Scriniario exaratas.

## Absolutio Ludovici Comitis de Ferreto infirmi, Anno 1236.

**I**N nomine Domini. Anno Domini-  
caae Nativitatis Milleſimo Ducentefi-  
mo Trigeſimo Sexto, Indictione IX. men-  
ſe Auguſti, die XVIII. Pontificatus Do-  
mini Gregorii IX. Papae Anno X. Ego  
Lodoicus Comes de Ferreto, ſanus men-  
te & infirmus corpore, coram Scrinia-  
rio & ſubſcriptis teſtibus ad hoc a me  
rogatis, in manibus Fratris Gotifredi  
& Fratris Raynaldi Poenitentiariorum  
Domini Papae, juro ſtare mandatis Do-  
mini Papae de omnibus excommunicatio-  
nibus, quibus teneor adſtrictus, promit-  
tens ſatisfacere de omnibus ad manda-  
tum Domini Papae.

Actum Reate, juxta interpretationem

A | Fratris Gotifredi praedicti de Lingua  
Theutonica in Latinam.

Et uterque Poenitentiarius praefatus  
poſt dictum juramentum abſolvit ipſum  
Lodoicum Comitem, dicens; Abſolve  
te, auctoritate qua fungor, de man-  
dato Domini Papae ſpeciali. Teſtes  
ſunt Frater Bonenſegnia Domini Papae  
Mareſcalcus, Arnoldus de Luca Theu-  
tonicus, Balduinus Clericus Coloniensis,  
Gotifredus Canonicus Sancti Severini Co-  
lonienſis, & Johannes Clericus Bremenſis.

Ego Aimo, dictus Ypocras, ſacri  
Romani Imperii Scriniarius, & Ju-  
dex ordinarius interfui, & rogatus ſcri-  
pſi.

## Testamentum Ludovici Comitis de Ferreto, Anno 1236.

**I**N nomine Domini. Anno Domini-  
caae Nativitatis Milleſimo Ducentefimo Tri-  
geſimo Sexto, Indictione IX. menſe Au-  
guſti, die XX. Pontificatus Domini Gre-  
gorii IX. Papae, Anno X. Ego Lodoi-  
cus Comes de Ferreto, abſolutus per Fra-  
trem Gotefridum & Fratrem Raynaldum  
Domini Papae Poenitentarios ab omni-  
bus excommunicationibus, quibus tenebar  
adſtrictus, ſanus quidem mente, infir-  
mus autem corpore, nolens decedere in-  
teſtatus, coram Scriniario & ſubſcriptis  
teſtibus ad hoc a me rogatis, nuncupa-  
tivum facio Teſtamentum, quod ſine ſcri-  
ptis dicitur jure civili. In quo conſti-  
tuo mihi heredem Eccleſiam Romanam  
in omnibus bonis meis mobilibus & im-  
mobilibus, mihi de jure ſpectantibus, a  
quibuſcumque detineantur, tam in Ca-  
ſtris, Villis, Hominibus, & Vaſſallis,  
quam in rebus aliis, ſalvis duabus Vil-  
lis, ſcilicet Agbentale & Durlenſtorph,  
cum omnibus pertinentiis ſuis in Baſi-  
lienſi Dioceſi: quas duas Villas legavi

C | uxori meae. Insuper volo & ſtatuo, quod  
omnia damna illata per me, vel meam  
auctoritatem, reſtituantur de bonis meis,  
juxta mandatum Domini Papae, & ju-  
ſte conquerentibus ſatisfiat: & de reſi-  
duis mittantur bellatores in ſubſidium  
Terrae Sanctae juxta mandatum Domini  
Papae. Et hoc eſt ultimum Teſtamen-  
tum meum, quod volo firmum & illi-  
batum perpetuo permanere.

D | Actum Reate, ſecundum interpreta-  
tionem Fratris Gotefridi praedicti de Lin-  
gua Theutonica in Latinam. Teſtes ſunt  
Frater Gerardus Poenitentiarius & Ca-  
pellanus, Frater Gutefridus, & Frater  
Raynaldus Poenitentarii, Frater Al-  
bertus de Militia Templi Supercocus,  
Garofolus Cocus Domini Papae, Henri-  
cus Medicus, & Gotifridus Clericus prae-  
dicti Fratris Gotefridi.

E | Ego Aymo, dictus Ypocras, ſacri Ro-  
mani Imperii Scriniarius, & Judex  
ordinarius interfui, & rogatus ſcripſi.

Literae Gregorii Papae IX. praecipientis, ut Testamentum Ludovici Comitis de Ferreto, quoad satisfactionem damnorum, exsequutioni mandetur, Anno 1237.

**G**regorius Episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Constantiensi & Lausanensi Episcopis salutem & Apostolicam benedictionem. Quum bonae memoriae Lodoicus Comes de Ferreto ad Sedem Apostolicam accessisset, invadente ipsum aegritudine, qua decessit, ei ab omnibus excommunicationibus, quibus tenebatur adstrictus, per dilectos filios Gotifredum & Rainaldum Poenitentiarios nostros fecerimus absolutionis beneficium impertiri; idemque licet infirmus corpore, mente tamen sanus, Romanam Ecclesiam (\*) in omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus, a quibuscumque detineantur, exceptis duabus Villis, videlicet Agbentale & Durlentorph, cum pertinentiis suis, sitis in Basiliensi Dioecesi, quas legavit uxori suae, mandans, ut de bonis suis juxta mandatum nostrum jure conquerentibus satisfiat, & de residuo mittantur bellatores!

**A** in subsidium Terrae Sanctae, pro ut in publico Instrumento inde confecto plenius continetur: Quum igitur nihil magis hominibus debeat, quam ut eorum satisfiat ultimae voluntati, maxime quam pietas comitatur, Fraternalitati vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatinus Testamentum ipsum, quoad satisfactionem damnorum, exsequutioni mandantes, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compellatis, & quae residua fuerint, pro subsidio Terrae praedictae nobis per literas vestras fideliter intimetis.

Datum Viterbii, XVI. Kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno XI.

**C** In Chartis haecenus editis habes Sacri Romani Imperii Scriniarios earumdem Scriptorum. Duos alteros Sacri Palatii, & Imperiali auctoritate Notarios subsequens Charta tibi ostendet.

Instrumentum, qualiter in Castro Pennae Sancti Johannis Firmanae Dioecesis in Marchia Anconitana debet esse Rocca seu munitione pro Ecclesia Romana de voluntate spontanea Nobilium & peditum ipsius Castri, Anno 1252.

„ **I**N Dei nomine. Amen. Anno  
„ Domini Millesimo Ducentesimo  
„ Quinquagesimo Secundo, X. Indi-  
„ ctione, die Jovis VIII. intrante  
„ Augusto, apud Montem Pennae  
„ Sancti Johannis, tempore Domini  
„ Innocentii Papae IV. praesentibus  
„ Donno Johanne de Sancto Grego-  
„ rio, Donno Johanne de Sancto Lau-  
„ rentio, Breto qui dicitur Pleba-

**D** „ nus, Donno Companono de San-  
„ cto Bartholomaeo, Ranaldo Alber-  
„ ti, Magistro Georgio de Esio, Ma-  
„ gistro Adalanimio de Cingulo, Ni-  
„ cola Marescalco de Serzana, Bal-  
„ doino Salatinello, Servodeo de Ve-  
„ zano, & aliis pluribus testibus ad  
„ haec vocatis & rogatis. Ibidem con-  
„ gregatis univertis Hominibus Pen-  
„ nae Sancti Johannis, Nobilibus &  
„ „ aliis

(\*) *supple*: heredem reliquerit &c.

„ aliis in publico Parlamento, more  
 „ solito congregato, & universaliter  
 „ ibidem existentibus, Donnus Wal-  
 „ terus Lunensis Archidiaconus, Do-  
 „ mini Papae Capellanus, Anconita-  
 „ nae Marchiae Rector, vice & no-  
 „ mine ejusdem Domini Papae & Ro-  
 „ manae Ecclesiae dixit, proposuit, &  
 „ petiit, quod Arx, Girone, & Mu-  
 „ nitionem cum iis, quae ad ipsam mu-  
 „ nitionem spectant, concederent sibi,  
 „ & in ejus corporalem possessionem  
 „ inducerent vice & nomine  
 „ Romanae Ecclesiae & Domini Papae:  
 „ quia Dominus Papa volebat  
 „ Arcem & munitionem ipsam ad  
 „ manus suas pro Ecclesia Romana  
 „ retinere, & maxime quum id te-  
 „ nerentur facere homines supradicti  
 „ ex debito juramenti, ab eorum  
 „ Syndico vice omnium praestiti  
 „ eo tempore, quo idem Dominus  
 „ Rector eis munus absolutionis  
 „ impenderat à sententia excommuni-  
 „ cationis in eos prolata, pro eo  
 „ quod rebelles exstiterant ipsi Ec-  
 „ clesiae Romanae, & eidem Domino  
 „ Rectori, & ejus mandatis parere  
 „ contemserant, & à bannis & poe-  
 „ nis, quibus tenebantur praedicta  
 „ occasione vel alia, eos absol-  
 „ verat. Et utrum velint praemissa  
 „ facere sibi responderent, & quilibet  
 „ eorum potestatem haberet super  
 „ iis respondere, & dicere velle  
 „ suum. In qua concione seu Parla-  
 „ mento Nobilis vir Monaldus Do-  
 „ mini Paganelli, olim unus ex Do-  
 „ minis dicti Castri seu Pennae, pro  
 „ se & aliis Nobilibus ejus consortibus,  
 „ quondam Dominis dictae  
 „ munitionis & Castri, ibidem ad-  
 „ stantibus, surrexit, & inter alia  
 „ concionando dixit: quod placebat  
 „ ei & universis Nobilibus suis con-  
 „ sortibus, quod praemissa munitio

Tom. II.

A „ & Castrum cum suis pertinentiis  
 „ de cetero in perpetuum teneretur,  
 „ haberetur, & custodiretur à Nun-  
 „ tiis Romanae Ecclesiae, & per ipsam  
 „ magis quàm per aliquem alium  
 „ Dominum, personam, vel Universitatem:  
 „ supplicando eidem Rectori,  
 „ quod Dominus Papa & ipse  
 „ erga se & suos consortes misericorditer  
 „ se haberent, & providerent  
 „ eis de praemissis. Et in  
 „ iis suae gratiae se supponunt.  
 „ In eodem etiam Parlamento sur-  
 „ rexit Magister Jacobus Munaldi  
 „ Notarius, & nomine suo, & omnium  
 „ Massariorum, seu Popularium  
 „ Castri & loci praedicti, concionando  
 „ dixit: quod placebat sibi & universis  
 „ Massariis & Popularibus & Hominibus  
 „ ejusdem Castri & loci, quod dicta  
 „ munitio, Castrum, & locus esset  
 „ perpetuo Romanae Ecclesiae, & pro  
 „ ipsa custodiretur, possideretur,  
 „ & haberetur. Et quod praedictae  
 „ munitionis, & loci corporalis  
 „ possessio ab eodem Domino Rectori  
 „ pro Ecclesia Romana apprehenderetur  
 „ & teneretur. Concedendo & transferendo  
 „ in eundem Dominum Rectorem pro  
 „ Ecclesia Romana omne jus & actionem,  
 „ quam & quod ipse, & Massarii,  
 „ & Homines praedicti loci haberent,  
 „ vel habere possint in Castro & munitione  
 „ praedicta. Postmodum proposito ab  
 „ eodem Rectore utrum placerent omnibus  
 „ de concione & Parlamento ea, quae  
 „ proposita erant, responsa & concessa  
 „ per praedictos Monaldum & Magistrum  
 „ Jacobum, an vellet aliquis eorum  
 „ contradicere, omnibus de Parlamento,  
 „ nemine contradicente, placuerunt  
 „ praedicta, & ea approbaverunt,  
 „ & promiserunt, se in servitio,  
 „ devotione & fidelitate Romanae

G g

„ manae

„ manae Ecclesiae pro se & suis he-  
 „ redibus perpetuò permansuros, &  
 „ daturus in posterum operam & stu-  
 „ dium bona fide pro posse, quod  
 „ dicta munitio & locus ad honorem  
 „ & utilitatem Romanae Ecclesiae  
 „ perpetuò teneretur, & custodiatur;  
 „ & volentibus contrafacere se pro  
 „ viribus opponent, & contrarii e-  
 „ runt. In qua munitione, Podio,  
 „ & Castro tam per dictos conciona-  
 „ tores, quàm per approbationem &  
 „ confirmationem omnium de con-  
 „ cione praedicta, data est communi  
 „ consensu omnium libera licentia &  
 „ potestas praedicto Domino Reſtori,  
 „ recipienti vice & nomine Roma-  
 „ nae Ecclesiae & Domini Papae,  
 „ aedificandi & construendi munitio-  
 „ nes seu fortilitias, custodes in eo-  
 „ dem loco apponendi, & omnia fa-  
 „ cere de ipſo loco, quae placuerint  
 „ Romanae Ecclesiae & Domino Pa-  
 „ pae, & ſuis ſucceſſoribus in per-  
 „ petuum. Contra quae vel aliquod  
 „ praedictorum promiferunt & con-  
 „ venerunt ſolemni ſtipulatione eidem  
 „ Domino Reſtori contra non face-  
 „ re vel venire. E conuerſo praedi-  
 „ ctus Dominus Reſtor vice & no-  
 „ mine Romanae Ecclesiae conuenit  
 „ & promiſit, praedictam munitio-  
 „ nem, fortilitium, & Caſtrum ad  
 „ manus, demanium, & Cameram  
 „ Romanae Ecclesiae ſemper retine-  
 „ re & custodire pro ipſa Ecclesia,  
 „ & facere custodiri ad utilitatem &  
 „ honorem Romanae Ecclesiae, &

A „ pro conſervatione & ſecuritate &  
 „ deſenſione & utilitate perſonarum  
 „ & rerum olim Dominorum & Ho-  
 „ minum omnium dicti Loci & eo-  
 „ rum heredum. Et ipſam munitio-  
 „ nem & Caſtrum non ſubmittere,  
 „ dare, alienare, vel concedere ali-  
 „ cui alteri perſonae vel Uniuerſitati  
 „ aut Loco, ſed ſemper ad manus  
 B „ Romanae Ecclesiae retinere, con-  
 „ ſervare, & custodire, ut dictum  
 „ eſt: concedendo eiſdem Homini-  
 „ bus, quod de cetero poſſint Com-  
 „ munitiam conſtituere, & conſti-  
 „ tutam inter eos retinere, & quod  
 „ de cetero in Communantia ſint &  
 „ perfeuerent, & habeant jus & appro-  
 „ batas conſuetudines, quae habent  
 C „ communiter aliae Communantiae,  
 „ quae ſunt in Anconitana Marchia.  
 „ Actum in Ecclesia Sancti Johan-  
 „ nis dicti loci Firmanae Dioceſis.  
 „ Ego *Jobannes de Biſſia, ſari Pa-*  
 „ *latii Notarius*, iis omnibus inter-  
 „ fui, & rogatus ſcripſi & publicavi.  
 „ Et ego *Bernus Vicentinus, Impe-*  
 „ *riali auctoritate Notarius*, omnibus  
 D „ ſupradictis interfui, & in testi-  
 „ monium huius rei rogatus me ſubſcri-  
 „ pſi, & hanc ſcripturam publicavi.  
 „ Argumento huic ſinem faciant Re-  
 „ gulae ſeculo Chriſti XIII. praefcri-  
 „ ptae à Romano Pontifice Notariis  
 „ Cancellariae ſuae, Bullarum Pontifi-  
 „ ciarum Scriptoris. Eas etiam mi-  
 „ hi ſuppeditavit toties laudatus Codex  
 „ Mſtus Cencii Camerarii.



Institutio Cancellariae Romanae super petitionibus dandis & recipiendis, circiter Annum 1220.

**I**N nomine Dei aeterni & Salvatoris Jesu Christi. Amen. Nullus omnino Notarius petitiones recipiat, nisi quae fuerint in communi datâ receptae, vel quas Dominus Papa tradiderit, aut aliquis Cardinalium: Capellanus quoque vel Camerarius (sed neuter sine mandato Domini Papae) ita ut quum Notarius regevit illas, dicat, quis eas sibi recipiendas mandavit.

Item nullus Notarius, Bullator, Breviator, aut Scriptor petitiones aliquas promovendas assumat, nisi proprias, aut consanguineorum suorum, vel specialium amicorum; quas tamen non alii quàm Domino Papae offerat admittendas: sed officio suo sit unusquisque contentus. Quicumque verò praedictorum deprehensus fuerit contra fecisse, officii sui amissionem incurrat.

Nullus petitiones sublimium personarum, ut Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel Baronum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Decanorum, Archidiaconorum, aut hujusmodi personarum, quae proprium consueverunt habere sigillum, exhibeat in datâ communi, nisi Literas eorum propter hoc sigillatas ostendat. Caveat tamen sibi, ne proferat falsas Literas: quia deprehensus poenam falsarii non evadet. Petitiones autem humilium & maxime miserabilium personarum, libere porrigat & licenter, dummodo multitudinem effraenatam evitet. Omnes tamen petitiones, quas promovendas suscepit, simul & semel exhibeat scriptas in una charta, vel etiam in diversis consutis, ut unus Notarius

**A** Repudiatas autem non praesumat ulterius promovere, nisi apud Dominum Papam, primo & secundo & tertio supplicando, possit gratiam invenire.

Item nemo per alium petitiones offerat vel procuret, nec quisquam petitiones alterius offerendas vel promovendas assumat. Sed quilibet hoc faciat per se ipsum, nisi fortè sit sublimis persona,

**B** quae per certum & idoneum Nuntium id decenter & honeste procuret. Liberum tamen sit cuilibet, proprium, si necesse fuerit, intercessorem habere, maxime Cardinalem. Quum autem notas correctas acceperit, sine dilatione faciat eas scribi, & scriptas bullari: & postquam bullatas acceperit, non faciat longam moram, sed expeditus ad propria revertatur. Quicumque verò praesumerit contra venire, careat non solum impetratis, verum etiam impetrandis, & aliàs secundum arbitrium Summi Pontificis puniatur.

**C** Ne quis autem ex ignorantia occasionem accipiat in peccatis, semper in communi receptâ legatur hoc Scriptum, & sint praesentes Notarii, Scriptores, & Bullatores, ut ad deprehendendam fraudem diligenter notent personas, & deprehensas in fraude detegant & ostendant, si prorum volunt periculum evitare.

**D** Ad haec si pro justitia, vel spirituali negotio promovendis fiat pactio vel certa promissio, dans & recipiens ab officio & beneficio suspendatur, si Clericus fuerit, & offerens insuper careat impetratis: Laicus verò excommunicetur, & de Curia Literis impetratis privatus nihilominus repellatur.

**E**

*[The text in this section is extremely faint and illegible. It appears to be a multi-column document, possibly a ledger or a report, with several columns of text and some numerical data. The content is too blurry to transcribe accurately.]*

DE HOMINIBUS  
LIBERIS;  
ET ARIMANNIS.  
DISSERTATIO  
TERTIADECIMA.



# DISSERTATIO

## TERTIA DECIMA.



**D**Uplex olim, & praecipue apud Hebraeos, Romanos, & Graecos, fuit hominum conditio, nempe *Liberorum*, atque *Servorum*; eaque celebratissima fuit, & nunc etiam cuicumque in antiquorum Libris aliquantisper versato notissima. Tritum hoc argumentum insalutatum profectò dimissem, nisi mecum ipse recogitarem, ideo enixius à multis aliqua haec à me peti, quod ipsorum *Servorum* usus per Italiam, immo per omnem fere Europam, paene exoleverit atque defecerit, ita ut non pauci nomen quidem illorum familiare apud veteres norint, rem autem minime teneant. Praeterea ad barbaricorum temporum mores, quos illustrandos aliqua ex parte suscepi, pertinere nemo non intelligat duplicis hujus conditionis levem saltem notitiam, quum non minus apud Gothos, Langobardos, Francos, & Germanos, quàm antea apud Romanos, frequentissimi fuerint *Servi*, & quid foret, quidve ferreis quoque Seculis ageret id hominum genus, perspectum habere, istius etiam eruditionis amatoribus conducatur. Itaque *Liberi homines* ii olim erant, qui nulli Domino, praeterquam Regi, ex institutione gentium, obnoxii subjèctive erant: nam

**A** quod filii sub patria potestate forent, feminae verò *in mundio*, sive sub potestate viri alicujus, aut sacri Palatii, nihil propterea Libertatis nativae iis deperibat. Quale discrimen Langobardi ac Franci veteres agnovissent inter *Nobiles*, & *Plebem*, nondum animadverti; nam appellatio ista longè serius enata est. Quod tamen à vero minime abhorre mihi videtur, olim quicumque Liber nascebatur, Nobilitatis etiam particeps quodammodo censebatur. Potentia & opes erant illae revera, quae unum supra alterum efferebant; publica quoque Munera Nobilitatem, uti & nostris temporibus, augebant. **B** *Liberorum* autem hominum coetus in duo genera dividebatur, videlicet *Ingenue-rum*, qui à nativitate Liberi fuere, & *Libertorum*, quibus post Servitutem Libertas à Domino concedebatur. **C** *Primi* ordinis homines quamdam Nobilitatis praerogativam praeferebant; secus verò *secundi*, nisi quod procedente tempore eorum nepotes, sublatà tandem Servitutis memorià, inter *Nobiles* locum sibi conquirere potuerunt. quamquam Theganus de Gestis Ludovici Pii Cap. 44. scripserit: *Fecit te Liberum non Nobilem: quod impossibile est post Libertatem.* Sed haec dicta sunt de Ebone Remensì Episcopo, qui Liber factus, non natus, generis Nobilitatem sibi tribuere nequibat. Hoc tamen decus **D** *Libertorum*

Bertorum posteris minime negatum puto. In Concilio Aquisgranensi Anni DCCCXVI. Cap. 119. improbatur consuetudo deligendi tantum *Servos* ad sacrum ministerium, atque edicitur, ut nullus *Praelatorum*, *seclusis Nobilibus*, viles tantum in sua Congregatione admittat personas. En ut *Nobiles* opponantur *Servis*; ac propterea qui *Liberi* & *Ingenui* erant, *Nobiles* quodammodo reputati videntur. Fuere tamen *Populi*, apud quos triplex hominum ordo fuit. Haec de *Saxonibus* habet *Nithardus* Lib. 4. *Gens Saxonum omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos Edelengi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lassi illorum Lingua dicuntur. Latina vero Lingua hoc sunt Nobiles, Ingenui, & Serviles.* Sententia fuit *Camilli Peregrinii* viri doctissimi in Praefat. ad Hist. Anonymi *Salernitani* pag. 284. Tomi II. *Rer. Italicar. Langobardum* in Italia neminem fuisse, qui *Nobilis* non esset. *Vir Langobardus*, inquit ille, ideoque *Nobilis*. Quam opinionem his verbis confirmare pergit: *Langobardi omnes sordidis ab artibus semper abstinere, dum rebus potiti sunt prosperis, ac primaeva in dignitate permansere; nullusque in tota gente habebatur, qui Sublimis & Illustris, hoc est Patritius, non censeretur.* In eandem sententiam concessit & *Cosmus de Arena* in *Serie Ducum Tusciae* pag. 24. Verum haec intentius perpendens, vereor ut solidis fundamentis huiusmodi sententia nitatur. Quis enim certum fecit *Peregrinium*; nullam sordidam *Artem* à *Langobardis* electam fuisse? Erant *Ancillae Langobardae*, uti ex *Lege* 194. *Rotharis* deduxisse me puto in *Notis* ad eandem *Legem*. Cur non & *Servi* fuerint ex eadem gente? Hos certe è *Nobilium* coetu exclu-

A fos, immo vilis & abjectae conditionis fuisse novimus. Quare tutius fuerit opinari, inter ipsos *Langobardos* triplici illi hominum ordini locum fuisse, scilicet *Nobilibus Liberis*, sive *Ingenuis*, & *Servis*. Et ex ipsis *Ingenuis*, uti infra ac alibi ostendam, multi paupertate torquebantur, ac terris excolendis operam dabant. Praeterea audi *Paullum Diaconum* de *Gest. Langobardor.* Lib. 5. Cap. 36. *Brixiana Civitas magnam semper Nobilium Langobardorum multitudinem habuit.* Si *Langobardus* quisque *Nobilium* albo inscriptus fuit, nihil erat, cur *Paulus* addidisset *Nobilium*. Addidit hoc, ut *Proceres* unos indicaret, quos *Militēs* sequens aetas appellavit. Infra in *Differtat. XVIII. de Republica* animadvertam, literas olim datas fuisse *Clero, Nobilibus & Plebi Civitatum*. Viden, ut *Plebs* ab *Ordine Nobilium* secernatur, quanquam hanc *Plebem*, seu *Populum Liberi* tantum homines, *Servis* exclusis, constituerent?

Dixi, *Liberos* homines sui juris fuisse. Si tamen fides eruditissimo *Du-Cangio* ad vocem *Liberi* in *Glossario Latino*, *Liberi homines sub patrocinio alicujus esse debebant, nec omnino sui juris erant.* Hanc in rem adfert ille verba divisionis *Imperii Caroli M.* Cap. 8. videlicet: *Praecipimus, ut quemlibet Liberum hominem, qui dominum suum contra voluntatem ejus dimiserit, & de uno Regno in aliud profectus fuerit, neque ipse Rex suscipiat, neque hominibus suis consentiat, ut talem hominem recipiant &c.* Hoc non solum de *Liberis*, sed etiam de *Servis fugitivis* statuimus observandum, ut nulla discordiis relinquantur occasio. Me sibi in huiusmodi sententia minime consentientem vir doctissimus habebit. Nihil aliud mihi significare videtur *Carolus Magnus*, nisi men-



taque peto, cur non & ab *Ebre* & *Mann* deduci vox ista possit? Est autem *Ebre* Teutonicis *Honor*, ita ut eo nomine donentur Homines Liberi, Honorati, illustres, sive non vilis conditionis. Certum quippe est, eos Liberos hominum albo fuisse inscriptos, neque censendos abjectae fortunae, ut quidam suspicati sunt, qui eos paene in infimam Servorum sortem coniecere. Liberi, inquam, fuere, immo quodam Nobilitatis gradu ornati, Militiae quoque addicti, & denique ex iis non pauci aut Regis, aut alterius Senioris Vassalli, quoties ab eo in beneficium fundum quempiam accipiebant. In Lege II. Rachisi Langobardorum Regis, part. II. Tomi I. pag. 86. *Rer. Italicar.* cautum est, ne *cujuscumque servus Arimannam ducat uxorem*. Antea Rotharis in Lege 222. idem statuerat, postremo supplicio talia audentibus proposito. *Si Servus (inquit) Liberam mulierem, aut puellam ausus fuerit sibi conjugio sociare, animae suae incurrat periculum*. Rigorem hujus Legis temperavit Liutprandus Lege 6. Lib. 4. Attamen asperere habebatur, quicumque Servus tale facinus audebat. Ex his ergo habemus, *Arimannas* Liberas fuisse feminas; quam in rem etiam legenda sunt Ludovici Pii Augusti verba in Diplomate concesso Monasterio Veronensi Sancti Zenonis apud Ughellium in Catalog. Episcoporum Veronensium. *Etiam, inquit ille, placuit nostrae serenitati de Familiis ejusdem Monasterii definitiones facere, videlicet feminis Liberais, quas Itali Herimannas vocant, quae se famulis ipsius Ecclesiae & Monasterii copulaverint &c. secundum praedecessorum statuta Imperatorum, & per hujus nostri praecepti auctoritatem, supradictum sanctum locum inviolabiliter possideat. Nem-*

A. pe constituerat Liutprandus, feminam Liberam nubentem Servo, dum ejus consanguinei intra annum de crimine hoc vindictam nullam fumerent, fieri *Ancillam Palatii*. Haec autem decernitur, mulieres Liberas nubentes Servis Monasterii Veronensis futuras esse ejusdem Monasterii Ancillas. Vide Legem 75. Lotharii I. Apud Campium Tom. I. *Histor. Eccles. Placentin.* pag. 457. Ludovicus II. Augustus Sofredo Episcopo largitur *Gisebergam nativitate Liberam, sed pro conjunctione, qua se Isemaldo Servo nostro conjunxit, ad partem nostram legaliter & per judicium publicum post acquisitam*: idest Palatio, seu Regi sub servili conditione adjudicatam. Sunt & alia ejusmodi Privilegii exempla apud Ughellium in Archiepiscop. Beneventan. Tom. 8. Italiae sacrae. Ludovicus etiam Pius Augustus (uti constat ex Chronico Fartensi Part. II. Tomi II. *Rer. Italicar.* pag. 365.) Anno DCCCXV. Fartensibus Monachis indulgit, ut quidquid ex copulatione Servorum ipsius Monasterii cum Liberis feminis secundum Legem Langobardorum ad publicum (hoc est, ad Regem) contingere poterat, ad ipsos Monachos spectaret. Infra pag. 379. Augustus idem in altero Praecepto constituit, *de Arimannis feminis, quas sibi pertinentes (idest Servi) huic Monasterio in conjugio sociaverint, ut post transactum annuale spatium, secundum Edicti tenorem (idest secundum Leges Langobardicas) sic eos easque Monachi possideant, sibi quoque proprio nomine vindicent, atque defendant*. En ergo quae Liberae feminae in uno loco appellantur, in altero *Arimannae*, sive *Herimannae* dicuntur. In Caroli quoque Crassi Diplomate, ab Ughellio in Episcop. Veronensib. edito, & casti-

B. gatus

C.

D.

E.



gatus ex Arretinae Ecclesiae exemplari in Dissertat. XV. de Manumission. infra mihi edendo, *Liberi Herimanni* memorantur. Attamen ut luculentius Arimannorum Libertas & fortuna appareat, juvat ad hoc argumentum adferre Chartam nondum e-

A | ditam duplicis Placiti Mediolanensis, quam ego olim exscribebam ex vetustissimâ, sed perquam attritâ ac lacerâ pergamenâ, adservatâ in insigni Coenobio Monachorum Cisterciensium S. Ambrosii Mediolani.

In Placito Mediolanensi coram Sigefredo Comite Palatii quidam habitatores Curtis Palatioli contendunt, se liberos & non servos homines esse, & sententiam obtinent contra Advocatum Comitis Mediolanensis Anno 901.

**D**Um in Dei nomine, Civitate Mediolani, Curte Ducati, in Laubia..... in judicio residerent Sigefredus Comes Palatii & Comes Comitatus Mediolanensis, singulas deliberandas intentiones, residentibus cum eo Rogerius Vicecomitis ipsius Civitatis, Ragifredus, Walpertus..... deramus, & Grimoaldus, Judices Domni Imperatoris..... Lupus & Giselbertus Judices Mediolani, Risfredus filius Petri..... Eberardus, Andreas, Agembertus, & Radaldus Notarius, & reliqui plures. Ibiq; eorum praesentia veniens Hildesfredus, Liutisfredus, & Bonisfredus germanis, Ursus quondam filius quondam Angelberti, Bonipertus filius quondam Angesviti, & Lupus filius quondam Petri, habitantes Vico Rainerii..... Vassallo eidem Comiti Palatii, que Curtis illa in Palatiolo habere videtur; seu Ambrosius habitator infra eadem Civitate Mediolani, filius quondam Norteverti, qui & Novcelio vocabatur, Advocato publico Comitatu ipsius nominative, & Aderardus de Curte Palatiolo, que Curtis pertinere videtur ejusdem Comitatu, intentionem habentes..... „ Hildesfredus, Bonisfredus, Ursus, Bonipertus.... in judicio mallaverunt nos isti Waningus & Ambrosius Advocatus, quod de nostris personis..... & debe-

B „ mus Comitatu istius Mediolani, eo „ quod nos & genitores, seu parentibus nostris tam per caput personae nostrae, quàm & pro rebus, „ quas ad nostram tenemus proprietatem..... ad ipsa Curte Palatiolo operas fecissemus per omnibus domada..... Et nos eis dedimus responsum, quod non Aldii de nostris personis esse deberemus, „ nisi..... homines Arimanni, & „ nostram proprietatem in nostram partem habere deberemus; & de „ Liberis parentibus essemus nati, „ & jam ante hos dies in judicio de nostris personis..... fecissemus da „ parte istius Comitatu Mediolani a „ Curtis Palatiolo, & finem exinde „ cum Advocato ipsius Comitatu & „ Curtis fecissemus, & talem haberemus nos idem Liberi homines. „ Et dum isti Waningus & Ambrosius perseverarent, nullo modo esse concedimus; inde finem habemus: sed veraciter Aldii Comitatu istius & Curtis Palatiolo esse deberent: Tunc per judicium judicum dedimus wadia isti.... „ Ad „ vocatori notitia ipsa ad Placitum adducendum. Et ipse nobis dedit „ wadia. Unde hodie hic vestri praesentia inter nos placitum constitutum, „ tutum,

H h 2

„ tutum, ipsa ostendendo notitia, &  
 „ legitimam faciendo finem. Et ecce  
 „ pre manibus..... de quibus supe-  
 „ rius ad placitum adducendum wa-  
 „ dia dedimus. *Ad hec responderunt*  
*ipsis Waningus & Ambrosius Advocatus:*  
 „ Vere, sicut vos Hildefredus,  
 „ Luvesfredus, Bonifredus, Ursus,  
 „ Bonipertus, & Lupus dixistis, ita  
 „ vos mallavimus, & inter nos a-  
 „ ctum est, & taliter mihi Ambro-  
 „ siii Advocatori ad notitia Liberi  
 „ homines ad placitum adducendum  
 „ wadia dedistis, ut asseruistis.....  
 „ quando wadium dedi de placito.  
 „ Et hodie exinde inter nos hic ju-  
 „ dicio placitum missum est, ipsam  
 „ ostendentem notitiam & legitimam  
 „ recipiendum finem. Querimus, ut  
 „ notitiam, de qua ut supra pre ma-  
 „ nibus..... dixisti mihi Ambrosii  
 „ Advocatori ad placitum adducen-  
 „ dum wadium dedistis, ostend.....  
*Tunc ostenderunt ipsis Liutefredus, Bo-*  
*nifredus, Ursus, Bonipertus, & Lupus*  
*notitiam, que ut supra pre manibus ha-*  
*bere dixerunt, que relecta continebatur*  
*in ea ita.*

*Dum in Dei nomine, Curte Medio-*  
*lanensi..... in Laubia ejusdem Curtis*  
*in judicio residerent Sigefredus Comes*  
*singulorum hominum justitias faciendas*  
*ac deliberandas, resedentibus cum eo Rot-*  
*gerius Vicecomitis ipsius Curtis, Ragi-*  
*fredus, Protasius, qui & Ato, Awi-*  
*mundus, Rosfredus, Hilderandus, Teu-*  
*sprandus, & Apollinaris Judices Dom-*  
*ni Regis..... Benedictus, Upaldus,*  
*Lupus, & Grimoaldus Judices Medio-*  
*lani, Wa..... Ariprandus, & Bene-*  
*dictus de Blaffonno, & Petrus de Gra-*  
*ris, & Risfredus filius ejus, Ambro-*  
*sius filius quondam Adoni, Petrus, &*  
*Trafo germanis filii quondam Apollina-*  
*ris Notariis &c. Ibi que eorum venerunt*  
*presentia Ursus filius quondam Angil-*

A *berti, Bonipertus filius quondam Ange-*  
*fredi, Hildefredus, Luvesfredus &c. ha-*  
*bitantes Vico Cusfaco &c. de Curte Pa-*  
*latiolo, que pertinere videtur ipsi Comi-*  
*tati, intentionem habentes. Dicebant ipsi*  
*Ursus, Bonipertus, Hildefredus, necnon*  
*Adelgifus Notarius Civitatis ipsius Me-*  
*diolani, & Advocatus publico Comita-*  
*tu ipsius nominative.* „ Dudum in ju-  
 B „ dicio mallavit Adelgifus Advoca-  
 „ tus, quod nos de nostris personis  
 „ Aldii esse deberemus Curte Pala-  
 „ tiolo, que pertinere videtur de Co-  
 „ mitatu isto Mediolani, eo quod  
 „ nos & parentibus nostris condicio-  
 „ naliter tam pro persona nostra &  
 „ rebus, quas habemus & detinemus,  
 „ annue ad ipsa Curte operas fecis-  
 C „ semus per omnes ebdomatas. Et  
 „ nos ei dedimus responsum, quod  
 „ de nostris personis non Aldii, sed  
 „ Liberi homines esse deberemus;  
 „ & parentibus nostris Liberi homi-  
 „ nes fuissent; & nos in eadem Li-  
 „ bertate de Libero patre & Libera  
 „ matre nati effemus, & condicio-  
 „ naliter ad ipsam Curtem Palatio-  
 D „ lo, nec parti Comiti Mediolanensi  
 „ nunquam fecissemus; nisi tantum  
 „ habemus in loco & fundo Blesta-  
 „ tio aliquantam terram de parenti-  
 „ bus nostris. Et nos ad ipsam Cur-  
 „ tem Palatiolo operas fecissemus pro  
 „ ebdomada una ad manus: & sunt  
 „ rebus ipsis de sediminibus perticas  
 „ jug. II. de vineis aras, in qua ex-  
 E „ tant jug. legitim. III. de pratis,  
 „ similique jug. III. & de campis  
 „ jug. XI. seu de silvis jug. XIII. &c.  
 „ Nos nec parentibus nostris condi-  
 „ cionaliter numquam ad ipsam Cur-  
 „ tem operas fecissent, neque pro re-  
 „ liquis rebus proprietatis nostris. Et  
 „ cum iste Adelgifus Advocatus per-  
 „ severaret, nos pro Aldiones ad ip-  
 „ sam Curtem operas per personis  
 „ & pro-

„ & proprietatis nostris, & parenti-  
 „ bus nostris fecissemus, & nos in-  
 „ terrogati ad ipsi..... si nostram  
 „ approbare potuissemus Libertate.  
 „ Et nos manifesti fuimus pro nostra  
 „ paupertate Libertatem nostram mi-  
 „ nime aprobare poteremus. Tunc  
 „ per Judicum judicium dedit nobis  
 „ wadium iste Adalgisus Advocatus  
 „ per testes, aut inquisitionem pro-  
 „ bandam, qualiter nos Aldii esse  
 „ deberemus Curtis ejusdem Palatio-  
 „ lo, & pro personis nostris & re-  
 „ bus, quas aberemus, operas con-  
 „ ditionaliter nos & parentibus no-  
 „ stris ad ipsam Curtem fecissemus.  
 „ Et nos ei dedimus wadium de pla-  
 „ citum. Et hodie exinde inter nos  
 „ hic in judicio placitum constitu-  
 „ tum est probationem faciendum,  
 „ & legitimam faciendum finem, que-  
 „ rimus per inquisitionem aut testes  
 „ nobis aprobat, sicut ut superius  
 „ wadium dedit. *Ad hec respondit ipse*  
*Adalgisus Advocatus:* „ Verè, sicut  
 „ vos Ursus, Bonipertus &c. dixistis,  
 „ ita nos mallavimus, & inter nos  
 „ actum est, & taliter vobis per te-  
 „ stes aut inquisitionem probandum,  
 „ wadium dedisti, sicut asseruisti. Et  
 „ vos mihi wadium dedistis de pla-  
 „ citum. Et hodie exinde inter nos  
 „ Placitum missum est hic in judi-  
 „ cio testes vel inquisitionem ipsa  
 „ dandum, & legitima percipiendam  
 „ finem. Ecce hic sunt Nobiles &  
 „ Credentes homines circa manentes  
 „ loci ipsius, per quos credo, si eos  
 „ inquiritis istorum hominibus ad  
 „ probandum, sicut wadium dedi,  
 „ & denominatis fuissent homines ipsi  
 „ ad ipso Adalgisi Advocato.

*Id sunt, Podo de Sateriano, Sigifre-  
 dus, Gausari, & Petrus Scavino de Pol-  
 lianno &c. Tunc Advocantes eos Audi-  
 tores ipsi, & adjurati in fide & veri-*

A *tate, quando debeant sacramentum Do-*  
*mini Regis promissum & factum habeant,*  
*ut quid inde scirent, certa dicerent ve-*  
*ritatem. In primis suprascripto Podo in-*  
*quisitus dixit: Scio, isti Ursus, Boni-*  
*pertus, Hildesfredus &c. de bonis pa-*  
 B *rentibus nati. Tantum habent ali-*  
*quantis Casis & rebus in Blestatio:*  
*unde faciebant operas ad Curtem Pa-*  
*latiolo. Nam de eorum personis num-*  
 C *quam operas conditionaliter fecerunt*  
*& alia suorum proprietate in suorum*  
*jure & Libertate abente. *Predictus**  
*Sigifredus, Gausari &c. inquisiti boni-*  
*nes similiter dixerunt. Suprascriptus Pe-*  
*trus Scavino dixit, quod de eorum per-*  
*tinencia nihil sciret &c. Interrogatus est*  
 D *ipse Adalgisus Advocatus, si aberet am-*  
*plius homines per inquisitionem aut te-*  
*stem aut ullam firmitatem, per quam*  
*ipsorum Ursi, Boniperti, Hildesfredi &c.*  
*de suorum Libertate inobviare, aut eos*  
*in Servicium & Aldiaricia Curtis Pa-*  
*latiolo replicare possit. Qui ipse Adalgi-*  
*sus Advocatus manifeste dixit & profes-*  
*sus est, quod multum ex hac causa in-*  
 E *quisisset, nullo homine inquisitionem nec*  
*testem, nullamque firmitate invenire po-*  
*tuisset, nec haberet &c. Similique &*  
*ipse Sigifredus Comes manifestavit, sicut*  
*ipse Adalgiso Advocatus. Cum ipsi A-*  
*delgisus, & jam dictus Comes taliter*  
*manifesti & professi fuissent &c. paruit*  
*supradictis Auditoribus, & recte & ju-*  
*dicaverunt, ut juxta eorum intentionem*  
 & *professionem, seu manifestationem eorum*  
 & *Adalgisi Advocato & Sigifredi Comi-*  
 & *ut supradicti denominati homi-*  
 & *nes, ut supra per inquisitionem testi-*  
 & *ficaverant ipsius Bonipertus, Hildesfre-*  
 & *Luvfredus, Bonifredus, Hifem-*  
 & *bertus Presbiter &c. de suorum personis*  
 & *liberi esse permanere deberent tantum il-*  
 & *lis casis & rebus de Blestatio, quod*  
 & *ipsi, ut supra manifestari fuerunt, ope-*  
 & *ras fecissent, quod sunt pernominate*  
 & *per*

per mensura juges XX. & pertic. jug. II. pars ipsius Curtis habere deberent, & ipsi a parte Curtis Palatiolo redderent, investire deberent, sicut ibi presenti per fuste, quod suorum tenebant manibus, ei de manu Adelgisi Advocatori predictis Casis & rebus in Blestatio a parte ejusdem Curtis; & investiverunt. Et finita est causa. Unde qualiter acta & deliberata est causa, presentera notitiam pro securitate eorum Ursoni, Boniperti &c.

Ego Adelgissus Notarius scripsi & interfui, Anno Domni Regni Berengarii Regis Tertiodedecimo, Mense Madio, Indictione III. (ideft Anno Ch. 900.)

Signum manibus suprascripti Sigisfredi Comitis, qui ut supra interfuit.

Rotgerius Vicecomes interfuit.

Teusprandus Judex Domni Regis interfui; &c.

Notitia ipsa ab ordine relecta interrogaverunt predicti Auditores eosdem Waningum & Ambrosium Advocatus, qui contra ipsam notitiam dicere volerent, si se concrederent bona & verax esse, aut si aliquid contra eosdem denominatos homines, qualiter in eadem legitur notitia de eorum personis seu Casis & rebus, quibus ipsi ad suorum videtur tenere proprietatem, aliquid dicere volerent, aut de eorum Libertate inobviare, an non. Qui ipsi Waningus & Ambrosius Advocatus manifeste dixerunt & professi sunt, quod contra notitiam ipsam nihil dicere volerent, eo quod bona & verax esse, & nihil de eorum nominati homines, qualiter in eadem legitur notitia, personis de eorum Libertate, & de casis & rebus, quibus ad suorum tenere videtur proprietate, contradicere volerent, quia nec legibus possunt, eo quod inventum haberent, & juxta eadem notitia, quam ut supra ostensum est, legibus de suarum personis Liberi esse deberent, & suorum proprietatem in eorum posestatem

A & libertatem haberent, & parti Comitati ipsius Mediolanensis, neque jam dicte Curtis Palatiolo nihil pertinere, nisi tantum illis Casis & rebus in Blestatio &c. His peractis & manifestatione, ut supra legitur &c. & judicaverunt &c. Hildesfredus, Bonisfredus, Ursus &c. de suorum personis Liberi esse & permanere deberent &c. Et finita est causa.

B Ego Adelgissus Notarius ex jussione predicti Comiti Palatii, & amonitione suprascriptorum Judicum scripsi & interfui, Anno Imperii Domni Ludobici Imperatoris. . . . Mense Septembris, Indictione V.

Signum manibus suprascripti Sigisfredi Comitis Palatii, qui ut supra interfuit.

Rotgerio Vicecomes interfuit, &c.

C Ut legenti constare potest, contendebat Advocatus Comitis Mediolanensis, eos viros Aldiones esse, sibi que obnoxios. Erit autem mihi infra in Dissertat. XV. de Manumission. peculiaris sermo de Aldionibus. Ii contra, se Arimannos & Liberos non solum voce profitebantur, sed & rationibus ac testibus adhibitis ostendebant. Ajunt ergo illi, parentes suos Liberos homines fuisse, seque in eadem Libertate de Libero patre & de Libera matre natos, sibi que esse aliquantum terrae a parentibus suis hereditario jure acceptam. Testes enim adducti fidem faciebant, ejusmodi homines possidere Casas & res ad proprietatem suam, & praeterea aliquantas Casas & res in Blestatio, pertinentes ad Curtem Palatiolo, unde faciebant operas ad eam Curtem. Ceterum de eorum personis Liberos semper, & nulli unquam obnoxios fuisse: uti neque ob fundos ad se paterno jure spectantes alicui fecisse operas conditionaliter, hoc est tanquam Servos aut Aldios, sed eos tantum debere operas ad Curtem Palatiolo ob fundos ad eandem Curtem spectan-

spectantes, quae Curtis in jure Comitum Mediolanensis erat. Itaque pro eorum Libertate sententia lata à Judicibus fuit. Aperte igitur constare hinc potest, quale hominum genus *Arimanni* olim forent, nempe homines à nativitate Liberi sive ingenui, quibus erat aliquid Allodii, aut saltem dabatur excolendus aliquis ager Regis aut Comitum, cum onere faciendi operas quasdam. Quoniam verò titulo agri isti tribuerentur, sub nube est. *Arimannos* complures nobiles atque opulentos infra spectabimus. Sed & ex iis fuere non pauci ruri habitantes, & humilis fortunae, alienique agri cultores, ita ut qui heic occurrunt fateantur: *pro nostra paupertate Libertatem nostram minime probare possemus*. Idem ex Lege VI. *Rachisii* colligitur, ubi *Arimannis* quibusdam erat, unde componere possent, aliis verò minime. Ac proinde ex

A his constare poterit, quid significant verba *Conventus Ticinensis Anno DCCCLV. sive DCCCLVI. Tom. 8. Concilior. Labbean. pag. 79. ubi de Liberis hominibus, qui super alterius res resident, constitutum est, ut secundum Legem Patroni eorum eos ad Placitum adducant*. Ergo erant Liberi, seu *Arimanni* pauperes, qui alienas terras excolebant, quales agricolae nostri nunc sunt. Propterea in antiquis Chartis occurrunt *Mansi Serviles*, & *Mansi Ingenuiles*, illi à Servis, isti à Liberis hominibus exculti. Sed hujus veritatis luculentum testem non unum habeo, membranas videlicet autographas, quas vidi in Tabulario insigni Canonorum Mutinensium.

C Unam dabo, ex qua patebit, columnam quemdam Mutinensis Ecclesiae Liberum hominem disertis verbis appellari.

Walperti Episcopi Mutinensis Charta, quâ praedium colendum tribuit Johanni libero homini, Anno 869.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi: Imperante Domino nostro Ludowicus magnus Imperator Augustus, a Deo coronatus, Anni pietatis Imperii ejus, Deo propicio, hic in Italia Vigesimo sexto, die XXX. de mense Septembrio, Indictione II. Placuit atque convenit inter Donum Walperto Episcopo sancte Ecclesie Motinensis, ex alia parte inter Johannem filio quondam . . . . . bili Libero homine, ut in Dei nomine ego qui supra Johannes . . . . . resedere & laborare debeam in terra, vel applate palliaticie, seu res sancte Ecclesie Motine, locis, ubi dicitur Collegaria, quas vobis ad jura Sancti Geminiani de quondam Johannes Presbiter per chartulam obvinet. Et ego qui supra . . . . . ad

D laborandum per pagina scriptionis, & censum persolvendum ad meas detenui manus, quod est inter terrola aratoria seu & vidata, quàmque & prativa per singulas petiolas cum tegia . . . . . ad rationem facta ad modiorum quinque cum omne juri super se abente, cum finibus & lateribus atque coherencia & adiacentia . . . . . nostr . . . . . resedere & laborare debeas ego qui supra Johannes, vel meis heredibus livellario & masfaricio nomine ad laborandum, colendum . . . . . tenendum, canales edificandum, vitis ponendum, pastenandum, propaginandum, & excolendum, fines ad defensandum, & super res & . . . . . edificias faciendum, & in omnibus suprascriptis rebus & Tegia palliaticia, melio-

melioventur & non pejorentur usque ad-  
venientibus continuo annis.... isti pro-  
xime advenientibus. Et exinde de ipsa  
suprascripta re, qualiter supra legitur,  
annue temporibus redditum atque tribu-  
tum persolvere debeamus..... annos,  
idest ex omnigena re, grano grosso mo-  
dio quarto, minuto autem modio quinto,  
lino manna quinta, vino medietatem....  
dare debeam in Domini Natale pullos  
duos, ovas decem, operas vero per an-  
nos facere debeam dies quatuor manualis  
cum dominica annonae..... rebus inter  
curte & orto faciendum sestaria quatuor,  
unde non reddamus, & ipso nostro gra-  
no vel vino redditum quamque exenia &  
operas..... studere & triturrare, atque  
evagere facere, dare & consignare debe-  
amus in Motina vobis, qui supra Wal-  
perti Episcopo, tuisque successoribus,  
quam vel.... cum nostro dispendio si-  
ne omnem neglectum vel fraudem. Et  
pro tempore messis simulque vindemie  
Missio Domini abere debeamus, & a su-  
sceptam..... patroni stare debeamus  
ad rectam justitiam faciendam. Et si  
noluerimus, per Potestatem nobis pigne-  
rare debeatis sine publica auctoritate....  
posuimus, ut si exire, aut minare, aut  
aliqua superpositam facere, fraudem, aut  
neglectum fecerimus, & non permanseri-  
mus ambas..... tam nos suprascri-  
ptus, quamque successoribus aut heredi-  
bus nostris, & probatum fuerit: tunc  
promittimus cumponere unus alteri, cui  
culpa inventa fuerit, pena nomine in  
argento Solidos viginti. Et post pena  
composita hos libelli convenencie, sicut  
superius legitur, in sua permaneat fir-  
mitate..... constitudo; unde duo li-  
belli convenencie, pari timore conscripti  
sunt.

Acto Motina, die, Regni, & Indi-  
cione suprascripta feliciter.

Signum ✠ manus Johannis, qui hoc  
libello scribere rogavi.

A Signa ✠ ✠ ✠ manuum Boniverti,  
& Ramperti, & Erimperti de Sicla....  
rogatis exercitales testes.

..... qualiter superius legitur, per  
manum Hodelberti Presbiter & Notarius  
Sancte Motinensis Ecclesiae compleri  
& dedi.

B Epochae heic adhibita est Regni I-  
talici, non verò Imperii. Propterea  
post Imperii ejus additur hic in Italia.  
Quibus autem ritibus, quibusve con-  
ditionibus olim praedia rusticis exco-  
lenda locarentur, animadvertet heic  
eruditionis antiquae amator. Sed quod  
potissimum hanc mihi Chartam com-  
mendat, illud est quod Walpertum E-  
piscopum Mutinensem heic offendimus,  
ignotum Sillingardo in Catalogo E-  
piscoporum Mutinens. & Ughellio Tom.  
2. Italiae sacrae. Is ergo statuendus  
post Hernidum, uti etiam infra ani-  
madvertam in Dissertat. de Legibus.  
Neque insalutata dimittenda est tegia  
illa, quo nomine adhuc Mutinenses,  
aliique Langobardiae populi foenile  
designant. Tegetem Tabelliones nostri  
appellant, sed perperam, quum Te-  
ges appellaretur olim, quod nos Stuo-  
ra dicimus. Nostrum Tegia, sive Teg-  
gia, ut hoc obiter adnotem, ex La-  
tina Lingua desumptum apud nos per-  
durat. Ategia tegulitia occurrit in  
veteri Inscriptione à Grutero produ-  
cta. Juvenalis autem Satyrà 14. Mau-  
rorum attegias commemorat, ideest tu-  
guria & mapalia. Nunc Teggia uo-  
bis est, ubi foenum tantummodo ac  
paleae reconduntur, ac per translatio-  
nem eo nomine donantur casae in-  
cultae, ac araneorum concilio dimis-  
sae. Ceterum Du-Cangius ad vocem  
Tegia haec habet: Fides coopertura.  
Papias MS. & editus. Aut Glossarii  
Cangiani editio, qua utor, aut Pa-  
piae Grammatici Codices heic vitia-  
ti sunt. Scribendum videtur: Foeni  
coopert-

coepertura. Habet etiam Charta nuper producta *Lino manna quinta*. Nunc *Manella* est in sermone nostro, atque idem est atque *Manipulus* Latinorum. Vetus Interpres Juvenalis *manipulos*, *Mannas foeni interpretatur*. Occurrit in aliis bene multis Locationum Mutinensium vetustissimis Chartis ejusdem *Lini* mentio, quippe illius cultura familiaris tunc erat in istis quoque regionibus. At nunc (quod mirere) nulla est apud nos ejus cura, neque apud finitimos, quum tamen vel in ipsis Mutinensis Populi Statutis, Anno MCCCXXVII. conditis, Lib. 4. Rubricâ 194. decretum fuerit *de seminando quolibet anno ueram minam Lini per quemlibet habentem unum par bouum seu vacharum, à Serra de Legorzano inferius*. Nunc in hisce regionibus uni tantum *Cannabi* seminandae opera datur, fortasse, quod uberior inde fructus percipiatur, aut minus laboris in ea excolenda impendatur. Velim quoque animadvertas in nuper edita Charta, tunc fuisse in usu duplex *Tritici* genus, alterum *grosso*, alterum *minuto*. Retinent adhuc Mutinenses utrumque, eorumque nomen. Parum inter se differunt: sed pluris fit minutum; alterum verò turbam Populi pascit. Ceterum, ut in viam regrediar, multas alias pergamenas Archivum Mutinensis Cathedralis adseruat, in quibus si *Liberi* homines conducunt agros, haec ipsorum praerogativa minime reticetur. Ejusmodi est Charta Anni DCCCLXXXVI. quam infra dabo in Dissertat. XLI. *de Nominib. & Agnominib.* per quam Leudoinus Episcopus quibusdam *Liberis* homini-

A *bus massaricio nomine* excolendas tradit nonnullas Mutinensis Ecclesiae terras. Ita in aliis Chartis apud Ughellium occurrunt *Massarii & coloni Liberi*. Atque in Charta Coenobii Vulturnenfis, scriptâ Anno DCC-LXXXII. pag. 364. Part. 2. Tomi I. Rer. Italicar. Tribunus de Carapelle cum filiis suis, *concedimus*, ait, *personas nostras in seruitio & defensione de Monasterio Sancti Vincentii &c. salvâ libertate nostrâ*. Ludovicus quoque Pius in Lege Langobard. 62. *de Liberis*, inquit, *hominibus, qui proprium non habent, sed in terra dominica resident, ut propter res alterius in testimonium non recipiantur*. Illi verò, qui proprium habent, & tamen in terra dominica resident, ut propter hoc in testimonium recipiantur, quia proprium habent. Ita in Lege 66. ejusdem Ludovici statuitur, *de oppressione pauperum Liberorum, ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam oppressi*. Praeterea qui *Residentes* in quibusdam vetustis Chartis appellantur, quamquam alienos agros colerent, *Liberi* tamen homines fuere. Spectat ad hoc idem argumentum Charta, quam ex pergamenis Senensibus hausit olim Clariss. Vir Hubertus Benvoglientus, ubi *reditus & angariae* statuuntur pro praedio locato. Jam alibi monui, Ughellium Tom. I. Italiae sacrae deceptum fuisse, quum scripsit, *Peredeum* renuntiatum fuisse Anno DCCC. Episcopum Seneasem. En ipsum habemus jam Episcopali munere donatum Anno Christi DCCLXXVII. Ita verò se habet Charta illa.

## Locatio praedii facta à Peredeo Episcopo Senensi, Anno 777.

**I**N Dei nomine. Regnante Domino nostro Carulo Rege Francorum & Langubardorum, quo cepit Langubardiam, Anno Regni ejus Tertio, Pridie Idus mensis Magii, Indictione Quintadecima. Manifestum est nobis Tuniperto & Teuperto germanis filiis olim Tunualdi, quia ad residendum posuisti nos tu venerabilis Peredeus in Dei nomine Episcopo in Casa Ecclesie vestre Sancti Martini, in loco ubi vocatur ad Tusum, tali tenore, ut ipsa Casa, ubi quondam Ursulus Massarius habitabit, & omnia res ad eu pertinente, bene laborare & gubernare atque meliorare debeamus; & per singulos tibi & successoribus tuis reddito & angaria persolvere debeamus: idest tres urnas Vini, & uno Porco tremessale, & uno Berbice, similiter valente uno tremisse; & omni tempore pro angaria facere debeamus ad Curte vestra in Pastorale de singulos menses duas hebdomadas. Et si..... qualiter superius legitur, a nos vobis non fuerit adimpletum & conservatum, & deb..... alio loco ad habitandum, promittimus nos, qui ita fu..... nos non conservaverit, una cum nostris heredibus componere tibi & successoribus tuis auri Solidos viginti; & presentem Cartulam in sua manere firmitate. Et duas Cartulas prope uno tenore de parte nostra Filippum Subdiaconum scribere rogavimus.

*Actum in loco Pastorale feliciter.*

Signum ✠ manus Tuniperti, qui hec Cartulam fieri rogavit.

Signum ✠ manus Teuperti, qui similiter hec Cartula fieri rogavit.

✠ Ego Deusdeu Presbitero in hanc Cartula convenientie me teste subscripsi.

✠ Ego Deusdedit Diaconus in hanc

A Cartulam convenientie me teste subscripsi.  
Signum ✠ manus Petronaci Clerici, filii quondam Audaci, testis.

Signum ✠ manus Causeradi Clerici, filii quondam Fleudiperti, testis.

Signum ✠ manus Rachiprandi Clerici, filii Serbuti, testis.

Ego Filippus Subdiaconus postradita complevi & dedi.

B Arimannos quoque militiam facere coactos quum publica res poscebat, certum mihi est. Et id quidem oneri eis fuisse, facile concedam, at simul fuit honorificum: neque enim Servis militare licuit apud Romanos, uti neque apud Langobardos & Francos. In Lege 4. Guidonis Augusti habemus: Si ex praecepto Imperiali Comes loci ad defensionem patriae suae Herimannos hostiliter properare monuerat. Sub

C Herimannorum nomine heic designatum opinari quisquam possit quemlibet hominem Liberum: cur enim ad defensionem patriae non quisque idoneus accurrat? Certe nemo sinebatur domi manere, quum necesse erat in exercitum proficisci, nisi pauci, quos ad suum servitium excipere poterant Judex, sive Comes, Sculdafius, & Saltarius, uti habet Liutprandus in Lege 29. Lib. 6. Qua etiam ex Lege discimus, fuisse praeter Liberos homines, quibus equi & opes erant, etiam minores homines, Liberos tamen, ac militare coactos, qui nec casas, nec terras habent. Cum his confer Legem

D 71. Lotharii I. inter Langobardicas, ubi constituitur: Quicumque Liber homo à Comite suo, aut à Ministris ejus admonitus, ad patriam defensandam ire neglexerit &c. capitali subiaceat sententiae.

Qui



Qui in Lege Guidonis modò dicebantur *Herimanni*, in hac Lotharii Lege appellantur *Liberi*: omnes autem ad exercitum properare jubentur, ut tandem elucere videatur, unum atque idem fuisse nomen *Liber* homo, & *Herimannus* sive *Arimannus*; neque necesse fuisse, ut quisquam inter *Arimannos* computaretur, possidere fundos Beneficii titulo ab aliis acceptos: quod nonnulli sunt opinati. Hisce adde Legem XV. Lib. 5. Liutprandi Regis inter Langobardicas de *Servis fugacibus*. Hos capere, & in vincula conjicere locorum Judices jubentur, simulque eorum fugam & capturam significare ipsorum *Dominis*. *Et si ille Judex neglectum fecerit ad Servum fugientem recolligendum, aut Ari-*

*manno suo faciendum mandatum, quod in tali loco homo tuus comprehensus est, componat in Palatio Regis Solidos duodecim. Nihil aliud est heic mandatum facere Arimanno, nisi significare, nuntiare, far sapere, Domino Servi fugitivi capturam illius. Si Arimanni appellati sunt quicumque Servos habere poterant, ergo nihil aliud Arimanni fuere, nisi Liberi, quia Liberis quibuscumque licebat sibi comparare ac alere Servos. Verùm ad hanc sententiam stabilendam obstare videtur Charta, quam mihi suppeditavit in vetustissima membrana Archivum Estense, unde nobis aditus etiam praebebitur ad intelligendum, quid olim foret Arimannia, in antiquis monumentis interdum memorata.*

Examen Testium pro Episcopo Ferrariae in controversia de dominio & districtu Curtis & Plebis Trecentae, & aliis de causis, inter ipsum Episcopum & Romanum Pontificem vertente coram Sigefredo Nuntio Apostolicae Sedis, Anno 1182.

**I**N nomine eterni Dei. Stephanus de Trisenta juratus dicit: quod recordatur à triginta annis, vidit Episcopum Ferrariae habere districtum suorum hominum habitantium in Terra de Trisenta, videlicet de adulterio, homicidio, & de aliis omnibus, si commiserunt. Nec vidit aliquem Nuntium vel Comitem Domini Pape accipere bannum de Trisenta, vel debere habere. De Glazano interrogatus dicit, quia partim est Arrimannia, & partim Empheteusis. Pro Arrimannia debent facere servitium Domini Papae, sive sit habitator Episcopi, sive alterius; videlicet quod pro Arrimannia debent recipere Comitem bis in anno, & unaquaque vice dare duos pastos. Et ibi debet tenere Placitum generale tribus diebus. Et si aliquis Arrimannus distulerit venire ad Placitum usque ad horam

**C** Tertiam, debet solvere pro banno centum & octo Blancos. Si habitat super Arrimanniam, omnem districtum habet Comes. Si habitat super terras Episcopi, & querimonia fiat de eo, debet facere rationem coram Nuntio Episcopi: & si Nuntius nollet facere rationem, Comes debet distringere eum. Vallis Surrica simili modo est Arrimannia & Empheteusis. Interrogatus de Portu dicit, quod non vidit aliquem Comitem unquam tenere; nec vidit Ecclesiam de Tricenta, nec aliquam Ecclesiam de Plebatu Trecente facere aliquod receptum alicui Comiti vel Nuntiis Pape in expensis.

**D** Raimundinus juratus dicit, quod Stephanus. Et addidit, quod fuit Nuntius Comitis per octo annos, nec habuit nisi supradicta.

Johannes Cabalarius juratus dicit idem, quod Stephanus. Et addidit, quod bene per triginta annos & plus. Et addit, quod Comes debet amplare & disbrigare vias. Item omnes isti in concordia dixerunt: De venatione facta in nemore Glazani, Dominus Episcopus debet habere anteriora Cenglarii causâ honoris. Et haec dicimus à tempore nostre recordationis. MCLXXXII. sexto die intrante Mense Januario, Indictione XV.

Albertus juratus dicit; quod vidit Episcopum Ferrariae, omnem districtum & omnem honorem habere in hominibus de Tricenta. Nec vidit, quod praedicti homines distringerentur per Nuntios Domini Pape. Et dicit, quod Comes solitus est tenere Placita generalia bis in anno in loco Tricente expensis Plebatus Tricente. Et si recusat Episcopus facere rationem de suis hominibus, Nuntius Domini Pape compellit eos rationem facere. Et si aliquis Arrimannus distulerit venire usque ad oram Tertiam, vel recedit sine licentia, componit pro banno centum & octo Blancos Comiti Domini Pape. De aliis questionibus interrogatus respondit, se nihil scire.

Venatesa juratus dicit idem in omnibus, ut Albertus. Et isti dicunt, se esse juratores Domini Sigisfredi.

Joannes de Sabluno juratus dicit, quod vidit à tempore Comitisse Matildis Episcopum Ferrariae habere & tenere & distringere homines suos de Tricenta, de furtis, de adulteriis, & de aliis omnibus, videntibus Nuntiis Domini Pape & non contradicentibus. Nec vidit praedictos homines distringi per Nuntios Domini Pape: & semper habitavit in Tricenta. De Portu Tricente dicit, quod Episcopi est. De nemore Glazani dicit, quod nullus audet incidere contra voluntatem Episcopi. Et dicit, quod non vidit Comitem Domini Pape recipi ab Ec-

A clefia Sancti Georgii de Tricenta in expensis ipsius Ecclesie. De facto Masse & Melcarie respondit, se nihil scire.

B Presbiter Antus Canonicus in Plebe Tricenta juratus dicit idem, quod superior. Et addit à quinquaginta annis. Dicit, quod vidit de Portu Tricenta Episcopum habere & tenere semper ab eodem tempore. Sub eodem Milleesimo, octavo die intrante Mense Jenuario, Indictione XV.

C Pinzo juratus dicit; quod à tempore quo recordatur, quod dicit esse à quadraginta annis & plus, vidit homines Episcopi Ferrariae in Massa distringi & bandizari per Episcopum Ferrariae in civilibus & in criminalibus per suos Nuntios, videntibus Nuntiis Domini Papae & non contradicentibus. Nec vidit eos bandizari per Nuntios Domini Pape: & quinquaginta anni sunt, quod habitator est in Massa, nec alibi habuit mansionem.

D Petrus de Paulo juratus dicit idem; quod Pinzo per vigintiquinque annos. Et addit, quod ipsemet solvit bannum Nuntiis Domini Episcopi. Interrogatus de facto Tricente & Melarie, dicit se nihil scire; de venationibus factis in nemoribus Episcopi dicit, eum habere caput & pedes anteriores.

E Ubertus de Caradona juratus dicit; quod vidit Dominum Episcopum bandizare & distringere homines suos de Massa in omnibus maleficiis à tempore, quo recordatur; & recordatur per quadraginta annos: nec vidit eos distringi per Nuntios Domini Pape unquam, videntibus Nuntiis Domini Pape, & non contradicentibus. De Casamentis Sancti Martini dicit, quod fuere intronissa per Cardinalem, cujus nomen ignorat, quem credit fuisse Dominum Ildebrandum, per Crucem, ut audivit. Sed Episcopus semper tenuit, ut credit. Et dicit, illa Casamenta esse Sancti Martini, sicut credit.

dit. Et dicit, quod Dominus Sigifredus habuit octo Solidos Mediolanenses à quodam homine, nomine Petrus Paulus, pro offensa cujusdam vinee, de qua non dederat ei plenam rationem suam, ut audivit, qui habitat in predictis Casamentis. Et dicit, quod Dominus Sigifredus fecit eum jurare dicere ei malas & bonas rationes, quas consuevere habere Nuntii Domini Pape in Massa. Et Otto cepit dicere jura Domini Pape justa & injusta. Et ipse guarentavit, quod dixerat Otto, quedam pro justa ratione, quedam pro injusta.

Turelus de Catalda juratus dicit idem, quod Ubertus, excepto de Casamentis, & de intromissione Cardinalis, & octo Solidis, de quibus nihil scit. Nec guarentavit ea, que dixerat Otto, quia Otto non juraverat, nec videbatur ei, quod bene diceret Otto. Et ambo dixerunt, quod Dominus Papa nihil debebat de jure habere, nisi quod continebatur in Privilegio Gregorii.

Sacco de Ciniselli juratus dicit, quod Dominus Sigifredus fecit eum jurare cum quibusdam aliis dicere bonas & malas rationes, que pertinebant Domino Pape. Et cum dixissent, nihil pertinere ad Dominum Papam, nisi quod continebatur in Privilegio Gregorii, Otto contradixit, & nihil fuit amplius scriptum in mea concordia.

Zeno de Ciniselli juratus dicit, se nescire Dominum Episcopum habere possessionem aliquam in Ciniselli, que pertineat Domino Pape. De facto juramenti idem, quod Saccus.

Azo de Flacenedi juratus dicit idem, ut Ubertus de Caradona, excepto quod non fuit jurator. Et de facto Ottonis nihil scit.

Johannes de Massa juratus dicit, quod

A vidit per quadraginta annos & ultra, Episcopum Ferrarie distringere homines suos, & banire de Massa ad voluntatem suam. Nec vidit hos homines distringi per Nuntios Domini Pape. De Casamentis Sancti Martini dicit, quod Casamenta sunt Sancti Martini; nec vidit ea teneri nisi per Ecclesiam vel per Episcopum. Sed ea intromisit precepto Cardinalis Ildeprandi. Et secunda vel tertia die Nuntius Episcopi, quando scivit, dissavit. De facto Ciniselli & Tricenta nihil scit. De facto Melarie dicit, quod vidit Abbatem Sancti Salvatoris habere & tenere Melariam cum omni honore & districtu, & post Abbatem Episcopum similiter.

B Dominus Otto juratus dicit idem, ut Johannes de Massa, excepto de Guifa quod non posuit.

C Bulgarus juratus dicit, quod vidit Ecclesiam Sancti Salvatoris de Pavia habere, & tenere cum omni honore & districtu Terram de Melaria, bannire, placitare. Si aliquando aliquis crimen committebat, aut aliquo modo compellendus erat ad judicium, per Ecclesiam Sancti Salvatoris distringebatur. Et ipse fuit Villicus & Minister ipsius Ecclesie per viginti annos. Et fecit ista supradicta nomine Ecclesie. Et postquam Episcopus Ferrarie acquisivit Terram Melarie ab Ecclesia Sancti Salvatoris, quod est viginti anni & plus, vidit eum tenere & habere & facere omnia supradicta. Nec vidit Dominum Papam vel ejus Nuntium habere aliquod jus in Terra Melarie, sive in districtu, sive in bannis, sive alio modo. Et natus est in Melaria, & ibi semper habitavit & habitat.

D Omnes isti predicti viri juraverunt in presencia Domini G. (a) Mantuani Episcopi.

(a) Hoc est Garfendonii, non Garfodori, ut habet Ughellius in Episcop. Mantuanis Tom. I. Italiae Sacrae, primae editionis.

piscopi, & Domini Al. (a) Regini Episcopi dicere veritatem de omnibus rationibus, que pertinent ad beatum Petrum, & ad Ecclesiam Ferrarie, quando requisiti fuerint per predictum Mantuanum Episcopum, & Reginum Episcopum, vel per suos certos Nuncios, videlicet per Petrum Prepositum Reginum, vel per Dominum Agnelum Mantuanum Judicem, in quorum presencia hec acta sunt & lecta in presencia Sigisfredi Subdiaconi Domini Pape, M. CLXXXII. septimo intrante Mense Jenuario, Inditione XV.

Ego Zilibertus sacri Palatii Notarius interfui, audiui, & scripsi ex mandato G. Mantuani Episcopi, & Al. Regini Episcopi, & Petri Prepositi Regini, & Agneli Judicis, Assessorum eorum. Ad cujus rei majorem firmitatem & certitudinem predicti Episcopi has attestaciones suis propriis sigillis sigillare fecerunt.

Et ego Dominicus, Christi misericordia Ferrariensis Notarius, videns has autenticas attestaciones ex mandato Domini Ga. Mantuani Episcopi, & Al. Regini Episcopi, & Petri Prepositi Regini, & Agnellis Judicis, Assessorum eorum, per manus Ziliberti sacri Palatii Notarii scriptas, nihil addens vel minuens, seriem exarans in exemplum redigi Anno Domini MCLXXXII. Inditione XV. tempore Lucii Pape, & Frederici Imperatoris, Mense Jenuario.

Itaque erant Villae & Castella, quorum agri partim Arimanniae, partim Emphyteusis titulo ab habitatoribus possidebantur. Uterque titulus possidenti onus aliquod importabat, diversum tamen. Emphyteutae censum Domino plerumque quotannis persolvebant, sive in pecunia constitutum, sive in mensura frugum. Nobiliori o-

A nere obstringebantur Arimanni: nam praeter obligationem militiae, quam supra indicavimus, alia eis injungebantur. Nimirum, ut habet modo evulgata Charta, pro Arimannia debent facere servitium Domini Papae, videlicet recipere Comitem (sive Ministrum & Actionarium Pontificis) bis in anno, & dare unaquaque vice duos pastos (puta prandium ac coenam). Et ibi debet Minister tenere Placitum generale tribus diebus. Et si aliquis Arimannus distulerit venire ad Placitum usque ad horam tertiam, debet solvere pro banno centum & octo Blancos. Sunt adhuc in Ferrariensi Ducatu fundi innumeri partim Feudi titulo à Principe atque ab Ecclesiis concessi privatis hominibus, partim Emphyteusis jure. C Primi ordinis possessores Vassalli appellantur, & fidelitatem jurejurando pollicentur: idque non solum nihil Nobilitati derogat, sed immo quamdam Nobilitatis speciem importare videtur. Alterius ordinis viri Emphyteutae, seu Libellarii appellantur, inter quos multi quidem Nobiles numerantur, sed & multi longe inferioris conditionis. Arimannorum voce in Charta Ferrariensi designari quicumque putet hujusmodi Vassallos. An ii Vassalli fuerint, ego quidem ignoro. Liberos homines fuisse id mihi certum. Sunt autem, quae suadeant, non omnes Liberos fuisse Arimannos, sed eos duntaxat, qui in fundo Principis, aut in fundo obnoxio militaribus functionibus, aut aliis publicis oneribus, habitabant, & Principi tributa, aliaque servitia praestare cogebantur. Immo Arimannia nihil aliud fuisse videtur, nisi jus exigendi more Regali servitia aliquot à Liberis hominibus: inter quae praecipua fuerit

(a) Id est Albriconi, non Alterici, ut legitur apud eundem Ughellium in Episcop. Regiensib. Tom. II. Ital. Sacr.

rit obligatio procedendi in exercitum, quoties Dominus exigebat. Guido quidem Augustus in Lege 3. fancivit, ne Reipublicae Minister ab Arimannis suis aliquid per vim exigat, praeter quod constitutum legibus est. Sed neque per sortiam in mansionem Herimanni applicet, aut Placitum teneat. Huic Legi minime concordēs videantur consuetudines Arimannorum Ferrariensium. Verum omnia consonant. Neque enim fas fuit Comitibus & Aetionariis, & ne in Ferrariensi quidem agro, aliquid per vim exigere ab Arimannis. Quae verò heic eisdem Ministris debita dicuntur, jam constituta legibus fuerant, aut consuetudo firmarat. Proinde quum Imperatores Regalia alicui concedebant, Arimanniae

A quoque mentionem facere consueverunt. Uti Par. I. Cap. 8. Antiquit. Estens. ostendi, Henricus inter Reges Germaniae IV. Hugoni & Fulconi Principibus Estensibus, Anno MLXXVII. Rhodigium in Comitatu Gavelli &c. Comitatum & Arimanniam, aliaque multa Oppida, Castella, & Curtes, & omnes Arimannias, quae ad istas Curtes pertinent, confirmavit. Accipe nunc, quae Lotharius II. Imperator (Tertium quoque appellatum videas in aliis Diplomatis) Civibus Mantuanis indulserit. Ejus Diploma, nunc mihi evulgandum, describebam ego è Tabulario olim Ducali, nunc Archiducali Mantuae. Ita verò se habet.

### Privilegium Mantuanis Civibus à Lothario II. Augusto concessum, Anno 1133.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Lotharius divina favente clementia Tertius Romanorum Imperator semper Augustus. Cum Imperialis conditio omnibus se impertiri debeat, precipue tamen exauditionis aurem illis debet accommodare, quorum servitium & devotionem evidenti cognovit experimento. Proinde tam futuris quàm presentibus notum esse volumus, qualiter nos in petitione fidelium nostrorum Mantuanorum, traditioni antecessoris nostri felicitis memorie Imperatoris Henrici annuentes, omnia illis Imperiali largitione collata, nos quoque Privilegii nostri confirmatione auctorizamus, & auctorizata iteratà largitate renovamus & confirmamus. Subjuz autem confirmationis sententia inter cetera comprehendimus Arimanniam cum rebus communibus ad Mantuanam Civitatem pertinentibus ex utraque parte fluminis Mincii & Tartari; deinde sursum usque ad Flumen O-

C lei, ex alia parte Fossa-alta, de tercia parte Ecclesia Sancti Faustini in capite Variano: & dein seorsum usque in Agriciam majorem, adhibitis omnibus illis, quae vel in presenti, vel in futuro juste possident, vel possessuri sunt. Prefatis etiam fidelibus nostris ob dignam impensè servitii memoriam concedimus, ut habeant potestatem transferendi Palacium nostrum de Burgo Sancti Johannis ad Monasterium Sancti Rufini, situm ultra prefatum flumen Mincii. Albergariam quoque nove & veteris Civitatis & suburbiorum ejus, remittimus & donamus. Quin etiam Insulam, in qua Castrum Ripealte fuit situm, eis concedimus, ita ut nullum Castrum seu edificium à nobis, vel à nostris successoribus extruatur. Hec omnia modò dicta prefatis Mantuanis, qui vel nunc sunt &c. Si quis ergo Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio &c.

Si-

Signum Domni Lotharii Tercii



Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Norbertus Archicancellarius recognovi

Datum Anno Incarnationis Millesimo Centesimo Trigesimo Tertio, Indictione XI. tertio Kalendas Augusti, Anno verò Regni Regis Lotharii Octavo, Imperii verò Primo.

Actum in Episcopatu Mantuano in Campo Sancti Leonardi, feliciter. Amen.

En ut iste Augustus Mantuanis confirmat Arimanniam cum rebus communibus ad Mantuanam Civitatem pertinentibus. Quid haec verba significant, non prius investigabo, quàm addam & alterum simile Diploma, Friderici

A nempe Primi, eisdem Mantuanis concessum, & ipsum nunquam antea editum, atque in supra laudato Archiducali Archivo Mantuae olim mihi exhibitum.

### Fridericus I. Imperator Mantuanis Civibus vetera Privilegia ac immunitates confirmat, Anno 1159

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Imperiali honori congruit, & ipsa ratio suadet, ut fidelibus nostris ampliolem gratie & dilectionis favorem impendamus, illis precipue, in quibus plurima argumenta fidei claruerunt, & usque ad hec nostra tempora venire feliciter meruerunt. Eapropter tam futurorum, quàm presentium fidelium noverit etas, quod interventu & petitione fidelissimi Principis nostri Graxentonii Mantuani Episcopi, qui fidelitatem preclaram nobis & Imperio magnificis exhibuit obsequiis, preces fidelium nostrorum Mantuanorum Augustalibus nostris auribus admisimus, & secundum Privilegia nostrorum antecessorum, que diligenter perspeximus, cunctos Arimannos in Civitate Man-

B tuae, sive in Castro, quod dicitur Portus, sive in Villis, que nominantur Sanctus Georgius, Cepada, Formigosa, seu in Comitatu Mantuano habitantes, cum omni eorum hereditate, & proprietate, paterno vel materno jure, & cum omnibus rebus communibus, que ab eorum parentibus possesse fuerunt, & eorum adquisita vel acquirenda, nominatim C Silva Armanora, Carpeneta, Sacca, Septingenti, sive per cetera loca in Comitatu Mantuano adjacentia. Piscationes quoque in fluminibus & paludibus sine scriptionis titulo aliquo, quod juste & legaliter eis pertinet, cum familiis utriusque sexus, Servis & Ancillis, Libellariis, Precariis, & cum D omnibus rebus eorum mobilibus, & immobilibus, per hujus nostri Precepti paginam, prout juste & legaliter possu-

mus,

mus, eis concessimus & corroboravimus; scilicet utrasque ripas fluminis Tartari, deinde sursum ad flumen Olei. De alia parte Fossa-alta, de tertia parte Ecclesia Sancti Faustini in capite Variana, & deinde sursum usque in Agriciam majorem. Ea videlicet ratione concedimus eis omne tholoneum & ripaticum, quod pro negotio exercetur in Garda, in Lagesa, & in Summo Lacu, vel in Brisiana, & in Ferraria, vel in Comaclu, & in Ravenna. Ipsi, sui que filii, ac homines, qui illorum causa laborantes negociantur, licentiam habeant potestative negociandi per jam dicta loca absque omnium hominum contradictione, vel publica functione, vel alicujus tholonei vel ripatici redditu. Insuper Palatii nostri apud Monasterium Sancti Rufini construendi potestatem eis concedimus. Albergariam quoque nove & veteris Civitatis, ut circumdata est, muro & munimine eis remittimus & donamus. Quineciam Insulam, in qua Castrum Ripae altae fuit situm, eis concedimus, ita ut nullum Castrum seu aedificium à nobis vel à nostris successoribus extruatur. Precipimus quoque, ut liceat praedictis fidelibus nostris Mantuanis secure ire & redire ad omnia mercata sive per terram, sive per aquam in Imperio nostro ubicumque voluerint absque alicujus molestatione, & tholonei exactione. Hec omnia supradicta Mantuanis omnibus, qui nunc sunt & adhuc futuri sunt, iuste & legaliter concedimus, salva per omnia Imperiali iustitia. Si quis ergo Dux, vel Marchio &c.

Signum Domni Frederici Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Raynaldus sacri Palatii Imperialis Cancellarius recognovi.

Acta sunt haec Anno Dominice Incarnationis MCLIX. Indictione VII. regnante Domino Frederico Romanorum Imperatore.

Tom. II.

A peratore serenissimo, Anno Regni ejus VIII. Imperii vero IV.

Datum in territorio Regino apud Luchariam, XII. Kalendas Aprilis.

Heic ergo intuemur, Fridericum favore suo prosequi cunctos Arimannos in Civitate Mantuae, sive in Castro, quod dicitur Portus, sive in Villis &c. seu in Comitatu Mantuano habitantes

B cum omni eorum hereditate & proprietate, paterno vel materno jure, & cum omnibus rebus communibus, quae ab eorum parentibus possessae fuerunt &c. Totum Diploma attente perpende: confer cum uno Henrici I. Augusti, Anni MXIV. & cum altero Henrici II. Augusti, Anni MLV. quae dabo infra in Dissertat. XLV. de assumta

C à Civitatibus Italicis Reipublicae forma, ac demum intelliges, sub Arimannorum nomine heic designari Liberos homines, non ruri tantummodo habitantes, sed & in Civitate. Eisdem autem Arimannis, sive Civibus, Imperator omnia bona hereditaria, hoc est Allodii titulo possessa, tum etiam bona communia confirmat.

D Quo postremo verbo indicari mihi videntur fundi Reipublicae Mantuanae. Animadvertendum quippe est, tunc Arimannos Civitatis illius regimen tenuisse. Scilicet Mantuani sublatà è vivis Anno MCV. celebri Comitissâ Mathildâ, in libertatem & ipsi affurrexere, atque Ordo Arimannorum, quibus Consules praerant,

E clavum Reipublicae arripuit. Cujus veritatis testes habeo tabulas, quas adservat Archivum insignis Monasterii Padolironensis in agro Mantuano siti. Contra istud Monasterium Communitas Mantuae controversiam moverat de quibusdam nemoribus. Sed Monachis jura sua prodentibus adjudicata est causa à Mantuanis per Chartam, Anno MCXXVI. quinto No-

nas Julias exaratom. Interfuere Con-  
sules *Albertus & Azo filii Aronis In-*  
*risci, Wido filius Hugonis de Bona, O-*  
*pizo de Calantono, Albertus filius Bo-*  
*nacusae Scugerii.* Tunc recensentur *A-*  
*rimanni.* Ii sunt *Ingellaldus de Muria-*  
*no, Otto & Wibertus & Anselmus fi-*  
*lii Ingellandi, Albertus Aronis, &*  
reliqui. Itaque heic *Arimannorum* no-  
mine veri prorsus simile est designa-  
ri *Nobiles*, ad quos duntaxat eo tem-  
pore spectabat Mantuanæ Reipubli-  
cæ cura. Quæ verò heic habes, lu-  
cem conferunt Diplomati dato Civi-  
bus Mantuanis Anno Christi MCXVI.  
ab Henrico Imperatore IV. quod in  
nuper memorata Differtat. XLV. pro-  
feram. Redeo nunc ad *Arimanniam.*  
*Baldus, Alvarottus, Cujacius, Go-*  
*thofredus, alique Legum Feudalium*  
Interpretes; inepta nobis obtrufere  
in ejus vocis significatione explican-  
da. *Fridericus I.* in Lib. II. Feudo-  
rum Tit. 56. inter Regalia connu-

A merat *armandiam, vias publicas &c.*  
qua voce ii opinati sunt innui pu-  
blica armamentaria, aut *jus armorum*  
*fabricandorum,* aut *vestigal ex licentia*  
*arma faciendi,* aut quod ineptius est,  
*vestigal ex armentis &c.* Sed eos illu-  
sit ipsius vocis à Librariis corruptæ  
sonus; neque enim *Armandia,* sed  
*Arimannia,* seu *Herimannia* scriben-  
B dum est, & scriptum olim fuit. *A-*  
*rimannia* verò inter cetera Regalia  
jura connumerabatur, uti etiam li-  
quebit ex ejusdem *Friderici I.* Di-  
plomate, cujus antiquissimum exem-  
plum legi olim Venetiis apud Nobi-  
lem virum *Franciscum Carminaturn*  
Patricium Venetum, ad quem ple-  
raque bona olim spectantia ad Mo-  
nasterium Carcerum, ab *Estensibus*  
C Marchionibus ante complura Saecu-  
la fundatum, translata nostris diebus  
fuerunt una cum *Chartis* ejusdem  
Coenobii.

**Fridericus I. Imperator ad petitionem Marchionum Estensium Mona-  
sterium Sanctæ Mariæ ad Carceres, in territorio Estensi  
positum, sub sua protectione recipit, eique Pri-  
vilegia & bona confirmat, Anno 1177.**

I N nomine Sancte & individue Tri-  
nitatis. *Fridericus* divina favente  
clementia Romanorum Imperator *Augu-*  
*stus.* Si *Christi Ecclesiis* Imperatorie  
defensionis subsidium clementer impendi-  
mus, ad eterne vite meritum & tem-  
poralis gratie augmentum nobis profice-  
re credimus. Noverint ergo omnes Impe-  
rii nostri fideles presentes & futuri,  
quod nos per interventum fidelium no-  
strorum Marchionum de *Esth Alber-*  
*ti, Obizonis, & Bonifacii, & ve-*  
*nerabilis fratris nostri Pistoris Prioris*  
*Sanctæ Mariæ ad Carceres, ipsam scili-*  
*et Ecclesiam Sanctæ Mariæ ad Carceres*


D in nostre tuicionis speciale patrocinium  
suscipimus, & omnia bona & possessio-  
nes, quas eadem Ecclesia nunc habet,  
vel de cetero legitime acquirat, nostrâ  
Imperiali auctoritate ei confirmamus. No-  
minatim verò & expresse bona illa,  
que habet in *Cavallile, in Credaroloni*  
*Porto, in Minervi, in Urbana, in Mel-*  
*ladino, in Palso, in Vigizolo, & in*  
E ejus *Curti, in Este, & Baone, Car-*  
*pi, Montesilice, in Tribano, Cona,*  
*Paltenna, vel ubicumque supradicta Ec-*  
*clesia Sanctæ Mariæ nunc habet, vel*  
acquirere poterit, ei corroboramus, ita  
ut supradicta Ecclesia ea deinceps ha-  
beat



beat ac teneat in omni quiete, & sine aliqua vexatione, in bannis, fodris, Placitis, districtis, Arimanniis, & cum omni honore. Statuimus quoque, ut bona ejusdem Ecclesie, & eorundem bonorum habitatores, & quilibet homines ad eam pertinentes, nec per Civitatem aliquam, nec per Consulatam, nec per ullum Commune, nec per Ducem, nec per Marchionem, Comitem, Vicecomitem, Gastaldionem, Decanum, nec per ullam personam magnam, aut parvam distringantur, nec angariam aut parangariam, seu aliquam functionem exolvere cogantur, nec nomine fodri vel albergarie, aut alio quolibet exactionis modo a quoquam graventur aut molestentur, salvâ in omnibus Imperiali justitia. In qua tamen eis id nostrâ munificentia indulgemus, ut nulli hominum inde respondeant, nisi nobis, aut certo nostro Misso ad hoc specialiter destinato, aut per eum illa nobis represententur. Si quis ergo Dux, aut Marchio, Comes, aut Vicecomes, aut aliqua Civitas, aut ejus Consulatus, aut aliqua persona magna vel parva, no-

A stre Imperiali pagine obviare, aut eam aliquo modo infringere presumpserit, sciat se pro pena compositurum auri optimi Libras quinquaginta, medietatem Fisco Imperiali, & medietatem predictæ Ecclesie Sancte Marie. Quod ut verius credatur, & ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam corroborentes, Siggilli nostri impressione jussimus insigniri, sub testimonio Principum, eorum nomina subter scripta sunt. Ulricus Patriarcha Aquilegiensis, Christianus Montaguntinus Archiepiscopus, Philippus Coloniensis Archiepiscopus, Cunradus Wormatiensis Electus, Worthuinus Protonotarius, Drudo Feltriensis Episcopus, Florentinus Comes Hollandie, Rupertus de Durna, Cunradus Marchio Montisferrati Obizo Marchio de Esteh, Comes Schinella de Tervisto, Henricus Comes de Piano, Ulricus Nepos ejus, Comes Hugitio Vicentinus, Garzapan de Verona, Gabriel filius Wezeli de Camino, Gerardinius de Campo Sancti Petri, Wilelminus Tempesta, Henricus Theutonicus, Cavalcafellâ, & alii quamplures de Castello.

Signum Domni Friderici



Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Gotesfridus Cancellarius vice Philippi Coloniensis Archiepiscopi, & Italicæ Regni Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Septuagesimo, Septimo, Indictione X. Regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore invictissimo, Anno Regni ejus XXVI. Imperii vero XXIV. feliciter, Amen.

Data apud Venecias in Palacio Ducis, sexto Kalendas Septembris.

Jus Placiti, banni, fodri, districtus, atque *Arimanniae* vetantur exercere in bona istius Monasterii Consules Civitatum, Ducēs, Marchiones, &c. Id enim reservatur Imperatori ipsi, ejusque Missis. Olim ex ipsis *Herimannis* Comites exigebant quaedam servitia à Legibus probata. Sed quum coepissent eosdem *Arimannos* in Beneficium tradere *hominibus suis*, hoc est familiaribus ac Ministris suis, licentia haec auctoritate Regum compressa fuit. Apud Labbeum Tom. 9. pag. 506. Concilior. Canone 3. cujusdam Concilii legitur: *Ut nullus Comitum Arimannos in Beneficio suis hominibus tribuat*. Si *Arimanni* antea *Vassalli* fuissent, quei tradi aliis in Beneficium potuissent? Ughellius in Catalogo Episcoporum Veronensium Tom. 5. pag. 785. primae editionis, Acta quaedam refert in controversia vertente inter Norandinum Episcopum, & commune Porti, *super jurisdictione, honore, districtu, & adulterio, quod vulgo Plebania nuncupatur, & Erimaria & fodro Porti*. Causā in arbitros commissā, & pecuniā Episcopo datā, tradidit & concessit Praeful Communi Veronae omne imperium merum & mistum, omnem jurisdictionem, omnem districtum, omnem honorem, omnem Plebaniam, sive adulterium, omnem fodrum, omnes albergarias, omnia amixeta, omnia recepta, omnem *Eremaniam Villae Porti* &c. Saepe nimis deformata veterum monumenta nobis exhibuit bonus Ughellius, cujus alioquin studium, laborem, ac bonam voluntatem laudare non desino. Et lepidum illud in primis, quod ipse in Diplomate Ottonis Magni spectante ad Annum DCCCCLXVII. Tom. 5. pag. 655. primae editionis, exhibet his verbis: *Castellum, quod vocatur Romanianum,*

A cum liberis hominibus, qui vulgo *Herimitani* dicuntur, qui prius ad nostrum restrictum respiciebant, cum omnibus rebus illorum à se pertinentibus, seu cum omni debito, restrictione & notione atque Placitu nostro, & Comitum Sancti Zenonis ad sanctorum prebendam Monachorum donamus. Omnia haec corrupta. Scribe qui vulgo *Herimanni* dicuntur.

B Repone ad nostrum districtum. Lege ad se pertinentibus. Corrige restrictione, functione atque Placito nostro & Comitum, Sancto Zenoni &c. Regrediamur nunc ad Acta praememorata. Illic omnino legendum *Adulterium*, nempe jus puniendi adulteros. Illud enim constat, *Adulterii* cognitionem multis olim in locis spectasse ad forum Episcoporum. Verum ubi decrescere istorum auctoritas & potentia coepit, Seculi Potestates aut per concordiam, aut alia ratione hanc eis praerogativam eripuerunt. Neque id tantum in Italia, sed & in Gallia factum. Adfert Du-Cangius Chartam concordiae inter Fulconem Comitem Andegavensem, & Goffridum Episcopum, Anno MLXXXII. initae, in qua agitur de querela, quam diu contra Comites habuerant Episcopi, videlicet de *Adulteris* & *Usurariis*, quos antiquitus ad solius Episcopi justitiam pertinuisse constabat: sed postea Ministrorum Ecclesiae negligentia & incuria Seculares Judices usurpaverant, non absque Episcoporum contradictione & justa querimonia. Super hac igitur querela talis concordia facta est utriusque consensu, ut Praepositus Comitum, & Archidiaconus Episcopi communiter *Adulteros* & *Usurarios* Laicos dstringant, & totam multam emendationis inter Comitem & Episcopum per medium partiantur. Resumo Ughellii textum, ubi legendum est *Herimannia*, uti & supra pag. 777. imperio, honore, districta

*strictu, Herimannia fodro, non autem & districtu erimanniae. Fortassis etiam vitiatum dicas illud amixeta. Contendit ergo Du-Cangius, nihil aliud vocabulo Arimanniae significari, nisi obligationem Vassallis impositam eundi in exercitum. Mihi videtur, non hoc solum, sed & alia per illud importari, nimirum jus exigendi à Liberis hominibus, praeter militare, alia quoque servitia, ac praecipue hospitium pro Principe, ejusque Ministris. Ughellius prae laudatus Tom. 2. in Catalogo Episcoporum Parmensium producit Chartam Mathildis Comitissae An-*

*A* no MCXIV. scriptam, ubi refertur concordia inita inter ipsam, & Bernardum Episcopum Parmensem. Inter cetera pollicitus est Episcopus, *quod nostris Arimannis de Monticulo nullos alios usus, vel factiones deinceps requisierit, nisi quos ejus Antecessores &c. solummodo in pace, & non in guerra, ex illis habuerant.* Ergo Arimanni tempore etiam pacis ad quaedam obsequia, servitia, & factiones obligabantur. Accipe alteram Chartam ejusdem Comitissae Mathildis, quam mihi suppeditavit insigne Archivum Canonicorum Mutinensium.

Judicatum Mathildae Comitissae pro immunitate hominum Rochae Sanctae Mariae de Castello ab albergariis, aliisque oneribus Ministrorum Comitum, Anno 1108.

**A** No ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo Octavo de Mense Junii, Indictione prima. Dum adesset in Dei nomine Domna Mathilda Dei Gratia Ducatrix & Comitissa, Marchionis Bonifacii filia, in loco, qui dicitur Monte Baranzoni, ibique cum ea Rainerius filius Bulgarelli, Ugo de Maginfredo, Raimundus de Baise, Bernardus Beneventanus, Girardus de Boso, Iginulfus de Gandaceto, Ardicione de Macreta, Ato de Macreta, Ardicione de Bebio, Filii Rogonis de Pellano, scilicet Bellentius & Rogo, & plures alii: in eorum presentia lamentavit Dominus Dodo gratia Dei Motinensi Episcopo de hominibus Curtis Roche Sanctae Mariae de Castello, quod Ministeriales Comitum ospitabantur eos injuste. Suprascripta autem Domna Matilda, cum taliter audivit, fecit venire juratores ipsius Comitatus, scilicet Martinus de Libo, & Carbonzellus, & Fantiluttus: & interrogavit eos. Et ipsi unanimiter responderunt, quod bo-

*C* mines prenominate Curtis Sanctae Mariae, neque de Albergaria, vel de alia factione alicui respondere soliti erant, nisi ad ipsam Rocham. Et si quis illorum aliquid de Arimanniis habent, aut de Arimanniis respondere deberet, secundum quod esset, aut ipsam Arimanniam dimitteret, ut domus suprascriptae Roche non impedirentur. His auditis una cum consilio Sapientium, qui ibi aderant, laudavit suprascripta Domna Matilda, ut ita mansisset, & aliter non impedirentur. Et insuper addidit penam, quod si aliqua persona magna parvaque presumpserit aliter facere sive Comes, sive Gastaldus, seu ulla alia persona, sciat se composituram nomine pene Libras decem denariorum Lucensium, medietatem parti publice, & medietatem predictae partis.

*E* Dominicus sacri Palatii Notarius scripsit ex jussione suprascriptae Domne Comitissae Matilde, & subscribendo complevit.

Viden ut *Ministeriales Comitis* hospitium, sive *albergariam* extorquebant ab hominibus Episcopi. Qui tamen *Arimannias* possidebant, aut eas dimittere, aut hospitium praebere jubentur. Suspiciari haec faciunt, ne dicam satis produnt, *Arimannias* fuisse praedia quaedam Liberis hominibus tradita à Fisco directo domino. At quonam titulo traderentur, hoc est num Feudi, an Usus, id obscurum mihi est. Si enim haec Feuda fuere, cur ipsi nunquam *Vassalli* appellantur, & singulari hoc nomine *Arimanni* dicuntur? Quod etiam animadvertendum, antiquissimum est *Arimannorum* nomen; at vocabuli *Arimanniae* exempla non nisi post Annum à

A Christo nato Millesimum haecenus mihi occurrerunt. Et fortasse inter Comitum jura & istud recensetur: videntur enim Comites ab Arimannis exegisse quosdam, ut appellant, angarias, quibus obnoxii minime fuerunt homines non Arimanni. Proinde quum Henricus inter Reges Quartus Vercellensi Episcopo largitus fuit

B Castella quaedam, seu Vicos, ea concessit *cum omnibus Arimannis*, & quod pertinet ad Comitatum. Accipiat Lector Diploma ipsum, & agnoscat, quot & quanta uno tempore à Regio Fisco Vercellensis Episcopus suae Ecclesiae conquiescit, simulque ex Comitum potestate abstraxerit.

Henrici Regis inter Germaniae Reges Quarti Diploma, per quod Gregorio Vercellensi Episcopo multa largitur Anno 1070.

**I**N nomine Sanctae & individuae summaeque Trinitatis. Henricus Quartus, Dei gratia, Rex. Omnibus Dei, nostrique fidelibus tam futuris, quam presentibus notum esse volumus, quod nos pro patris nostri Domni Henrici Imperatoris animae, nec non & nostrae remedio, interventuque Domni Hermannii Babenbergensis Episcopi nostri dilectissimi, Gregorio Vercellensi Episcopo, nostroque Cancellario carissimo; & Eusebianae Ecclesiae, & omnibus ejus successoribus dedimus Calale cum Arimannia, & cum servitio, quod pertinet ad Comitatum: Odalingo cum omnibus Arimannis, & quod pertinet ad Comitatum: Albalingo cum omnibus Arimannis, & quod pertinet ad Comitatum: Ocelingo cum omnibus Arimannis, & quod pertinet ad Comitatum: Momolerio cum omnibus Arimannis, & quod pertinet ad Comitatum: Sclurinum cum

C omnibus Arimannis, & quod pertinet ad Comitatum: Rodingo cum omnibus Arimannis, & quod pertinet ad Comitatum; & cum eorum finibus & pertinentiis, silvis, aquis, aquarumque decursibus, piscationibus, terris arabilibus, & inarabilibus. Et sub Praecepti nostri traditione in perpetuum contulimus, ea scilicet ratione, ut nullus Archiepiscopus, nullus Episcopus, nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Vicecomes, nullus Miles, nullus Gastaldio, nulla magna parvaque persona praedictum Episcopum, neque ejus successores, neque Sancti Eusebii Ecclesiam, molestare, injuriam inferre, disvestire de omnibus praedictis locis audeat, sicut dictum est, in integrum.

E Quod si aliquis (quod minime credimus) hujus nostri Praecepti paginam temere violaverit, sciat se compositurum centum Libras auri, medietatem nostrae Camerae, & medietatem Episcopo praedicti nostrae

nostro *fideli, aut ejus successoribus. Quod ut verius credatur, cautiusque ab omnibus custodiatur, manu propria corroborantes, Sigillo nostro sigillare infra jussimus.*

*Signum Domni Henrici IV. invictissimi Regis.*

*Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Setuagesimo, Indictione VIII. terziodecimo Calendas Augusti, Anno ordinationis quidem Domni Henrici Quarti Regis XVI. Regni vero ejus XIV.*

*Actum & datum Vecemburgensi Urbe feliciter. Amen.*

Quam verò alicui à Regibus aut Imperatoribus jus quoque in Liberos homines, seu Arimannos concedebatur,

A hi novo Domino praestare servitia & factiones cogebantur, quae antea Imperatori aut ejus Ministris saltem ex consuetudine praestabant. Henricus idem IV. cum opprobrio ex Romana expeditione Veronam reversus, insigni ac vetustissimo Monasterio Veronenſi S. Zenonis Anno MLXXXIV. donabat Liberos homines, quos vulgo Arimannos vocant, habitantes in Castello Sancti Viti, & in ejus territorio, nec non & Herimannos habitantes in Vico Sancti Zenonis, cum omni debito, districtu, actione, atque Placitu. Non incongruum puto adiacere Diploma ipsum, quod ex autographo existente in Archivo ejusdem Monasterii olim describebam.

**Confirmatio omnium bonorum & jurium facta Monasterio  
S. Zenonis Veronenſis ab Henrico Quarto Rege,  
Imperatore Tertio, Anno 1084.**

I N nomine Sancte & individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Imperialem sublimitatem condecet, ut quanto ceteris dignitatibus excelsior colitur, tanto justis petitionibus Deo servientium benignior nec non clementior inveniat. Quapropter notum esse volumus omnibus Sancte Dei Ecclesie, nostrisque fidelibus tam futuris quamque presentibus, qualiter Dominus Sigebodus sancte Veronenſis Ecclesie Episcopus una cum Werinherio Abbate Monasterii Sancti Zenonis Confessoris, nostram clementiam suppliciter exorando adiit, ut ob amorem Dei omnipotentis, beatique Zenonis reverentiam, multum nos deprecans, ut omnes proprietates & possessiones Monasterii predicti &c. eidem Coenobio corroboravemus. Nos verò justis eorum petitionibus consentientes pro remedio anime nostrae, & ob interventum

C dilectissime Conjugis nostrae Berte, atque ob interventum karissimi filii nostri Chuonradi, predicto Monasterio concedendo confirmamus &c. Id est in Judicaria Gardense Castellum, quod nominatur Pasturingo, quod Monasterio Sancti Zenonis bone memorie Arduinus Comes & filius ejus Eriprandus pro remedio animarum suarum per Carta offerſionis contulerunt &c. Nec non & Castellum, quod vocatur Insula Nonense, quod ad ipsum Monasterium per offerſionem, donationem, atque comparationem devenit, cum omni redditu & districtu, vel fodrum, quod nunc habere videtur. Donamus insuper atque concedimus eidem Monasterio Sancti Zenonis Liberos homines, quos vulgo Arimannos vocant, habitantes in Castello Sancti Viti, & in ejus territorio: nec non & Herimannos habitantes in Vico Sancti Zenonis ab Ecclesia Sancti Marti-

Martini in Aquario usque ad Clivum, cum omni debito, districtu, actione, atque Placitu. Seu quicquid a bone memorie O-berto, atque Adalberio Veronensium Episcopis concessum fuit: idest furtum, adulterium, atque ripaticum a presata Ecclesia usque ad Clivum. Nec non & cum omnibus rebus ad presatum Monasterium pertinentibus, cum Ecclesiis, & Castellis, Vicis, colonis, mancipiis, commendaticis, fabriciis &c. Quapropter jubemus

A | atque decernimus, ut quantumcumque memorata Ecclesia Sancti Zenonis &c. iuste & legaliter habere dignoscitur &c. securiter teneat &c. Nullum censum, neque Thelonaticum, vel de silvis capulum persolvere cogatur. Nullus infra eorum Villas aut Castella ingredi, Placitum tenere, aut eorum Liberos, sive famulos distringere vel pignorare, neque hospitari, seu aliquam functionem aut exactiorem exigere audeat. Siquis vero &c.

Signum Domni Heinrici



Tercii Romanorum Imperatoris Augusti.



Burchardus Cancellarius vice Sigewini Archicancellarii recognovi.

Data XV. Kalendas Julii, Anno Dominicae Incarnationis MLXXXIV. Indictione VI. Anno autem Domni Heinrici Tercii Romanorum Imperatoris, Regni XXIX. Imperii vero I.

Actum Veronae in Christi nomine. Amen.

Locus Sigilli cerei † exstantis cum Imperatore sedente, & manu dextra globum, sinistra hastam tenente, cum Epigraphe HEINRICUS DNI GRATIA TERCIVS... TOR AUG.

Accedat longe etiam vetustior testis, nempe Diploma, quod archetypum in eadem Veronensi Urbe sub oculis habui, adservatum in Archivio, ejusdem Monasterii Sancti Zenonis. Ibi intuebere concessam & confirmatam ab Imperatoribus praelaudato Coenobio Corricellam in Lacese

C | cum omnibus pertinentiis suis, & reditu Liberorum hominum. Ibi quoque ad Annum DCCCCI. floruisse perspicias Vitalem Episcopum Vicentinae Ecclesiae, adjungendum catalogo Antistitum illius Urbis, quum ipsum Ughellius in Italiae sacrae Tom. V. ignorarit.


Beren-

Berengarius I. Rex Monasterio Sancti Zenonis Veronensis  
quaedam bona confirmat, Anno 901.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi Dei aeterni. Berengarius divina favente clementia Rex. Quia antecessorum Imperatorum scilicet atque Regum morem fuisse comperimus, Ecclesiarum res sua protectione tueri atque augere; idcirco notum sit omnibus fidelibus Sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque praesentibus scilicet ac futuris, qualiter Vitalis venerabilis Episcopus sanctae Vicentinae Ecclesiae, dilectus Consiliarius noster, nostram adiens clementiam petiit, quatenus pro amore Dei, Sanctique Confessoris atque Pontificis Zenonis res quaedam & censum jam ante ab antecessore nostro divinae memoriae Karolo Imperatore & consobrino nostro, sancto & venerabili Coenobio ejusdem Sancti Zenonis concessas, nostro iterum confirmavimus Praecepto. Nos itaque justam & ratam ipsius postulationem perspicientes, & jam sati Sancti Martiris & Confessoris atque Pontificis Zenonis nos precibus & intercessione juvari atque tueri confidentes, hoc nostrae auctoritatis Praecepto res easdem, idest Corticellam in Lacese, cum omnibus pertinentiis suis, & reditu Liberorum hominum; seu & res eidem jam dicto Monasterio Sancti Zenonis ab Anselmo Comite quondam delatas, idest Orreum in Civitate Verona cum arvis in

**A** circuitu, & alias res tam in Civitate Verona, quam extra singulis locis: seu & res in Runco à Boniperto quodam Presbitero, saepe nominato Coenobio delegatas: & Hortellum unum infra Civitate Verona à quodam Ingelfredo donatum eidem Sancti Zenonis Monasterio, ad Monachorum inibi Deo famulantium sustentationem, secundum antecessoris nostri Karoli Praeceptum, concedimus ac confirmamus, & in perpetuum stabilitum censemus; ut nullo unquam in tempore Marchio, Comes, aut Gastaldus, vel quilibet rei publicae Minister seu-Exactor, de his omnibus suprataxatis in aliquo se intrromittere habeat facultatem. Ob hoc videlicet, ut non solum isti, qui modo ibi sunt & praesentialiter degunt, verum etiam qui postea ad ipsum confluentes locum venturi sunt, libere ac voluntarie pro longevitate atque stabilitate Regni nostri, sempiternoque nostrae animae remedio, seu Conjugis nostrae, omnipotenti Deo preces continue persolvant. Contra quod nostrae donationis seu confirmationis Praeceptum si quis insurgere, aut infringere ex parte vel ex toto voluerit, sciat se compositurum triginta Libras auri obrizi, medietatem Camerae Palatii nostri, & medietatem jam dicto Sancto Coenobio, &c.

Signum Domni



Berengarii gloriosissimi Regis.

Locus † Sigilli cerei exstantis cum busto & capite Berengarii admodum juvenis, & cum sua Epigraphe.

L. l.

Teude.

*Teudebertus Notarius ad vicem Vitalis Episcopi Archicancellarii recognovi & subscripsi.*

*Data X. Kalendas Septembris, Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCCI. Anno verò Domni Berengarii gloriosissimi Regis XIV. Indictione IV.*

*Actum Veronae in Dei nomine feliciter. Amen.*

In Charta etiam Anni MCLXXXVIII. quam proferam in Differtat. XIX. de *Tributis*, Fridericus I. Imperator inter alia Regalia à Crementibus petebat de *terris Militum quartum*, de *ceteris verò tertium*. Neque haec sane postremis temporibus instituta. Carolus M. in Diplomate apud Campium Tom. I. Histor. Eccles. Placent. Juliano ejusdem Urbis Praefuli Anno DCCCVIII. concessit omnem *judiciariam*, vel *omne teloneum de Curte Gustano*, tam de *Arimannis*, quam & de aliis *Liberis hominibus per memoratas fines*, omnia, quae à *Publico* (idest à *Regio Fisco* antea) exigebantur. Denique ad intelligendum, quid *Arimannia* significarit, ufui esse posse videtur Charta itidem Veronensis ab eodem Ughellio producta Tom. V. pag. 742. in Theobaldi Episcopi Veronensis vita, de quo haec scripta sunt circiter Annum MCLIV. *Duos item rusticos Arimannos de Monte Auro pro accepta pecunia alienavit: triginta item & septem rusticos de Roveclara: unum etiam de porto. Alii omnes pro accepta pecunia, nec vadimonium de bando, nec fodrum, nec albergarias, nec collectam Episcopatus debent amplius facere. Quibus ex verbis elucere videtur, fuisse Arimannos, qui ruri, hoc est in Pagis atque Castellis habitarent, dum Liberi essent homines; eosque fuisse obstrictos ad fodrum, albergariam, aliaque servitia praestanda Comiti, vel Domino. Fue-*

**A** runt autem & Liberi homines pauperes, quos nulla foedaverat servitutis nota. Patres Concilii Moguntini Anno DCCCXLVII. habiti Tomo 8. Concilior. Labbeanor. *Monemus, a-junt, Regiam pietatem de oppressione Liberorum pauperum, ut à potentioribus per aliquod malum ingenium non opprimantur, vel cogantur, ut res suas vendant sive tradant &c. & ut saepius non fiant manni* (idest viritim vocati) *ad Placita, nisi sicut in dominico Capitulari. Supra ex Charta Archivi Eltenfis didicimus, Arimannos coactos fuisse venire ad Placitum. Ergo & hinc intelligimus, Arimannos & Liberos idem fuisse. Interea Du-Cangius sententiam Goldasti probat, scribentis, eos Herimannos appellatos, qui forent homines militares, & beneficia ac praedia ab Imperatore concessa possiderent, videlicet Vassalli minores. Vel certe, subdit ipse Du-Cangius, Arimanni, seu Herimanni fuere ipsarum Villarum incolae prorsus diversi à Servis. Sunt heic aliqua veri similia, sed minime certa. Quod ad Villarum incolas duntaxat Herimannorum ordo refertur, incertissimum, ne dicam falsum arbitror ego. Post multa vero, quae haecenus differui, nemo subscribat Hugoni Grotio, dum originem vocis Arimannus vestigat. Nam postquam ex Her-man eam deduxit, subdit: Arimannus miles gregalis, qui publicum munus non habet. Postea pro paupe sumta vox. Hinc jus Armandiae in Feudis.*



*Feudis*. Erant inter Arimannos tum pauperes, tum divites: erant & publici & gregarii milites. Ceterum non tam morosus sum, ut praefracste repugnare velim opinantibus, *Liberum* quemque hominem appellatum fuisse *Arimannum* sive *Herimannum*, hoc est *militarem virum*: eâ nimirum de causa, quod cuicumque *Liberi* homini non solum licebat, sed necesse erat arma induere, prout occasio ferebat, ac militare pro tutela patriae; nam *Servis* & *Aldionibus* id minime fas fuit. In *Lege* 35. *Caroli M.* inter *Langobardicas*: *Quicumque Liber homo in hostem bannitus fuerit &c.* hoc est ad expeditionem bellicam accitus. Item in *Lege* 80. ejusdem *Augusti*: *Si quis Liber homo, ceteris in exercitu pergentibus, domi residere praesumpserit &c.* Quum verò *Lotharius I.* Imperator in *Lege* 56. ait: *Postquam Comes & Pagenses de qualibet expeditione hostili reversus fuerit, hinc fortasse quisquam opinetur, tantummodo Villavum incolas, uti nuper Du-Cangius suspicabatur, rei militari operam navasse. sed Pagenses olim appellati, qui de uno comitatu & regione erant; ac proinde ex Pago efformatum est Pays seu País Gallicum, & Italicum Paese.* Occurrunt etiam apud antiquos *Pagenses Civitatis*, uti jampridem à *Josepho Scaligero*, *Bignonio*, ac aliis adornatum est. Quibus adde *Legem* 14. *Ludovici Pii*, ubi *adhibeat*

A *sibi de suis Pagensibus testes idoneos.* Quare nihil haec nos remorari debent, quin statuamus, unicuique *Liberi* homini munus militiae proprium, immo debitum olim fuisse. Et ne ipsi quidem ab hujusmodi onere immunes erant, quibus fortuna exiguum censum dederat. Nam quivis, dum tantum mobilium rerum possideret, ut infringendo leges multae solvendae satis esset, procedere ad exercitum cogebatur. Id constat ex *Constitutione promotionis exercitus*, sive ex decreto *Ludovici II. Augusti* *Tomo II. pag. 264. Rer. Italicar. Pauperes tantum personae ad custodiam patriae interdum dimittebantur.* En ergo fortasse causam, quare *Liberi* homines appellari olim potuerint *Arimanni*, hoc est homines militares; ob quam etiam praerogativam (aliâ tamen ex parte gravem atque molestant) ab ignobili *Servorum* conditione distinguebantur. Finem his faciam, si prius produxero *Chartas* duas, quas autographas vidi in insigni *Archivo Archiepiscopii Lucensis*, atque in usum omnium describendas duxi. Ibi mentio est *Arimannorum* seu *Herimannorum*: simulque ibi *Priscianum Grammaticum* innumeris plagis foedissime habitum videas. *Prima* completitur *Placitum* in *Lucensi Civitate* habitum coram *Allone Duce*, qui eidem *Urbi* praerat.

B

C

D

Placitum Lucense, in quo Johannes ejusdem Urbis Episcopus eripit e manibus Agiprandi Clerici improbi Ecclesiam Sancti Petri, Anno 785.

I *N Dei nomine. Regnante Domno Carulo Rex Francorum & Langubardorum, quo coepit Langubardiam, & filio ejusdem Pippino Rege, Anno Regni*

E *eorum Duodecimo, & Quinto, Mense Augusto, Indictione Octava. Dum in Jesu Christi nomine reseantem Allonem Ducem una cum venerabilis Joannes San-*

De Lucane Ecclesie Episcopus & Sacerdotes, vel Haremannos, idest Tusso Presbiter, Alio Presbiter, Gumpert Presbiter, Rachiprandus Presbiter, Alpert Presbiter, Deusdedi Arcidiaconus, Jacobus Diaconus, Austrifonsus Diaconus, Gausprandus, Cunimund, Anspirand, Teusprand, Domnuccio, & Alp . . . . . plus, venit ante nos Alprandus, contra quam ipsi Johannes Episcopus cum Fratello Advocato suo causa Ecclesia Sancti Martini domo Episcopati sui peragebant. Dicebat ipsi Johannes cum Fratellu Advocato suo. „ Domne, au-  
 „ dire nos digneris, quia iste Agi-  
 „ prandi filio istius Alprandi ab an-  
 „ tecessore meus Peredeus Episcopus  
 „ fuit ordinatus in Ecclesia nostra  
 „ Sancti Petri, & in omnia res ei-  
 „ dem Ecclesie pertinentes. Et mo-  
 „ do iste Agiprandus Clericus, ini-  
 „ micus tuadentes, rempertus est in  
 „ adulterium, & in aliam malitiam.  
 „ Unde secundum Deum, & sancte  
 „ Canonis Ecclesie res ipsa abere non  
 „ debet. Respondebat ipsi Alprand pro  
 „ se & ipso jam dicto filio suo: Nul-  
 „ la nobis interpedit, quod dicis,  
 „ quod ipsi filio meo pro sua culpa  
 „ Ecclesie, & res ipsa perdere de-  
 „ beret, quia non abemus Ecclesie,  
 „ & res ipsa per ordinationem Peredei  
 „ Episcopi antecessori tuo, sicut vos  
 „ dicitis; sed Perhetu . . . . . Dam-  
 „ miani Presbiteri focero meo, avo-  
 „ ne istius Agiprandi Clerico filio  
 „ meo; & numquam ipse Ecclesie  
 „ Sancti Petri, vel res ibidem per-  
 „ tinentes pertenuit Ecclesia Sancti  
 „ Martini domo Episcopali tuo, sed  
 „ ipsius Dammiani Presbiteri, & de  
 „ ejus parenti pertenuit. In cujus  
 „ hereditatem nus existere devemus,  
 „ pro eo quod filia ipsius Dammiani  
 „ mihi in conjugio sociata abeo, un-  
 „ de iste Agiprand filio meo natus

A „ est. Respondebat Johannes Episcopus  
 „ cum Fratellu Advocato suo: Veritas  
 „ non est, quod ipse Bassilica Sancti  
 „ Petri, vel res ibidem pertinentes,  
 „ vel quanta ipsi Dammianus Pre-  
 „ sbitero ad manus sua abuet, aut  
 „ possidet, ipsius Dammiani, vel de  
 „ ejus parenti fuisset aut pertinuis-  
 „ sem; quia ipsi Dammianus Presbi-  
 „ tero in ipsa Bassilica nostra Sancti  
 „ Petri resside, & ad Episcopi illi,  
 „ qui fuerunt antecessori mei, ipse  
 „ Dammianus Presbiter omnes vo-  
 „ luntatem faciebat, quam ei exin-  
 „ de imperaverat. Et per sigulos an-  
 „ nus Gustare eorum dava in ipsa  
 „ Casa Bassilica Sancti Petri, ubi  
 „ ipse Dammianus resedebat; sicut  
 „ & alias res suas Bassilicas nostras,  
 „ qui Ecclesia Sancti Martini domo  
 „ Episcopali pro pertententia sua fa-  
 „ cere consuete sunt. Respondebat ipse  
 „ Alprandus: Veritas non est, quod  
 „ ipse Bassilica Sancti Petri, vel res  
 „ ad eum pertinentes, vel quantum  
 „ ipse Dammianus Presbiter focero  
 „ meo ad manus suas abuet vel pos-  
 „ siddet, aliquando Ecclesia Sancti  
 „ Martini domo Episcopali tuo per-  
 „ tinuisset, sed ipsius Dammiani  
 „ Presbiteri focero meo, & de ejus  
 „ parenti fuit ipse Bassilica Sancti  
 „ Petri cum omnia res, quantum  
 „ ipsi Dammianus ad manus sua a-  
 „ buet, & ipso Gustaren per singu-  
 „ los annos, unde vos dicitis, sua  
 „ voluntate dava: nam pro nulla  
 „ pertinentia, & taliter consignare  
 „ poteo.

Et dum ipse Alprandus talis faceret  
 proclamationem, judicavimus, & wai-  
 dam dare fecimus ipso Alprand jam di-  
 cti Fratelli Advocato Johanni Episcopi,  
 ut sicut dicebat, per idoneos & creden-  
 dos homines, si poteret, eorum consignare,  
 qualiter ipse Bassilica Sancti Petri,  
 vel

vel res que ipse Dammiianus Presbiter possidet, ipsius Dammiiani Presbiteri, vel de ejus parenti fuisset, que Ecclesia Sancti Martini domo Episcopali non pertinuisse: & fidjssurem ei posuet Ansprand. Et dum utraque partes in constituto reversi fuerunt, ubi nobiscum aderant Sacerdotes & Loci Servatores, seu Haremännos, idest Jacobus Diaconus, Rachiprandus Presbitero, Rachisfrid Presbiter, & Gausprandus Loc... Cunimundu, Bellerifunfu, Teuprand, Gbispert, Domnuccio, Filuwartus, Vadi- lo, Lopo, Ferduald. Tunc dixit ipse Johannes Episcopus cum Fratello Advocato suo: Fac nobis ipsa consignationem, sicut nobis wadium dedisti. Sed ipse Alprand presenti ante nos eorum renuntiavit; „ veritas quia ipse Bas- „ filica Sancti Petri Ecclesie Sancti „ Martini domo Episcopali tuo per- „ tenet, & Agiprand Clerico filio „ meo inibi per livellum ab Peredeo „ Episcopo antecessore tuo ordinatum „ fuet, & vobis ipsa Bassilica Sancti „ Petri non contramus: nam Casa „ ipsa, ubi Dammiianus Presbiter „ focero meo havitavit, & omnes „ res illa, quas ad sua manus a- „ buet, Bassilica Sancti Petri nulla „ pertenuit, sed de jura parentum „ ipsius Dammiiani focero meo fuit; „ ubi nos..... heredibus exire „ redevemus. Respondebant ipse Jo- hanne Episcopus cum Fratello Advocato suo: „ Veritas non est, quod „ Casa, ubi Dammiianus Presbitero „ havitavit, vel res, que ad manu „ sua abuet, de ejus parenti fuisset, „ sed omnia de Bassilica Sancti Pe- „ tri, ubi ipse Dammiianus Presbi- „ tero custodem ordinatus fuet, per- „ tenuet. Et dum inter eos talis ver- tivetur intentio, justum nobis paruit esse ana cum suprascriptos Sacerdotes & Haremännos ita judicavimus, ut ipse

A Bassilica Sancti Petri cum omnia res ad eam pertinentes esse in potestate predicti Johanni Episcopi ad partem Ecclesie Sancti Martini domo Episcopali ejus, & de casa, & res ipsa, unde Alprand dicebat, quod de parenti Dammiiani Presbiteri fuisset, nam non de Bassilica Sancti Petri judicavimus. Et ipse Alprandus waida dare fecimus jam di- B cti Fratelli Advocato ipsius Episcopi ad parte Ecclesie Sancti Martini, & unde poteret per Cartulam, aut per te- stimonia consignaret, quod ipsius Dammiiani Presbiteri, vel de ejus parenti fuisset, que Bassilica Sancti Petri non pertinuisse, haberet in suo dominio; & unde taliter consignare non poteret, relaxare eas ad pars Bassilice Sancti C Petri. Et dum inter eos taliter judicaf- semus, dicebant Johanne Episcopus cum Fratello Advocato suo: Domne, fa- cias nobis iste Alprand justitia de auro & argento, que in Bassilica Sancti Petri offertum fuet, & de moniminas, que ibidem pertenuerunt, que Agiprand Clericus filio eius ex- inde tullet: Tunc fecimus dare waida ipso Alprand predicti Fratelli Advoca- D to sepesati Johanni Episcopi, ut quecum- que exinde Agiprand Clericus filio ejus tullet auro vel argento, aut monimi- nas, qui in ipsa Bassilica Sancti Petri pertenuerunt, omnia ei redderet, & su- per diceret jura, quod ei per Evange- lia quodquod plus exinde non tulisset nec haberet, quem ei reddere deberet, & E toto posuet fidjssures, & de suprascri- pte alie wadie jam dicto Ansprand po- suet fidjssurem. Et senita est inter eos causacio. Unde hanc notitia judicationis tibi, qui supra Johannes Episcopus ad parte Ecclesie Sancti Martini domo E- piscopali tuo Ratsonsum scribere commo- nuit, ut moderni & futuri temporibus in eadem permaneat deliverationem. Actum Luca.

Signum

*Signum manus Alloni gloriosi Ducis, qui hanc notitiam iudicati fieri elegit.*

*Ego Suprascripto Gausprandu interfui.*

*Ego Jacobus Diaconus interfui.*

*Ego Ostrifusus Diaconus interfui.*

*Ego Rachiprandus Presbiter interfui.*

*Ego Rachifridus Presbiter interfui.*

*Ego Alpertus Presbiter interfui.*

In Charta ista occurrit *Gustave*, seu *Gustaven dava*. Sentis heic Italicam Linguam, nempe *Dava* pro *Dabat*. At quid illud *Gustare*? *Ducangius* in Glossario vocem istam ignoravit. Opinor ego, Ientaculum (nunc *Colezione* sive *Colazione*) per eam designari. Vide infra Dissertationem XXXVI. de *Emphyteuf*. ubi de voce egi. Vidimus in Charta nuper edita, quomodo *Arimanni* ad publica iudicia advocarentur, & veluti Iudices ibi considerent. *Boni homines* in Placitis publicis saepe resedisse comperiuntur. Num ab iis diversi *Arimanni*? In Lege 49. Caroli M. sancitum est, ut nullus alius de Li-

A *beris hominibus ad Placitum, vel Malum venire cogatur, exceptis Scabinis & Vassis Comitum.* Quae postrema verba suspicionem mihi ingerunt, *Herimannos* in Charta producta appellari eos tantum, qui *Vassalli* forent. Verum me à conquirendo in huiusmodi sententia absterret, quod supra multis exemplis evici, nempe latius excurrisse significationem huius vocis. Idem *Carolus M.* in Lege 69. *Ingenuos homines* tribus saltem *Placitis, quae instituta sunt,* interesse voluit. Hinc tamèn certo deprehendimus, quadam Nobilitatis specie distinctos fuisse *Ingenuos*, sive *Liberos*, & *Arimannos* homines, ita ut nulla publica haberentur iudicia, quibus non affideret id hominum genus, quasi eorum praesentia non tantum ad splendorem loci, quantum ad continendos in officio Iudices, & arcendas malas artes, exigeretur. Accedat & altera Charta ex autographo *Lucensi* itidem descripta.

B

C

Litterae, sive Bulla Petri Lucensis Episcopi, per quam Andripertum Presbyterum constituit Rectorem Ecclesiae Sancti Donati, accedente consensu Sacerdotum, & Arimannorum, Anno 819.

I *N nomine Sancte Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Breve ordinationis facio ego Petrus gratia Dei Episcopus, qualiter una cum consensu Sacerdotum, & Aremannos hujus Lucane Civitatis, quorum nomina subter leguntur, ordinare viaeor te Andripertum Presbyterum filio Pauli in nostra Ecclesia Sedalem Sancti Donati, sita prope murum hujus Lucane Civitatis; in eo vero tenore, ut in tua sit potestate ipsa Dei Ecclesia, una cum casis, & omnibus rebus ad eam perti-*

D *nentibus abendum, resedendum, gubernandum, usufruandum, & officium Dei die nocteque recto moderamine faciendo, & nobis obediendum, sicut nostra sancta Lex continet: & unum prandium nobis & Sacerdotibus nostris singulis annis die Martis de alba semper preparare & dare debeas in Festivitate ipsius Ecclesiae, portionem exinde de oblatiis, & candelis tollendum ipse, sicut jam olim consuetas fuit; & semper nobis & sancte Ecclesiae nostrae obedire, & servitium adimplere debeas, sicut consue-*

E

consuetudo fuit; & qualiter ut supra te in eadem Ecclesia firmavimus stavili ordine permanere firmiter. Hec ordinatio facta est in Anno Domini nostri Hludowici clementissimi Imperatoris Sexto, sub die IV. Kalendas Julias, Indictione XII. Et Gundepandum Notarium scribere commonuimus.

*Actum Luca.*

Ego Petrus Episcopus in ac ordinatione à me facta manu mea subscripsi.

Ego Gunfridi Clericus ibi fui.

Ego Cristianus Presbiter ibi fui.

Ego Gumperto consensi & subscripsi.

Ego Teuderadus Presbiter consensi & subscripsi.

Ego Uppertus ibi fui.

Ego Ghiselpertus Diaconus ibi fui.

Viden, quanta Arimannorum dignitas foret, quando eorum consensus, non minus quàm Sacerdotum, exposcebatur ad electionem Pastorum, quibus regendae committebantur Ecclesiae Sedales, hoc est Parochiales, sive Baptismales? Sed quid sunt heic Arimanni? Num Nobiles populares? Num Vassalli ejusdem Episcopi? In aliis ejusmodi Bullis Lucensium Episcoporum animadverti accedere ad electionem Pastorum consensu suo Sacerdotes & filius ipsius Ecclesiae: quo nomine dubius sum, num Clerici minores, an Arimanni iidem designentur. Johannes Georgius Eccardus Formulas quasdam antiquissimas subjunxit Legibus Salicis & Ripuariis à se recufis. Inter eas Sexta ad Ludovicum Germaniae Regem Ludovici Pii filium pertinet. Ibi facultatem eligendi Episcopi Clero & Populo largitur, statuens, ut electus per consensum sacrorum ordinum, & natu majorum Nobilium Laicorum, ad nostrae Serenitatis deducatur aspectum &c. Qui Nobiles Laici majores natu heic memorantur, si singula recte conferas,

A iidem ipsi fuisse videntur, qui Arimanni in Chartis Lucensibus dicuntur. Quod ubi statuas, elucescet, in Nobilium ordine locum etiam fuisse Arimannis. Hos aetas subsequuta Milites appellavit: quae vox virum Nobilem saepe significat in veterum monumentis. Quae quidem quum recogito, nequeo quin reminiscar acta veterum Episcoporum Mutinensium, qui Monasterio Benedictinorum Sancti Petri in hac Civitate constructo multa elargiti sunt, uti suo loco videbimus; ac prae ceteris Johannes Episcopus Anno DCCCCXCVI. Se autem donare ii profitebantur cum consensu & noticia omnium Sanctae Mutinensis Ecclesiae Canonorum, ejusdemque Civitatis Militum ac Populorum. Quod Lucensis Episcopus cum consensu Sacerdotum & Arimannorum perfecit, Mutinensis cum consensu Canonorum, Militum, & Populi peregit. Confluunt ista ad suadendum; non alios olim Arimanni appellatione donatos, quam qui Milites sequentibus Seculis frequentius appellati, Nobilium genus constituerunt à Plebe distinctum. Verùm heic me tenebris adhuc circumseptum fateri non pudet. Concilium Ticinense Anno DCCCCLV. celebratum, ut est in Labbeanæ Collectionis Tomo 8. pag. 147. ita de Parochorum institutione fancivit: Primum ipse loci Presbyteri vel ceteri Clerici, idoneum sibi Rectorem eligant: deinde Populi, qui ad eandem Plebem (hoc est Ecclesiam Baptistalem, unde Italicum Pieve) sequatur assensus. Quibus peractis eum Episcopus Pastorem instituebat. Ergo non Optimum tantummodo, sed Populi totius ad Ecclesiam illam spectantis, idest omnium Liberos hominum, exigebatur consensus, quoties ordinandus erat Parochus. Atque adeo

en caussa, quare *consensum Ariman-*  
*orum* in Charta Lucensi memora-  
 tum, minime accipere audeam de  
*Nobilibus* dumtaxat. Quamobrem lu-  
 bet continere iudicium, & congeffis-  
 se quae potui de Liberis hominibus  
 atque Arimannis. An isti Vassallo-  
 rum; sive Optimatum, sive Nobi-  
 lium hominum coetum olim consti-  
 tuerint, nec ne, aliis fidentius de-

A cernendum relinquo. Fidentissime qui-  
 dem pronuntio, non fuisse *Ariman-*  
*nos Servorum genus, sed pluris quàm*  
*ceterae Servorum species aestimatum, im-*  
*mo supra vulgarem conditionem servi-*  
*lem.* quae sententia fuit Illustrissimi  
 & Clarissimi Fontaninii in Opuscu-  
 lo de Masnadis pag. 46. explodenda  
 sane ex iis, quae hactenus attuli.

DE SERVIS

A C

HOMINIBUS

DE MASNADA.

DISSERTATIO

QUARTADECIMA.

THE SERRAVALLO

WOLFFENBUTEL

D. F. M. A. S. N. A. D. V.

BRITISH

1875



# DISSERTATIO

## QUARTA DECIMA.



A etiam de causâ quod nostris temporibus *Servorum* usus, adeo Romanis, Langobardis, Francis, & Germanis in Italia imperantibus, familiaris, paene ex universa Europa sublatus sit, ejusque vix aliquod vestigium in maritimis Urbibus supersit, amatori antiquae eruditionis rem gratam praestitutum me spero, si aliquantulum heic insistam, & quid & quale hoc hominum genus foret, quantâ potero brevitate, edifferam, quod est ad tempora barbaricae dominationis: nam pro Romanorum temporibus Pignori ac alii praesto erunt discere cupienti. Jam dixi, universitatem Populi divisam olim fuisse in *Liberos* & *Servos*. Et horum quoque immanis fuit numerus non solum apud Romanos, Graecos, aliosque Orientales Populos, sed & apud Langobardos & Francos. Alii ex iis exteri atque in bello capti, Servitutem

A servire à victore Populo cogebantur; aliis indigenis ob crimina patrata, aut etiam ob aes alienum, Servitutis jugum imponebatur; alii denique non inviti Libertatem suam alicui domino divendebant. Verùm mos ille Libertatem amittendi ob aes alienum (hujusmodi autem Servi *addicti* appellabantur) a Diocletiano & Maximiano Augustis abrogatus est, ut patet ex l. *ob aes alienum* Codic. Justinian. *Ut actiones*. Attamen rursus obtinuit sub Langobardis & Francis; nam inter formulas veteres à me editas ad Legem I. Lotharii I. Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. haec habentur: *cum Martino meo servo, qui mihi fuit traditus per crimen, vel per debitum*. Ita quoque in Lege 87. ejusdem Lotharii, *liberi homines propter aliquod crimen aut debitum, in servitio alterius se subdere dicuntur*. Et quod est ad crimina, testem habeo Chartam autographam ex Tabulario Monasterii Cavensis mihi suppeditatam, ex qua constabit, in Servorum sortem dejectos, qui crimen aliquod grave perpetrassent.

Guaimarius I. Princeps Salernitanus Ecclesiae Sancti Maximi  
à Guaiferio Principe parente suo aedificatae  
dono dat multa. Anno 889.

**I**N nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi. Declaro ego Guaimarius Princeps & Imperialis Patrius, quia concessum est mihi a sanctissimis & piissimis Imperatoribus Leone & Alexandro, per verbum & firmissimum Preceptum bullâ aureâ sigillatum, integram sortem Beneventane Provinciae, sicut divisum est inter Sichenolphum & Adelchisum Principem, ut liceret me exinde facere omnia, que voluero, sicut antecessores mei omnes Principes fecerunt. Proinde concessimus in Ecclesia beatissimi Maximi, pro nostre salute anime, quam Dominus Guaiferius Princeps pater meus a novo fundamine construxit intus hanc nostram Civitatem Salernitanam, hunc Servum sacri nostri Palatii, Lupus filius Ragimperti cum uxore sua, & filiis, filiabus, nigris, ac nepotibus suis cum omnibus rebus substantiae illorum, mobile atque immobile, & cum omnibus illorum pertinentiis; pro quo ipse Lupus cum Saracenis ambulavit & pactuetes fuit, quando ipse storus super hanc predictam Civitatem resedit. Et proinde suprascriptum Lupum concessimus in predicta sancta Ecclesia cum uxore sua & filiis & filiabus, nigris & nepotibus suis, sicut supra dictum est, pro eo quod postquam nobis culpatus fuit, postea autem ipsa ejusdem mulier super anni spatium ipsum Lupum habuit virum, & ipsos filios & filias & nepotes suos postea genuerunt, & iusta Legem ad sacrum nostrum Palatium pervenerunt potestatem cum omnibus rebus substantiis suis mobile atque immobile,

**A** cum omnibus suis pertinentiis in suprascripta Ecclesia concessimus securiter habendum. Et constituimus, ut nullus Basilico, nec Stratigo, nec Protospatarius, aut Candidatus, aut Spatarius, aut Gastaldus, aut Scultais, aut qualisque alius Reipublice Actionarius, vel qualiscumque alius Servus sanctorum Imperatorum, habeat potestatem in illos, vel in eorum rebus qualemcumque anchoriam, vel dationem exigendi; sed ipsa jam dicta sancta Ecclesia omni tempore securiter illos possideat, sicut illorum sanctum verbum continet, quod nobis concesserunt; ut omnes homines nostri liceret suos dominare Servos cum omnibus rebus substantiis suis, vel actionibus, ut omnes residerent subtus ficum suam absque omni contradictione sancti Imperii nostri. Iterum volumus, ut si Reitor suprascripte Ecclesie illos, vel illorum res subtrahere voluerit de potestate jam dicte Ecclesie, revertantur in potestatem de heredibus nostris, sicut per illorum suprascriptas potestates nobis concessum est, & ab illo tempore, quo Lupus ipse pactuetes fuit, & ad potestatem nostri Palatii pervenit, cum omnibus rebus substantia illorum, & usque modo, cum omni illorum pertinentia, sic in integrum in prefata Ecclesia concessimus, sicut supra dictum est, ad securiter habendum. Quod vero Preceptum concessimus ex iussione suprascripte potestatis. Scripsi ego Ursus Notarius.

**E** Alun Salerni de Anno XXIII. & de anno VII. Principatus Domini Guaimarii Principis filii mei, de mense Augusti, secundâ Indictione.

Locus † Sigilli.

Apo-

Apographum Chartae, quale ego accepi, *Annus XXIII.* praeferebat Guaimarii Principis. Verum si recte Camillus Peregrinus rationes subduxit, scribendum erit *Anno XIII.* Nuper vero memorati Imperatores Diocletianus & Maximianus parentibus venundare liberos suos interdixere l. *Liberos* Codic. Justinian. *de patribus, qui filios &c.* Constantinus tamen altera Lege eundem usum restauravit; atque illum postea diu in Italia viguisse ostendit Lex V. Ludovici Pii inter Langobardicas; in qua Princeps humanissimus eam consuetudinem improbat ac tollit, statuens, ut *chartulae obligationis de singulis hominibus factae, qui se, aut uxores eorum aut filios vel filias in servitio tradiderint, ubi inventae fuerint frangantur, & sint liberi, sicut primitus fuerint.* Piissimum Ludovici consilium in altera saltem parte sequutus est, & confirmavit Lotharius I. ejus successor in Lege prima. Ibi *Liber homo se ipsum ad servitium implicare pro aliquibus causis sinitur*, uxor verò illius ac liberi in libertate permanere jubentur. Eadem repetit idem Imperator Lotharius pro uxoris libertate in Lege 87. Nihilo tamen secius causae interdum iustae occurrebant, ob quas liberi a patribus venundabantur, ac praecipue famis tempore. Describit Gaufridus Malaterra Lib. I. Cap. 27. Histor. Normann. teterrimam famem, quae Anno MLVIII. Calabriam afflixit. Tunc parentes suos liberos ex ingenuitate procreatos vili pretio in servitum venundabant. Fuit autem Romanis, aliisque Populis, dum Ethnica superstitione tenerentur, tanta in Servos suos potestas, ut in eos non flagris solum, compedibus, aliisque tormentorum generibus saevire Domino fas esset, sed etiam illis pro

A arbitrio mortem inferre. Nimirum pecudum more habebatur *Servorum* Populus; & quamquam illos pluris quam pecudes aestimarent, quod ex iis plura emolumenta colligerent, aequae tamen atque in bovem & equum, erat Dominis jus vitae & necis in mancipia sua utriusque sexus. Coërcita demum fuit decreto Antonini Pii enormis haec dominorum potestas; nam ut ait Lex prima ff. *de his, qui sui vel alieni juris sunt*, sive Cajus Lib. I. Institut. *hoc tempore nullis hominibus, qui sub Imperio Romano sunt, licet supra modum, & sine causâ legibus cognita in Servos suos saevire.* Nam ex Constitutione Divi Antonini qui sine causâ Servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum Servum occiderit. Atque haec multo aequius nobis laudanda Constantini Magni pietas, qui ubi ad mansuetam Christi Religionem animum addixit, è vestigio tantam immanitatem summovit Lege latâ, quae Lib. IX. Codic. Theodosian. Tit. XII. *de emendatione Servorum* prima est. Is castigationem quidem delinquentium permittit, sed reum homicidii statuit quemlibet Dominum Servo suo mortem voluntate occidendi hominis inferentem. Inter Leges Atheniensium, uti Plutarchus memorat, monuitque Samuel Petitus Lib. 3. Tit. 6. in Comment. ad Leges Atticas, recensetur & ista: *Servis jus esto Dominos iniquos adigere, ut se vendant humanioribus.* Et quamquam ex Legibus quoque Romanis, puta ex l. *Si dominus* ff. *de his qui sui, vel alieni &c.* & ex aliis Legibus in Codice Justiniano relatis, inhumanus Herus Servum vendere cogeretur: attamen constat, longe humaniores in Servos fuisse priscos Graecos, quam Romanos, uti aliis exemplis ac Le-

B

C

D

E

gibus

gibus ostendere promptum foret: quod profectò minuit decus Romanae gentis, dum obliti se homines esse, tantà faevitie in homines sui similes debaccharentur. Quare ludicra potius videatur, fortassis etiam figmentum reputetur Inscriptio, quam Auxure

A in agro detectam refert Johannes Picrius Valerianus in Antiquitatibus Bellunensibus, quamquam Fabretus Cap. 10. num. 238. ex eodem Valeriano ipsam rursus exhibeat, neque de ejus legitima origine se dubitare ostendat.

CAELIUS ASPRENAS COMMODI

CAES. NEGOT.

QVO NEMO MORTEM ALACRIVS ADMISIT

QVOD A SERVORVM SVORVM SERVITVTE

LIBER EVADERET

HOC AVTEM TESTAM. CAVIT

POSTERIS INSCRIBI

BIX. ANN. LVII. M. IX. D. XI.

Romanis in Regni Italici dominatione successere gentes, ab extremo Germaniae Septemtrione profectae. Barbaras easdem nos appellare consuevimus: sed hercle, quod est ad Servos, mitioribus erga eos moribus barbari isti Domini utebantur. *Verberare Servum, ac vinculis & opere coercere, rarum. Occidere solent, non disciplina & severitate, sed impetu & irâ ut inimicum, nisi, quod impune.* Ita jam suo tempore scribebat de *Moribus Germanorum* Tacitus Cap. 25. Quid postea factum putes, ubi Christianâ disciplinâ imbuti, mansuetudinem didicere atque humanitatem, à Christo e jusque Apostolis tantopere depraedicatorum? Et in pluribus quidem Conciliis statutum est, *excommunicationi, vel poenitentiae biennii esse subiciendum, qui Servum proprium sine conscientia Judicis occiderit.* Neque licebat Servum ad Ecclesiam confugiendum statim inde per vim extrahere, uti Liutprandus Lib. 6. Lege 90. edixit: quo casu aut Sacerdotes, aut

B Reipublicae Ministri se interponebant, ut misero veniam ac pacem apud ejus Dominum impetrarent. Si verò *mancipium* à se fugiens Dominus *sequutus invitasset in pace, ut redderetur in gratia, & postea Dominus pro ipsa culpa in eum vindictam dedisset,* viginti Solidis multabatur. Haec Rotheris in Lege 274.

C Ceterum uti Romanorum temporibus, ita & Barbarorum, Servi ac Ancillae non secus ac pecudes venum exponebantur, & in aliorum Dominorum jus transferebantur. Et sicuti qui boves aut equos vendunt, eos non vitiatos emtori praestant, ita de Mancipiis factum. In formulis ejusmodi contractuum, qui chartae commendabantur, non secus atque contractus aedium aut agrorum, afferebat venditor tradi à se illum *Vernam* sive Servum, *non furem, non fugitivum, non cativum* (idest *non epilepticum*) *nec ullum vitium in se habentem, sive mente & corpore sanum.* Lege tamen 16. & 72. Caroli M. inter

inter Langobardicas cautum est, ne *mancipia venderentur, nisi in praesentia Episcopi, vel Comitis, aut Archidiaconi, & Centenarii, aut Vicecomitis &c. aut ante bene nota testimonia.* Cur id factum, si quis sciscitetur, responsum habeat: ne Servi occulte ab exteris emerentur, & extra Regnum ducerentur: quod nefas erat. Praeterea ne quisquam Servum jam alicujus criminis reum vendens, à solvenda pro eo multâ se se eximeret, & novum Dominum merce adeo vitiatâ falleret. Denique, ut dilucide

A constaret, utrum suum, an alienum Mancipium venditor à se dimitteret, & reliqua omnis collusio averteretur. Hujusmodi venditionis exemplum, sed longe ante Caroli M. tempora factae exerere nunc placet. Autographam Chartam in insigni Archivo Monasterii Ambrosiani Mediolanensis servatam prae oculis ego habui, atque descripsi. Eam non oscitanter lege, ut probe teneas, quo in loco ea tempestate foret Latinarum Literarum fortuna, & quanti Mancipia venirent.

Johannaces mundium sive dominium Scholasticae Servae, pecuniâ acceptâ, transfert in Sigheradam & Arichifum germanos, Anno 736.

**I**N Christi nomine. Regnante Domino nostro Liutprand Viro excellentissimo Rege, Anno Regni ejus pietatis Vigintimus Quarto, Kalendas Februario, Indictione Quarta, feliciter. Scripsi ego Lazarus Clericus Basilice Sancti Johannis Piasce hanc cartola de accepto Mundo, rogatus & peditus ad Johannace a. d. filios quondam Laurentio, commanente in Vico Cadelo. Certa sit accepisse se se hodie in presentia eorum..... & accepit ad te Sigherade, & ad Arichifso germanis accepit auri Solidos numero duos & uno semisse, senidum pretio Mundius pro Mancipio nomine Scolastica filia S..... & ipso Mancipio Urho sibi Conjoge. Et repromitto me tibi, qui supra Johannaci, ipsa superscripta Scolastica..... ab omni homine defensare, & de publico, & de omni homine. Et si minime defensare poduerimus aut ego, aut meis heredibus qui supra, ipsa superscripta Scolastica: tunc viso, compono ego Johannaci, aut meis heredibus pro Mundium vel Mancipio, aut estimationem ejus; & cartola de

C accepto Mundo in sua maneat firmitate.....

Facta Cartola in fundo Campiliano, die & mense & Indictione superscripta feliciter.

Signum manus Johannaci, qui hanc Cartola de accepto Mundo fieri rogavit & ei relecta est.

Signum manus Petronis de Brixani a. d.....

Signum manus Dominici de Cadelo a. d. testis.

Ego Lazarus Clericus rogatus ad Johannace scripsi & subscripsi, postradida complevi & dedi.

Notas Chronologicas insalutatas ne dimitte, ut Hildeprandi annos certo discas, illius nempe, quem in confortium Regni Liutprandus suscepit. Hoc factum Pagius in Critica Baroniana auctor est Anno Chr. DCCXXXVI. praeunte sibi Chartâ, quam Florentinius in Vita Comitissae Mathildis indicavit. Et recte quidem. Heic habes alteram Chartam Anno DCCXXXVI. Kalendis Februariis scriptam,

ptam, in qua Liutprandi tantummodo regnantis mentio est. Ergo nondum Hildebrandus Regni confors fuerat renunciatus. Attamen non desunt, quae mihi dubitationem injecerint, an potius Anno DCCXXXV. quam DCCXXXVI. Hildebrandum Populus ad solium evexerit, dum Liutprandum gravis aegritudo paene ad extrema perduxisset. Accipe, quae in hanc rem è ditissimo Archivio Archiepiscopi Lucensis depromsi. Ibi Charta authentica est, cujus lacinias quasdam exhibeo: *In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Regnante Domino nostro Liutprand viro excellentissimo Rege, & à Deo conservato, Anno pietati Regni ejus, Deo propitio, XXV. mense Martio, idem & Domino nostro Helprand, juvante Deo, Rege Anno Secundo, per Indictione Quinta, feliciter. Manifestus sum ego Dominus Walprand Episcopus. Consideravi Dei timore, & remedium anime mee, seculo & Seculi istius seditionem &c. Et ideo ego qui supra Walprand in Dei nomine Episcopus, una cum omnibus Sacerdotibus meis, vel filii Ecclesie bonorum omniorum animo consentiente, do, dono, & trado, cedo, mancipio, & ad perpetuam firmitatem cunfermo in te Filiperto Cl. filio epsejus Barucioni: idest omnem conquisitionem, quod genitur tuo, quas de rebus sancte Ecclesie per anticissoris mei conquisit per qualicet ingenio, & possidet usque in diebus vite sue, qui in hanc Domo sancte Ecclesie, seu ante nos &c. Inter cetera eidem tradit duo modio de terra, quod dedit bone memorie Ursupanci, uno modio ipsius Barucii pro Missa sua, & alio pro sepulcro suo &c. Exarata est Charta haec Anno Christi DCCXXXVII. mense Martio: quare hinc saltem discimus, aut Martio decurrente, aut ante Martium Anni*

A DCCXXXVI. statuendum esse exordium Regni Hildebrandi. Ad haec altera Charta mihi ante oculos observata est, conscripta *Regnante piissimi Domino nostro Liutprand & Hilprand vir excellentissimis Regibus, Anno Regni eorum Vigesimo Sexto, & Tertio, per Indictione Sexta, mense Februario. Habes haec Annum DCCXXXVIII.*

B Quum supra viderimus nullam mentionem fuisse factam Hildebrandi in Charta Ambrosiana, *Februario mense Anni DCCXXXVI. scripta, inde ego deduxi, nondum eo mense ac anno collatum fuisse Regium titulum Hildebrando. At ecce alteram membranam, quae nos certos facit, eodem saltem Februario mense Anni DCCXXXVI. inchoatam fuisse Hildebrandi ipsius Epocham. Accedat tertia Lucensis Archivi pergamena, ex qua haec decerpebam: In Dei nomine: Regnante Domino nostro Liutprand Rege, Anno ejus Vigesimo Septimo, & Domino nostro Hilprand Rege, Anno Quarto, XII. dies intrantes Kalendas Magias, per Indictione septima feliciter.*

C Manifestum est mihi Justu Aurifrice da Porta Sancti Gervasi vindedisse, & vindedit, tradedisse & tradedi ab Urse Abbatisse Ecclesie Sancte Marie vinea mea, quam havire viso sum in loco, urvi vocitatur Casti &c. Et accipi ego Justu Aurifrice da te Urse Ancillae Dei Abbatissa auri Soleas numero sex boni Lucani &c. Signum manibus Justoni Aurifrici vinditoris & repromissuris &c. Ego Petrus scripsi, & in presentia testium sex Soledos dante vidimus, & complevi & dedi. Annum Christi DCCXXXIX. indicant hujusmodi Notae, nobis tantummodo testes, Majo mense Anni DCCXXXVI. in cursu fuisse Annum Primum Hilprandi. At iste Annus Primus antecedenti Anno DCCXXXV. exordium cepisse potuit.

Quam

Quam in rem alias profero Chartas. Unam in eodem Tabulario Lucensi vidi, quae tamen aut non factis accurate à me descripta fuit, aut vitio aliquo laborat, quippe scripta *Regnante Domino nostro Liutprando viro excellentissimo Rege, Anno felicissimi Regni ejus Vicensimo Quinto, & Domino nostro Elprando excellentissimo Rege Anno Secundo, Mense Septembri, Indictione Quarta.* Ita in aduersariis meis me adnotasse video. Si Lucae nova Indictio à Septembri Mense decurrere incipiebat, ut in aliis Chartis Langobardis bene multis factum animadvertere possumus, haberemus Chartam scriptam *Septembri Mense Anni DCCXXXV.* Atqui hoc pugnat cum reliquis monumentis; neque tunc fuisse in cursu potuit *Annus Secundus Hilprandi.* Quare aut alius Lucensi in Urbe fuit Indictionis cursus, aut, quod veri similis puto, pro Indictione *Quarta* scribendum est *Quinta*, ut heic indicetur *Annus Christi DCCXXXVI.* Fortassis etiam initium Regni Liutprandi non ad Annum DCCXII. statuendum est, sed potius ad Annum DCCXI. Utrumque sit, si Charta haec revera spectaret ad Septembrem Anni DCCXXXVI. jam haberemus, Hilprandum ad Regios honores euectum Anno DCCXXXV. aut ante Septembrem, aut decurrente Septembri ipso. Neque oculos meos fugit altera pergamena in insigni Tabulario Ambrosiani Mediolanensis Coenobii adseruata, cujus notas Chronologicas nunc accipe: *Regnante Domino nostro excellentissimo Liutprando Rege Anno Tricesimo, & Domino Ilprando Anno Septimo, sub die VIII. Idus Majas Indictione XIII.* Complectitur haec donationem factam *Sancto & Angelorum meritis coaequando Basilicae Sancti Ambrosii Con-*

Tom. II.

A *essoris Domini nostri Jesu Christi, in qua venerabilis Anemundus Diaconus Custos videtur &c.* Eiusdem quoque meminit Puricellius in Monument. Basilic. Ambrosian. num. 8. qui etiam deprehensam Indictionem vitiatam, subdidit: *Indictiones Longobardi tunc videntur proprio & peculiari instituto computasse.* Sed non erat haec vulneris curandi ratio: nam revera Langobardi à reliquis Italicis in usu Indictionum minime recesserunt; haec autem Indictio nimium discordat ab annis Liutprandi atque Hilprandi; Potius ergo dicendum, à Notario posteriore parum attento male descriptum ex autographo fuisse numerum Indictionis. Anno Christi DCCXLI. decurrebat *Indictio VIII.* Qui exscripsit primas duas literas VI. pro X. accepisse videtur, ac propterea posuisse *Ind. XIII.* Certe *Annus XXIX.* Liutprandi in alia Charta, quam mox adferam, respondet *Anno VI.* Hilprandi, atque Anno Christi DCCXL. Ergo *Annus XXX.* Liutprandi junctus cum *Anno VII.* Hilprandi dicendus est pertinere ad Annum Christi DCCXLI. quo fluebat *Indictio VIII.* Quod si haec vera sunt, alligandum quoque est cum Anno Christi DCCXXXV. exordium Epochae Hilprandi Regis. At haec majorem accipient lucem ex binis aliis Chartis, quae in praeaudatis Lucensis Archiepiscopi Tabulario mihi occurrerunt. Altera scripta est *Anno XXVII. Liutprandi Regis, & IV. Elprandi Regis, Mense Osubrio, per Indictione Septima.* Habes heic Annum Christi DCCXXXVIII. siquidem Septembri Mense initium Indictioni novae factum fuerit in Urbe Lucensi. Rursum altera pergamena illic habetur exarata *Regnante Dominos nostros Liutprando & Helprando viro Rex excellentissimis Regibus,*

Regni eorum Vigesimo Nono & Sexto, Mense Decembrio per Indictione Nona. Spectat haec ad Annum Christi DCCXL. dum Lucae usurpata fuerit Indictio Constantinopolitana à Kalendis Septembris incipiens, aut Constantiniana ab VIII. Kalendas Octobris deducta. Denique tertia pergamenena accedat, scripta Regnante Domino nostro Liutprand, & Helprand Regibus, Anno Regni eorum Trigesimo primo, & Octavo, in Mense Octubrio, Indictione XI. Constat me Mauru Transpadanu habitator in Civitate Pistoriense, generu Felicissimi &c. Est hic Annus DCCXLII. si Indictionem novam ineas à Septembri. Initium verò factum fuisse eodem Septembri Mense Indictioni in ipsa Urbe Lucensi, elicies ex Charta ibi scripta Anno Christi DCCXLVI. quam protuli in Differtat. XXXII. de Origine Linguae Italicae, & ex aliis in hoc ipso Opere memoratis; quibus adjunctam volo pergamenam illic mihi visam, ac signatam Regnante Domino nostro Desiderio Rege, & filio ejus Domino nostro Adelchis, Anno Regni eorum Quartodecimo & Duodecimo, IV. Kalendas Octubris, Indictione Nonâ. Est hic Annus DCCLXX. Exploratum enim habere me puto, Desiderii Epocham & Regnum initium sumsisse Anno Christi DCCLVII. ante diem XXI. Martii Mensis, non autem Anno DCCLVI. ut Pagius censuit. Quid plura? Ex ipsis Chartis hætenus laudatis spectantibus ad

A Annum DCCXXXVIII. & DCCXXXIX. elucet, Indictioni novae locum fuisse factum Septembri Mense. Quare ubi haec statuas, jam fateare necesse est, arcessendam esse ejusdem Hilprandi Epocham ab Anno potius DCCXXXV. quàm à DCCXXXVI. Hisce luminibus saltem utetur, quisquis accuratius quaestionem hanc pertractare velit; neque enim ultra ejusmodi tricis immorari mihi in praesentia vacat.

B Redeo ad Chartam Mediolanensem, in qua quum audis pro accipiendo *Mundio* Scholasticae anrillae Solidos duos aureos & semissem fuisse persolutos, venumdatam hac ratione feminam recogita. Nam accipere *Mundium*, idem hoc in loco sonat, atque accipere jus & potestatem in illam. Quod si commutatio Servorum ineunda erat, eadem ab Ecclesiasticis viris cautiones adhibebantur, quales in commutatione fundorum exigebantur à sacris Canonibus, praevidelicet bonorum hominum examen & aestimatio, ut constaret, ex eo contractu emolumentum majus obventurum Ecclesiae. Supeditavit mihi ditissimum Tabularium praelaudati Archiepiscopii Lucensis Chartam autographam, ubi legitur commutatio Servorum facta ab *Adalongo Episcopo Lucense* (hunc *Ughellius* perperam *Adolengum* appellat) imperante Ottone Magno, quam propterea heic in omnium conspectum expositam volui.



Adalongus Episcopus Lucensis, & Ansualdus Presbyter  
commutationem quorundam Servorum vicissim  
inter se faciunt, Anno 975.

**I**N nomine Sancte & individue Tri-  
nitatis. Otto gratia Dei Imperator  
Augusto, filio bone memorie item Otto-  
ni Imperatoris, Anno Imperii ejus in  
Italia Octavo, V. Idus Octubris, Indi-  
ctione IV. Manifestus sum ego Ansual-  
do Presbitero, filio bone memorie item  
Ansualdi, quia convenit mihi una te-  
cum Adalongus gratia Dei hujus san-  
cte Luchane Ecclesie humilis Episco-  
pus, ut inter nos de aliquantis fami-  
liis commutationem facere deberemus, si-  
cut & factum est. Proinde ego qui su-  
pra Ansualdo Presbitero per hanc Car-  
tulam, commutationem dare & tradere  
videor tibi, qui supra Adalongus Epi-  
scopus a pars Ecclesie domui Episcopatu  
vestro Sancti Martini, idest uno  
Servo, & una Ancilla juris mei,  
nomine earum Leo, que Ghafaldulo  
vocatur, & Cristina, que Domini-  
cha vocatur; jam dicto Servo & pre-  
dicta Ancilla tibi eas & eos in commu-  
tationem dare & tradere videor a pars  
suprascripte Ecclesie domui Episcopatu  
vestro Sancti Martini. Et pro supra-  
scripto Servo & Ancilla, quas tibi in  
commutationem dedi, recepi ad te in  
commutationem de pars suprascripte Ec-  
clesie vestre Sancti Martini, idest uno  
Servo juris pertinentes suprascripte Ec-  
clesie domui Episcopatu vestro Sancti  
Martini, nomine Marcho, que Mar-  
chitto vocatur: jam dicto Servo ad te  
eum in commutationem recepi de pars  
suprascripte Ecclesie domui Episcopatu  
vestro Sancti Martini, ubi & super  
hanc commutationem secundum Legem tu,  
qui supra Adalongus Episcopus direxisti  
Missos tuos, hic sunt nomina eorum,

**A** Gottfredus Subdiaconus & Primicerio,  
seu Andreas Presbitero & Vicedomino,  
adque Teuperto filio Cristine. Qui am-  
bulaverunt & previdere, seu estima-  
verunt, adque renuntiaverunt, qualiter  
meliorata commutationem dedi ad pars  
suprascripte Ecclesie domui Episcopatu  
vestro Sancti Martini, quam recepisset.  
Ut magis omni tempore post hanc com-  
mutatio firmam & stabilem permaneat  
semper: unde repromitto ego, qui supra  
Ansualdo Presbitero, una cum meis be-  
redibus tibi, qui supra Adalongus Epi-  
scopus vel ad posterisque successoribus  
tuis, aut eidem homini, cui vos supra-  
scripto Servo & Ancilla dederitis, vel  
abere decreveritis, ut si nos vobis eas  
& eos aliquando tempore intentionave-  
rimus, aut retolli vel subtrahi quieseri-  
mus, ille homo, cui nos eos dedissemus,  
aut dederimus, per quolibet ingenio;  
& si nos exinde auctores dare volueri-  
tis, & eum vobis ab omni homines de-  
fendere non potuerimus, spondimus nos  
vobis componere suprascripto Servo &  
predicta Ancilla, quas tibi in commu-  
tationem dedi, dupple persone meliorate  
sub estimationem, quales tunc fuerint.  
**D** Sic tamen si vos exinde auctores dare  
nolueritis, licentiam abeatibus absque no-  
stra persona, si vestra fuerit voluntas,  
exinde causas agendi, responsum reden-  
di, sive ponendi, modis omnibus vobis  
eas & eos defensandi cum ista commu-  
tationis Cartula, qualiter justa Legem  
melius potueritis, quia taliter inter nos  
convenit; & duas inter nos commutationis  
Chartula Ghisalprandum Notarium & Ju-  
dex Domini Imperatoris scribere rogavimus.

Actum Luca.

N n 2

Ego

Ego Ansualdo Presbitero in hanc commutationis Cartula a me facta subscripsi.

Ego Gottfredus Subdiaconus & Primicerius, sicut de me supra legitur, missus fui.

Ego Andreas Presbitero & Vicedomino, sicut de me supra legitur, missus fui.

Ego Teuperto, sicut de me supra legitur, missus fui.

Ego Benedicto rogatus ad Ansualdo Presbitero me teste subscripsi.

Ingefredus Judex Domni Imperatoris subscripsi.

Signum manus Teupaldi Judex Domni Imperatoris.

Ego Leo rogatus ad Ansualdo Presbitero me teste subscripsi.

Ghisalprandus Notarius & Judex Domni Imperatoris post tradita complevi & dedi.

Notissimum quoque est, hominibus Servitutis jugo pressis minime interdicitum fuisse conjugia inire cum parvis quidem conditionis feminis. Licuit etiam homini libero ancillam suam ducere uxorem, ut constat ex Lege 223. Rotharis: *tamen debeat*, inquit ille, *eam Liberam thingare* (hoc est libertate prius donare) & *legitimam facere per garinthix*. Tunc intelligatur esse libera & legitima uxor; & filii, qui ex ea nati fuerint, legitimi heredes patri efficiantur. Si quis verò alienam sibi jungere matrimonio ancillam cupiebat, ab ejus Domino emere illam cogebatur, ac deinde Liberam facere, ut ita legitimi filii inde procreati evaderent. Eiusmodi quoque morem Romanis fuisse, complures Leges testantur, quas heic referre superfluum puto. Contra cuiusque Servo periculum capitis constitutum fuit, si Liberam mulierem auderet sibi per matrimonium jungere. Ad haec feminam tale fa-

A cinus adortam, concedebat Langobardorum Lex consanguineis potestatem occidendi, aut foras Provinciam transvendendi; aut ipsis id negligentibus, jus erat Palatio eam sibi vendicare, & habere Ancillam. Ita idem Rotharis in Lege 222. Rigida, ut opinor, alicui, Lex ista videatur. Sed animadvertendum est, Servos, quorum perquam vilis & abjectissima conditio fuit, versatos passim fuisse in aedibus Dominarum, aliarumque mulierum Liberarum, quarum omnium conditio aliqua ex parte nobilis censebatur. Nisi gravis poena, & vehemens Legum terror utrumque sexum coercuisset, fieri facile poterat; ut Servi dementarent Feminas easdem ingenuas infirmioris consilii, atque iis sibi conjugio sociatis, notam dedecoris pergravem atque foedam inurerent nobilibus egregiisque familiis. Nobilitatem quippe Langobardi pluris fortasse, quam nostri temporis homines, faciebant & custodiebant. Itaque obviam, quantum fieri potuit, itum est huiusmodi incommodis atque periculis. Neque tantum Langobardi, sed & aliae gentes, ac praecipue, ut dixi, Romanorum Caesarum Leges severissimis poenis eiusmodi flagitio prospexere. Vide Lib. 4. Tit. 9. Codic. Theodosian. *ad Senatusconsultum Claudianum*, & Lib. 9. Tit. 9. *de Mulieribus* &c. Et ad poenam quod attinet, à Langobardis feminae ita nubenti inrogatam, Paullus Jurisconsultus in Lib. 2. Sent. 21. *Si mulier ingenua*, inquit, *civisque Romana vel Latina, alieno sese Servo junxerit, siquidem invito & denuntiante Domino in eodem contubernio perseveraverit, efficitur Ancilla*. Sed & ante illum Tacitus Lib. 12. *Annal.* paria scripsit. Licere dixi Libero viro Ancillam  
in

in uxorem ducere, dum tamen illam prius Liberam manumittendo efficeret. Addo nunc, ejusmodi nuptias nihilominus meliorum odio laborasse tam apud Romanos, quam apud Barbaros, sollicitos, *ne insignium Familiarum clara Nobilitas indigni consortii foeditate vilesceret*, ut ait Anthemius Augustus in Novella prima. Hoc tamen olim parvi factum videas, quum crebrae existant veterum Romanorum Inscriptiones, in quibus Mulieres Libertae simul & Conjuges Patroni sui dicuntur. Ceterum non semel videas sacris locis donatas à Principibus mulieres Liberas, quae conjugium cum Servis inierant, eâ de causâ in servitutem prolapsae, atque ad jus Principis spectantes. Grimoaldus Princeps Beneventanus, uti scribit Leo Marlicanus Lib. prim. Cap. 18. *praecepto suo firmavit omnes feminas Liberas, quae Servis hujus Monasterii fuerant copulatae &c.* In Diplomate Landulfi & Atenulfi Principum Beneventanorum, Tom. 8. Ital. Sacr. in Episcop. Beneventan. concessas videas Monasterio Beneventano Sancti Salvatoris duas feminas, quae antea Liberae Servos praedicti Monasterii sibi fociaverant viros; ideo *pro merito culparum suarum una cum Servis & cum filiis & filiabus suis legaliter ad nostrum sacrum Palatium devenerunt: & nos ita easdem feminas, & jam nominatos Servos simul cum filiis filiabusque eorum in praefato Monasterio concessimus.* Interdum verò Domini, Caritate Christianâ monente, compulsi, indulgebant, ut filii è Servo & Ingenua conjugatis procreandi, libertate & ingenuitate fruerentur: quam in rem Charta efformabatur, cujus Formulam habes apud Marculfum Lib. 2. Cap. 29. Auctor etiam est Andreas Dandulus

A in Chronico pag. 146. Tomi XII. Rer. Italicar. Carolum Magnum à Patriarcha Hierosolymitano sollicitatum fuisse ad eripiendam Saracenis Civitatem sanctam Hierusalem. *Tunc Rex per edictum proponit, ut omnes, qui possent arma ferre, secum contra Paganos irent: & qui eum non sequeretur, cum quatuor Libris nummorum Servus fieret.* Addit, ingentem conflatum fuisse exercitum, Carolum transfretasse, ac Hierosolymam à servitute fuisse ereptam. Verùm Dandulus, Scriptor alioquin accuratus, magnique faciendus, heic sibi à Romanensibus fabulis, suo quoque tempore circumvolantibus, non satis cavuit. Fabulae ac gerrae sunt expeditio in Orientem Caroli Magni, uti & Servitutis poena transgressoribus indicta.

C Praeterea constat, filios omnes ex conjugii Servorum procreatos, ipsos pariter Libertate caruisse, & non secus ac parentes sui, in jure & ditione Dominorum fuisse. Pecudibus simile hac etiam ex parte fuit infelix illud hominum genus. Vide, quot Servis abundaret olim Farfense Monasterium in Chronico ejusdem Coenobii edito Part. II. Tomi II. Rerum Italicarum, ubi eorum quoque substantiae enumerantur. Habes etiam Catalogum Servorum Monasterii Vulturvensis Part. II. Tomi I. pag. 397. earumdem Italicar. Rerum. Pariterque pag. 396. Placitum Anno DCCCLXXII. celebratum, in quo homines quidam contendentes, se minime Servitutis titulo addictos eidem Monasterio, victi haec fatentur: *Verè de nostra libertate minime probare possumus, quia patres nostri & matres nostrae Servi & Ancillae fuerunt de praefato Monasterio.* Simile Judicatum de aliis Servis, spectans ad Annum

DCCCLIV. exhibet idem Chronicon Vulturnense pag. 398. Saepe verò congingebat, ut Servi jugum detestantes, traherent Dominos ad Judicium conspectum, & Libertatem sibi afferentes, pro ea certarent tanquam pro aris & focis. Unum rei exemplam producere nunc juvat; alia eju-

A smodi infra adtextentur. Accipe ergo Chartam, quam descripsi ex archetypo existente in Archivo nobilis Monasterii Arretini Sanctarum Lucillae & Florae, quod a plurimis Saeculis incolunt Monachi Benedictini.

Placitum in Comitatu Arretino habitum coram Constantino Episcopo illius Civitatis, in quo Johannes filius Rusticelli se Liberum hominem frustra ostendere conatus, Servum tandem se faterur Monasterii Sanctarum Lucillae & Florae, Anno 1080.

**I**N Dei nomine, Amen. Dum infra Castrum Monasterii Sanctarum Virginum Florae & Lucillae, Dominus Constantinus Aritinae Sedis Episcopus adesset, & Guido Abbas ejusdem Monasterii cum Monachis suis, simulque cum eis Ugo Comes & filius quondam Supponis, & Jocundus Praepositus atque Archidiaconus, & Paganus filius quondam Gerardi Primicerii, & Guido & Gerardus filii bonae memoriae Guidonis, & Ubertus filius quondam Johannis Judicis, & alii quamplurimi: Veniens Johannes filius quondam Rusticelli, proferens se Liberum hominem esse, nulloque jugo servitutis innexum; tunc praedictus Guido Abbas attulit testes e contra, videlicet Bonizonem filium quondam Venerandi, & Martinum filium bonae memoriae Fulchonis, & Petrum & Martinum filios quondam Petri; dicentes, se certissime vidisse Patrem & Avum jam dicti Johannis ad famulatum jam dicti Monasterii semper vixisse. Cumque diutius causa agigaretur, & hinc & inde altercatio multa fieret, tandem praefatus Dominus Constantinus Episcopus cum consilio jam dicti Ugonis Comitis & aliorum circum adstantium, dedit ei inducias ac protelationes usque in quintum

**B** diem, ut se se consiliaret, ac Libertatem suam, si quolibet modo posset, legitime definiret. Adveniente autem statuto die, affuit idem Dominus Constantinus Episcopus, ut causam, quam statuerat, diligentissime examinaret. Tunc in praesentia jam dicti Domini Constantini & praenominati Abbatis, Monachorumque qui aderant, & Jocundi Praepositi, & Gerardi Primicerii, & Paganus fratris ejus, & jam dicti Uberti, & Pagani filii quondam Agazoli, & Raginerii filii quondam Guidonis, & Lavitii filii quondam Venerandi, & aliorum hominum, quorum nomina longum est ad scribendum: in istorum omnium praesentia advenit praefatus Johannes, & professus est, se famulum esse jam dicti Monasterii, ac insuper junctis manibus se ipsum in manus jam dicti Guidonis Abbatis ad famulatum tradidit: ac idem Guido Abbas omnia, quae ante habuerat ex parte praedicti Monasterii, ei ad famulatum tradidit. Ac deinde praenominatus Episcopus interrogavit omnes parentes ejus, qui aderant, si aliqui ex eis Libertatem, quam ille causaverat, causarent. Tunc nullus ex illis professus est, se Liberum esse, aut Libertatem causare.

Actum

*Actum est hoc Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Octuagesimo, regnante Heinrico Rege, mense Maio, sub Indictione Tertia, feliciter.*



*Ego Constantinus Episcopus & Comes subscripsi.*

*Ego Gerardus Primicerius interfui & subscripsi.*

*Ego Rusticus Presbiter Arvitinæ Ecclesie collaudans interfui & subscripsi.*

*Ego Paganus interfui & subscripsi.*

*Ego Raginerius Clericus interfui & manu subscripsi.*

*Ego Martinus Notarius interfui, & jussu præfati Domni Constantini Episcopi, atque rogatu prædicti Johannis, qualiter se in manibus jam dicti Guidonis Abbatis ad famularum tradidit, denotavi feliciter.*

Johannes Rusticelli filius se Liberrum hominem contendebat. Testes verò ex adversa parte producti affirmant, se certissime vidisse Patrem & Avum jam dicti Johannis ad famularum jam dicti Monasterii semper vixisse. Hoc posito consequebatur, ipsum quoque Johannem Servituti obnoxium fuisse, nisi Chartam impetratæ antea Manumissionis attulisset, aut aliâ quâpiam viâ Libertatem sibi partam ostendisset. Quamobrem is causâ cecidit. Apud eosdem Arretinos Monachos non unam conspexi membranam, ubi lepidus quidam antiquorum temporum labor occurrebat: hoc est Genealogia perquam curiosè contexta quorundam Servorum. Recensebantur ibi Parentes, Avi. Proavi, Abavi, eorumque filii collaterales & descendentes omnes, translationes, fugæ, fortunæ, eodem quasi studio, quo nobiles viri majores suos ad No-

Abilitatis fidem, aut ostentationem gnæviter expiscantur. Jamque tantæ inquisitionis causam accepisti. Nimirum insurgebant interdum controversiæ de Servitute ac Libertate, & ad ostendendam conditionem Servi negantis talem se esse, necesse erat, in ejus majores inquirere, ipsumque à nativitate Servituti obnoxium evincere. In longa illa Charta Arretini Monasterii hæc inter alia adnotavi: *Suppo comes, qui Niger vocabatur, qui fuit compater Arnonis Præpositi, temporibus Ugonis & Lotharii Regum, tradidit eidem Præposito & Monasterio Sanctæ Floræ quandam terram &c. Supradictus quoque Suppo tradidit nobis & aliam terram in Villa de Vico, nec non & unum Servulum, qui de domo ei aufugerat, quem prædictus Arnon suscepit; postmodum Ecclesie nostræ contulit. Ex quo orti sunt omnes Servuli de Trivilli.* Consule etiam Chronicon Casinense Leonis Marficani Lib. I. Cap. 10. ut & Vulturense, Farfense, &c. è quibus intelligas, quoties Curtes & prædia donabantur sacris viris, fere semper donatos fuisse & Servos earum terrarum cultores, quorum quoque nomina sigillatim exprimuntur. Idem verò Marficani eod. Lib. Cap. 19. auctor est, circiter Annum Christi DCCCXVII. à Daniele quodam Tarentino donatos fuisse Casinensi Coenobio quosdam Servos, quorum posterius Servi suo quoque tempore, idest circiter Annum MC. supererant. Unde, ait, *nonnulli nostrum nunc usquequaque putant, de prædictis ejusdem Daniel Servis eos, quos hodieque habemus, Famulos propagatos.*

Quibus autem operibus exercerentur olim Servi, & quænam ii servitia Dominis præstarent nunc breviter aperiendum est. Veteres Romani

mani Servorum agmina nutriebant, & quo plura mancipia alebant, eo potentiores habebantur, ut constat ex Plinio seniore Lib. 33. Cap. 10. ex Apulejo Apol. Pag. 548. & aliis. Multos proinde ad domestica servitia destinabant. Alii ad Artes varias adhibebantur, immo & ad Liberales: alii enim Medici, Chirurghi, Tonsores: alii Cytharedi, Choraulae, Argentarii, Scriptorum, Paedagogi, Librarii, Pictores: alii Sutores, Comedi, Lecticarii &c. fuere. Tantas sane delicias, luxumque tam effusum ignorarunt antiqui Langobardi, Franci, Germani, & mediae aetatis Italici viri. Paucis Servis domi ad usum familiae contenti, quos *Servos Ministeriales* appellabant, ceteros ad arva sua excolenda dimittebant, lucrumque ex eorum labore & agrorum cultura querebant. Nullus dubitationi locus est, quin Liberi quoque homines (sive Ingenui si forent, sive Liberti) complures olim numerarentur, qui rei rusticae operam darent, agrorumque aut suorum, aut alienorum coloni essent. Illud jam supra ostendi in praecedenti Dissertat. XIII. *de Liberis hominibus*. Sed longe superabat Servorum numerus ruri sese exercentium. Eos nempe Domini, quibus vellent, legibus sub sua potestate positos premebant; & omnes etiam, si libuisset, agrorum redditus, detractis illorum alimentis, in rem suam convertere poterant. Neque minus, Romanorum Republica vigente, in usu fuere tum Liberi, tum Servi ad praedia excolenda, uti ex Columella locupletissimo teste satis liquet. Verum tam rigide habere Servos suos vix ullus olim consuevit, quin eis aliquam portionem emolumentum ex artibus, laboribus, aut mercimonio per eos

A percepti, dimitteret: quae particula *Peculium & Peculiare* barbarico vocabulo, appellabatur, eratque Servis patrimonii loco. Id autem factum ad eorum industriam exercendam atque augendam. Campellos quoque & vineolas interdum Servi emere ac possidere sinebantur. Ita tamen ejusmodi *Peculium*, ac si proprium patrimonium foret, possidebant, ut ejus tantummodo ulum aut usumfructum haberent, non autem dominium. Neque enim *Servis*, immo neque *Colonis*, si qua propria habent (id est *Peculium*) *inconsultis atque ignorantibus patronis, in alios transferre licet*, ut habetur in Lege unica Tit. XI. *ne Colonus &c.* Lib. V. Codic. Theodosiani. Praeter *Colonos Servos* fuerunt & *Coloni Liberi* & adhuc *quasi Servi*, quales in Dissertatione XV. sequenti *Aldios* agnoscamus, & quales *Salvianus* Lib. 5. de *Gubernat. Dei*, & *Gregorius M.* Lib. 3. *Epist. 21.* describunt: quibus *Patroni* potius quam *Domini* agros ad culturam tradebant, & quibus *propria* erant. His etiam interdictum puto in alteros transferre, si qua *propria* habebant, *inconsultis atque ignorantibus Patronis*: id enim facile in detrimentum atque incommodum vergere poterat ipsis eorum *Patronis*. Ceterum decretum saepe Legibus fuit, *ne quid de peculio suo cuiquam Colonorum, ignorante domino praedii, aut vendere, aut alio modo alienare liceret*, uti habet *Lex Coloni* 2. Lib. XI. Tit. 49. Codic. Justinian. *in quibus causis &c.* Propterea Dominus in *Peculio* & reliquis bonis heres erat Servorum, quibus, uti est notum, testamenti condendi facultas à Legibus erat adempta. Mitiores tamen Domini *Servis* quoque *quasi testamenta* facere permittebant, eaque ut *legitima custodiebant*, uti à se factura testa-

testatur in Epist. 16. Lib. 8. Plinius junior. Quod etiam posterioribus Se- culis permissum, atque interdum usur- patum est; Leges enim Langobardi- cae, quod est ad Servos, sese Roma- norum moribus quasi semper accom- modarunt. Sed ne videar sine testibus,

A sine tabulis ex opinione potius quàm ex certa rei cognitione loqui, age- sis, Chartam accipe, cujus autogra- phum in suo Archivo servant, mihi- que exhibuerunt Monachi Benedictini Regienses.

Donatio facta ab Alberto Servo Uberti Comitis Monasterio  
Sancti Prosperi, nunc Sancti Petri, Regiensis cum  
consensu Domini sui, Anno 1095.

I N nomine Sancte & individue Tri- nitatis. Anno ab Incarnacione Do- mini nostri Jesu Christi Millesimo No- nagesimo Quinto, IX. die intrante Men- se Septembris, Indictione Tercia. Mo- nasterio Sancti Prosperi Christi Confesso- ris, sito in suburbio Civitatis Regio, hubi nunc Dominus Pacificus Abbas preeffe videtur: ego quidem in Dei no- mine Albertus Servus Uberti Comi- tis, & filius quondam Alchisi de lo- co Cella, qui professus sum Lege vi- vere Langobardorum: ipso namque Do- mino meo mihi consenciente, & hic sub- tus confirmante, ofertor & donator ipsius Monasterii presens presentibus di- xi: Quisquis in Sanctis &c. Ideoque ego, qui supra Albertus dono & au- fero in eodem Monasterio ad ejus jure ac proprietatem, hoc est petia una de terra laboratoria juris mei, que est posita in loco, hubi dicitur Cur- te Ingeltrutha, que est per mensura ju- sta modi..... coheret ei Finis à ma- ne & de subto supradicti Monasterii, à meridie & à sera Via, sibi que alie sunt ad fines in integrum. Que autem suprascripta petia de terra &c. ab hac die in eodem Monasterio dono & do &c. Quod si subtrahere quefierimus, tunc in duplum &c. restituamus, sicut pro tem- pore fuerit meliauvata, aut valuerit sub estimacione in consimili loco, pro merce-

Tom. II.

B de & remedium anime mee, unde mihi Dominus inde bona tribuat &c.

Actum suprascripto Monasterio feliciter.

✠ VBERTVS COMES SSI.

Signum manus suprascripti Alberti, qui hanc Cartulam aufersionem ad omnia, ut supra, fieri rogavit.

Signum manibus Lamberti Ferratii; & Alberti Ingentatoris, seu Martini de Monacha rogati testes.

C Ego qui supra Petrus Notavius sacri Palatii Scriptor hujus Cartule aufersionis post traditam compleri & dedi.

Quum ergo quisquam Mancipiis suis (quo nomine Servi quilibet dona- bantur) Cortes & praedia sua exco- lenda tradebat, redditus omnes ipse colligebat, praeter victum & vesti- tum atque peculium, nihil iis di- mittens. Indulgentiores alii Domini à Servis exigebant, ut tantam fru- gum mensuram Domino redderent, quanta decenti aestimatione exspe- ctanda videbatur pro portione Do- mini ex agri natura & communi cultorum labore. Quidquid residui e- rat, in alimenta atque utilitatem vertebatur ipsorum agricolarum, ita ut qui reliquis industriâ praestarent, bene peculiati ac divites evaderent. Alia quoque onera iis imponeban- tur, ultra quae eos fatigare nemo probus consuevit, immo nulli hero-

O o

licuit,

licuit, ubi pacta aut consuetudo Servis favebant. Ii appellantur *Servi Beneficarii* in Lege X. Ludovici Pii inter Langobardicas. *Casati* etiam commemorantur ab antiquis, atque horum pars similiter in Servorum grege numerabatur: ita appellati, si Du-Cangium audimus, quod *intra casam*, hoc est in *ruralibus possessionibus serviebant*. Fuerunt tamen & *Casati liberi*, alicui Casae seu praedio sub aliquibus pactis addicti. Ad haec occurrent tibi *Servi Massarii*, qui alicui *Massae* seu praedio excolendo destinati erant. Hi memorantur in Rotharis Regis Lege 238. Vereor tamen, ne praeter *Massarios* Servos, *Massarii* etiam fuerint non pauci à servili conditione alieni. Vide Dissertationem XV. subsequentem. In eisdem Legibus Langobardicis habemus *Servum rusticanum, qui sub Massario est*. Videndum est, num sub nomine *Massarii* heic veniat Custos & Procurator *Massae*, qui liber homo esse consuevit. *Massa* verò non unum praedium, sed multa sub uno procuratore posita significabat. Servi quoque *Fiscales* seu *Fiscalini* fuerunt, qui Fisco, hoc est Regi & Palatio famulabantur. In Historia Translationis Sancti Germani Episcopi Parisiensis, scripta à Monacho Prateni circiter Annum DCCXC. haec leguntur: *In hoc pago Parisiaco ipsi Fiscalini vestri ob fortitudinem Celsitudinis vestrae valde sunt insolentes & temerarii, & multa mala contra hunc locum perpetrant*. Mabillonius hac voce significari censuit *Procuratores Fiscalium*. Ego lubentius putem designari ejusmodi nomine *Servos*, vel *Fisci* seu Regis *Aldios*, in Villa Palatiolo infestos Monachis Sancti Vincentii. Vide Dissertationem XV. sequentem de *Manumissionibus*. ubi de *Fiscalinis* sermo rursus mihi erit. Prae-

A termitto *Servos Ecclesiasticos*, qui ad Ecclesiam pertinebant: & *Ministeriales*, ita appellatos, quod in familia domini ministerio suo fungerentur. Alios quoque omitto *Bubulcos*, *Molinarios*, *Fabros ferrarios*, *Carpentarios*, *Caprarios*, aliisque humilibus muneribus addictos. Atque ad alia progredior. Secundum Rotharis Leges nulli Servorum licebat *sine permissu domini sui neque terram, neque quamcumque rem vendere*. Attamen *Servus Massarius licentiam habebat de peculio suo, idest bovem, vaccam, caballum &c. in socio dare*. Nos adhuc appellamus *dare a socida*, hoc est greges & armenta alicui tradere ad societatem, ita ut fructus inde percipiendi dividantur inter socios. In ludicra Cantilena Petrarchae, quam Bembo laudat, legitur hic versus:

*Ma dar le Capre a soccio è pur' il meglio.*

Sillingardus in Catalog. Episcoporum Mutinensium. & ex eo Ughellius Tom. 2. Ital. Sac. Diploma Ludovici Pii Augusti exhibent, datum Deusedit Episcopo Mutinensi, in quo confirmatur donatio, *quam Cunibertus Rex fecit ad Ecclesiam Sancti Geminiani de Villa Purcili (legendum Puziolo) sive tributum, subsidiales, atque angarias, quas Servi ejusdem Sancti Geminiani ad ipsum Casalem laborandum & excolendum habuerunt*. Hinc desumptam vocem *Subsidualis* in suum Glossarium invexit vir summus Du-Cangius. Verum in autographo, quod non semel sub oculis habui, non *subsidiales* legitur, sed *Succidiales*. Immo quia Privilegium illud parum accurate etiam in reliquis haecenus editum profert, juvat integrum rursus exhibere Lectori, expressum ex ipso archetypo existente in Archivo insigni Canonice Mutinensium.

Ludo-



Ludovici Pii Augusti Praeceptum, per quod Mutinensi Episcopo  
Deusdedit omnia bona ac jura confirmat, Anno 822.

**I**N nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Hlodovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si petitionibus Sacerdotum ac servorum Dei, divini cultus amore, aures accomodamus, id non solum ad stabilitatem Regni nostri, verum etiam ad aeterna praemia facilius adsequenda plurimum pertinere confidimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae ac nostris, praesentibus scilicet & futuris, qualiter vir venerabilis Deusdedit Ecclesiae Mutinensis Episcopus, quia pro senectute & infirmitate corporis ad nos pervenire non poterat, misit quendam Presbyterum suum, nomine Willibianum, per quem nobis suggestit petendo de rebus ad Ecclesiam suam pertinentibus, quas Reges Langobardorum propter amorem & timorem Dei & Domini nostri Jesu Christi, & Sancti Geminiani Confessoris ejus, eidem Ecclesiae vel donaverunt, vel ab aliis datas confirmaverunt, ut inspectis eorumdem Regum Praeceptis & confirmationibus, easdem res sive possessiones ad eandem Ecclesiam nostrae auctoritatis Praecepto confirmaremus. Cujus petitioni, quia juxta & ratione subnixi videbatur, aures libenter accomodare & ad sensum praebere nobis placuit. Inspectis igitur & relectis praedictorum Regum Langobardorum Praeceptis vel confirmationibus, complacuit nobis, donationes & concessiones sive confirmationes eorum hoc nostrae auctoritatis Praecepto juxta petitionem memorati Episcopi ad eandem Ecclesiam confirmare. Id est in primis confirmationem, quam Cunipertus Rex fecit ad Ecclesiam Sancti Geminiani de Villa Poziolo, sive tri-

**A** butum, vel succidiales, atque angarias, quas Servi ejusdem Sancti Geminiani ad ipsum Casalem laborandum & excolendum habuerunt. Similiter & Praeceptum, quod fecit Liutprandus Rex ad suprascriptam, Ecclesiam de Servis & Aldionibus ad jus Ecclesiae Sancti Geminiani pertinentibus, & in fine Salestina residentibus in Villis, quarum vocabula sunt Galaniticum, Gabellum Castellum, cum suis piscariis, quod fuit ab antiquo tempore Massa Sancti Geminiani: super quibus est Praeceptum Rattigisi Regis nobis ostensum. Est similiter & Desiderii: nec non & Praeceptum Hildeprandi Regis, quod fecit ad Ecclesiam Sancti Geminiani propter petitionem Joannis Episcopi de Ecclesia Sancti Petri intra muros Civitatis Geminianae, quae nunc Nova vocatur, cum omnibus rebus atque appendiciis, quae ad ipsam Ecclesiam pertinent, vel quod ibi iuste adquestum fuerit. Similiter & donationem, quam fecit pia recordationis Dominus & Genitor noster Karolus Imperator de Plebe Sancti Thomae, quae est posita in Gandaceto juxta fluvium Lama, cum omnibus sibi pertinentibus, sive Canonica atque Decima. Similiter donationem, quam fecit Dominus Genitor noster Karolus Imperator, petente Geminiano Mutinense Episcopo, de Molendino prope Stratam cum acceptione sua sive acquario, qui pertinebat ad Curtem Regis Civitatis Novae: nec non & res, quas duo Romani homines Gondolus videlicet & Constantinus, & eorum uxores Maria & Agnita ad Ecclesiam Sancti Geminiani donaverunt. Item Oratorium Sancti Apolena.

lenans in Stagnano situm intra Judicaria Montebeliensi, sive Oratorium Sancti Domnini constructum prope Cluxiam super flumen Nizianam, necnon & Oliveta juxta muros Castri Montebeliensis posita, & ad eandem Ecclesiam pertinentia. Has res sive possessiones memoratae Mutinensis Ecclesiae, vel Sancti Geminiani juxta petitionem praedicti viri venerabilis & oratoris nostri Deusdedit Episcopi, quas Reges vel donaverunt vel confirmaverunt, sive alii devoti ac Deum timentes homines ad eandem Ecclesiam solemnem donatione contulerunt, & modo in ejusdem Ecclesiae jure tenentur, vel inde injuste ac violenter abstracta erunt, isto nostrae auctoritatis Praecepto ad eandem Ecclesiam confirmare placuit. Quapropter praecipimus atque jubemus, ut nullus Judex publicus, vel Comes, vel Gastaldus, si ve qualibet potestate praedicta persona memoratum Episcopum vel successores ejus atque Ecclesiae Sancti Geminiani de superscriptis rebus ac possessionibus, quas

A supranominati Reges ad eandem Ecclesiam confirmaverunt, & nos hac nostra auctoritate confirmamus, iniquitate aut injuste pulsare, aut aliquid ex iis contra rationis ordinem abstrahere, aut alienare, aut eis calumniam ingerere praesumat; sed liceat eas memoratae Ecclesiae & Rectoribus sub nostra, successorumque nostrorum defensione, quieto ordine tenere ac possidere absque cujuslibet, sicut jam diximus, injuxta contradictione. Concessimus etiam hoc Privilegium memoratae Ecclesiae, ut si post decessionem Episcoporum ipsius Sedis talis in Clero inventus fuerit, qui secundum Canones Episcopatus honorem & officium habere possit, licentiam habeant eligendi inter se. Et ut haec auctoritas firmior habeatur, & nostris ac futuris temporibus Domino protegente valeat inconvulsa manere, manu propria subscripsimus, & eam de annulo nostro subter sigillari jussimus, violatorem duabus Libris auri obrizi condemnantes.

B

C

Signum

Hluduvici serenissimi Imperatoris.

*Durandus Diaconus ad vicem Fridugerii recognovi.*

*Et data sub VI. Idus Februarias, Anno, Christo propitio, IX. Imperii Domni Hluduvici piissimi Augusti, ac Indictione XV.*

*Actum Aquisgrani, Palatio Regis, in Dei nomine feliciter. Amen.*

Quid verò *Succidiales* fuerint, discernere nequaquam aulam. Num pro *Socidiales* scriptum, ut designentur redditus percepti ex armentis & gregibus in socio datis? Num à succidendo, sive, ut ajebant, *Runcando* silvas, ac à subigendis agris antea in-

D cultis? Haereo sane. Interim vide, si lubet, *Chronicon Farfense Part. II. Tomi I. Collectionis Rer. Italicar.* ubi memorantur Servi cum eorum substantia *b. v. c.* hoc est *bove, vacca, caballo* &c. Nostris autem temporibus adhuc apud *Mediolanenses*

mos

mos viget tradendi praedia sua agricolis, nunc omnino Liberis, iisdem fere conditionibus, quas nuper innuebam, hoc est reddendi Domino tantam frugum & pecuniae mensuram quotannis. Sed ut à luculentis testibus, qualis olim foret *Servorum rusticorum* fortuna, Lector accipiat, an-

A te omnium oculos sisto Chartam Placiti Mediolanensis, olim ex archetypo descriptam. Illam autem debeo Archivo nobilissimi Monasterii Sancti Ambrosii Mediolanensis, quo humanissime aditum mihi praebuere Cistercienses Monachi, ibi Deo fervientes.

Andreas Archiepiscopus Mediolanensis & Ragifredus Judex Missi Imperiales in Placito habito in Villa Belani sententiam ferunt contra quosdam se negantes antea Servos Monasterii Mediolanensis S. Ambrosii in Curte Lemonta, Anno 905.

D Um in Dei nomine, Villa que dicitur Belano, in Laubia Solarii Sancti Ambrosii, Curtis ipsius, in iudicio resideret Dominus Andreas Sancte Mediolanensis Ecclesie Episcopus, & Ragifredus Judex sacri Palatii, Missi Domini Imperatoris, singulas deliberandas intenciones, residentibus cum eis Aicho, Dehibertus & Paulus.... Petrus Diaconus de Cardine Sancte ejusdem Ecclesie Mediolanensis, Audoaldus & Andreas Subdiaconibus, Rotfredus, Gaidoaldus & Adalgisus, Judices idem Domini..... Hildervertus, Supaldus, & Lupus Judices Mediolanensis, Adalardus de..... David filius Boni, Arnolphi de Blaffonno, item David filius Johannis..... Bonus de Zavana, Anselmus, Ambrosius, & Gauselmus Notariis, Adelbertus qui & Aito de loco Sauriate, Arnulfus filius quondam Agemberii Domin..... Civitate Mediolanensi, Ansprandus qui & Aito de Berento..... Ragifredus filio Petri de Lariano, & Andreas de loco..... & reliquis. Ibique eorum venerunt presentia Gaidulfus vir venerabilis Abas Monasterii Sancti Christi Confessoris Ambrosii, ubi ejus sanctum quiescit Corpus, scitum in suburbium Civitatis Mediolanensi, se una cum Adeirico Notario Ad-

B vocatus ipsius Monasterio Sancti Ambrosii: nec non Lupus, Steffanus, Johannes, item Johannes, Lupus, Ambrosius, & item Lupus, Bervanus, Theodesius, Ambrosius, Ursus, & Rimmo-  
lo germanis, Johannes, item Johannes de Cirvenna, Dognolino, Petrus, Lupus, Laurentius, Madrevortus, Ursus & Ursicio de loco Madronino, Johannes, Urservertus, Petrus, Dominicus, Luvaldus, Raginaldus, Ursus de Selvaniate, & Munaldus, Mauritio, Magioriano, Dominicus, Johannes, Steffanace & Laurentius de Caltonico pago, co dicitur Lemontas, prope Laco Comacino, intencionem habentes. Dicebant ipsi Gaidulfus Abas, & Adelricus Avocatus: „ Isti Lupus, Steffanus, Jo-  
D „ hannes &c. habitantes non longe a  
„ Curte Sancti Ambrosii, que dicitur  
„ Lemontas; Dognolino, Petro, Lupus &c. habitantes loco,  
„ qui dicitur Selvaniate; Munaldus,  
„ Mauritio &c. habitantes loco, que  
„ dicitur Caltonico, cum eorum reliquis  
„ parentibus legibus Servi Monasterii  
„ Sancti Ambrosii, nominative de Curte  
„ Lemontas esse debent, eo quod genitores  
„ & genitricis, seu parentibus eorum a  
„ longo tempore, & isti Servi fuerunt

„ runt de eadem Curte Lemontas.  
 „ Qui Cortem & Servi, seu Serve  
 „ ubi refedeunt, a parte ejusdem san-  
 „ cti loci, Domni & gloriosi Impe-  
 „ ratoris dive memorie Lotharius &  
 „ Carolus proprietario jure concessit  
 „ runt, & pro anime suorum reme-  
 „ dium per donatione & Precepta  
 „ ab ipsis gloriosis Imperatores pro-  
 „ pria suorum manu firmatos pre-  
 „ sens habemus. Sed sicut audimus,  
 „ querent se isti Lupus, Steffanus &c.  
 „ subtraere de Servitute Monasterii  
 „ Sancti Ambrosii Curte Lemontas.  
 „ Querimus, ut dicant, si & se de  
 „ Servitium ipsius Cortis, & eju-  
 „ sdem Monasterii Sancti Ambrosii  
 „ se subtrahere vellent, an non. *Ad  
 haec responderunt ipsi Lupus, Steffa-  
 nus &c.* „ Verè nos de Servitio Mo-  
 „ nasterii Sancti Ambrosii, nec de  
 „ ipsa Corte Lemontas nunquam sub-  
 „ traximus: quia nos veraciter de  
 „ nostris personis Servi simus eju-  
 „ sdem Curtis Lemontas, & Mona-  
 „ sterii Sancti Ambrosii, eo quod  
 „ genitores & genitrices nostri, seu  
 „ reliquis parentibus nostris de ea-  
 „ dem Curte Lemontas semper per-  
 „ tenuimus, & nunc pertinemus; &  
 „ Servi fuerunt, & nos sumus, &  
 „ ut diximus, de Servitio ejusdem  
 „ Curtis, nec de Sancti Ambrosii  
 „ Monasterii numquam subtraximus,  
 „ nec subtrahere volumus, quia Le-  
 „ gibus Servi simus Monasterii San-  
 „ cti Ambrosii & Curtis Lemontas,  
 „ & conditionaliter colliere debe-  
 „ mus olivas de olivetas Curtis ip-  
 „ sius, & premere, & exinde o-  
 „ leum, & traere illuc Monasterium  
 „ Sancti Ambrosii; adque ei redde-  
 „ re debemus annue a parte ejusdem  
 „ Monasterii argentum denarios bo-  
 „ nos Solidos septuaginta. Et per  
 „ Lacum Comensem Abatem eju-

„ Idem Monasterii, vel sui Missi  
 „ navigare debemus: adque ei pro  
 „ omni anno reddere debemus fer-  
 „ rum Libras centum, & Pullos tri-  
 „ ginta, atque Ovas trescentum. Et  
 „ qui a vobis numciavit, nos de  
 „ Servitium ejusdem Monasterii sub-  
 „ traere voleremus, verum non est,  
 „ quia nos semper & parentibus no-  
 „ stris Servi fuimus ipsius Curtis Le-  
 „ montas, & cum Lege esse debe-  
 „ mus Monasterii ipsius S. Ambro-  
 „ sii. *Cum ipsi homines unus ad unus  
 taliter professi fuissent, tunc ipsi Missi  
 & Judices adjurati Nobiles homines  
 circa manentes locis ipsius in fide,  
 quam Deo & Domni Imperatoris debe-  
 bant, quid inde scirent de Servitium  
 predictorum hominibus, certam agnosce-  
 rent veritatem. Qui in primis Andreas  
 de Visiniola dixit: Scio, isti homines  
 Lemontini, & parentibus eorum sem-  
 per essent Servi de Curte Lemontas.  
 Deinde Leo de loco Birlacio, & Abun-  
 dantius de loco Dervi similiter dixerunt.  
 Cum predicti Lupus, Steffanus &c.  
 omnes taliter manifesti fuissent, ut su-  
 pra..... Andreas, Leo, & Abun-  
 dantius ita testificantes, paruit supradi-  
 ctis Auditoribus, & recte judicaverunt,  
 ut ipsis Lupus, Steffanus &c. amodo  
 & in antea Servi esse deberent Curtis  
 ipsius Lemontas, & Monasterii Sancti  
 Ambrosii. Et qualiter hac causa acta  
 & definita est, presentem notitia pro  
 securitatem ejusdem Monasterii Sancti  
 Ambrosii ego Johannes Notarius Domni  
 Imperatoris scripsi & interfui, Anno  
 Imperii Domni Hludowici Imperatoris  
 V., mense Julio, Indictione VIII.  
 Ragifredus Judex & Missus Domni  
 Imperatoris interfui.  
 Ego Paulus Presbiter interfuit.  
 Petrus humilis Diaconus interfui.  
 Ego Audaldus indignus Subdiaconus  
 interfui.*

Andreas

*Andreas Sodbiaconus interfui.*

*Aupaldus Judex interfui.*

*Aselmus Notarius interfui.*

*Gaidoaldus Judex Domni Imperatoris interfui.*

*Aelgifus Judex sacri Palatii interfui.*

*Lupus Judex interfui.*

De notis Chronologicis Chartae hujus infra sermo erit. Nunc animadvertere juvat, homines ad Placitum accitos fateri, se à nativitate Servos esse Ambrosiani Coenobii, eorumque parentes & avos Servili conditione alligatos fuisse, & pertinuisse ad Curtem Lemontae, cui Monachi tunc Ordinis Sancti Benedicti dominabantur. Quo etiam loco discimus, quare vocabulum *Pertinentes* in antiquis Chartis, & in Legibus Langobardicis usitatum, plerumque *Servos* significet. *Cortisiani* quoque appellati aliquando reperiuntur, ejusmodi Servi Coloni, quod Cortem aliquam domini sui excolerent. Iridem quoties nobis occurrunt in eisdem Chartis *Familiae utriusque sexus*, exploratum est, tunc significari *Servos & Ancillas*. Onera sibi ipsis imposita iidem Servi hisce verbis describunt: *Conditionaliter colligere debemus olivas de Olivetis Curtis ipsius, & premere, & exinde oleum educere, ac trahere ad Monasterium Sancti Ambrosii: Atque eidem Coenobio reddere debemus singulis annis in numerata pecunia Solidos argenteos septuaginta; & per Lacum Larium Abbatem Sancti Ambrosii, vel ejus Missos, navi deducere debemus. Praeterea ipsi quotannis*

*reddere debemus centum ferri Libras; Pullos triginta, & Ova tercentum. Hisce conditionibus Servi illi incolebant agros sibi commissos. Tandem advocantur Nobiles Homines circa manentes in locis Lemontinis, ut & ipsi fidem faciant de Servili statu eorundem hominum. Nobiles autem appellantur viri ingenui ac liberi, uti in Dissertatione XIII. praecedenti significabam. An ad istos eosdem Servos referenda sit altera Charta, ex eisdem Ambrosiani Tabularii exemplo antiquo deprompta, certum exploratumque minime habeo. Sunt quae discordant; sunt etiam quae id persuadeant. Conqueruntur in Placito Servi Lemontini, pertinentes ad Ambrosianam Basilicam, eique annexum Monasterium, se pati *superimpositam ex parte Gaidulfi Abbatis Ambrosiani*. Videlicet: *supra id, quod ei debemus, censum à nobis, & navigium exquirat; animalia etiam nostra interdum auferat: olivas colligere ac premere, calcariam quoque facere nos cogit. Et quod pejus est, multoties nos grana flagellare (\*), & capillos nostros auferre (\*\*), sicut in presentia cernitis precipit. Tum enumerant Servi, quot onera sive ex pacto, sive ex consuetudine eorum majores subirent sub Imperatoribus Dominis, deinde sub Petro Abbate praedeceffore Gaidulfi, & in haec verba desinunt: Ac per hoc, nullam nobis pars Monasterii vestri Superimpositam facere debet, idest nova antiquis onera addere. Causâ actitatâ coram Archiepiscopo, Servis victoria cessit. Integrum Placitum nunc habeto.**

Senten-

(\*) Scilicet frumentum excutere.

(\*\*) Videlicet tondere capillos in signum servitutis.

Sententia Andreae Archiepiscopi Mediolanensis in Placito habito Belani pro quibusdam Servis Monasterii Mediolanensis S. Ambrosii, con- querentibus de nonnullis oneribus sibi contra consuetudinem impositis ab Abbate ejusdem Monasterii, Anno 905.

**D**Um in nomine Summe & indivi- due Trinitatis, Dominus Andre- as semper memorandus Archiepiscopus in aula Solarii, Curtis Sancti Ambrosii, que Belano dicitur, sita juxta Laco Comense, cum quibusdam sue Ecclesie venerabilibus Sacerdotibus, quorum nomina subter leguntur, resideret, & de causis necessariis pertractaret, contigit, ut maxima multitudo Famulorum utriusque sexus Curtis Lemunte, pertinentes ad Monasterium beatissimi Confessoris Christi Ambrosii, ubi saceratissimum ejus Corpus requiescit, prefatum Dominum Archiepiscopum acclamando, lacrimosis ..... adirent clementiam, dicentes, quod ex parte Gaidulfi Abbatis, qui jam dicto Monasterio preerat, maximam paterentur Superimpositam. Interrogati autem ejusdem multitudinis famuli, quam Superimpositam paterentur, responderunt dicentes: „ Supra id, quod debet, censum a „ nobis, atque navigium exquirat, „ animalia nostra Prepositus ejus Pedelbertus injuste aufert, & olivas „ contra consuetudinem colligere & „ premere, sive calcariam facere precipit adolepiatis quoque volentes, „ nolentesque ire, & vites illic amputare contra consuetudinem jubet. Et quod pejus est, multotiens nos grana flagellare, & capillos nostros aufert, sicut in presenti cernitis, precipit: Quibus jam dictus Gaidulfus Abbas, cum presens esset, respondit: „ Dive memorie Domni Hlotharius & Karolus, „ gloriosissimi quondam Imperatores

A „ vos, sicut ad eos pertinuistis, beati Ambrosii Confessoris Christi Monasterio suis piissimis Preceptis contulerunt. Servi ergo predictorum Imperatorum fuistis, & Servi partis Monasterii nunc estis. Quicquid itaque jubemus atque precipimus, facere debetis. Qui respondentes dixerunt: „ Verè Servi jam dictorum Excellentissimorum Imperatorum fuimus: & quia nos suis testamentis parti Monasterii Sancti Ambrosii contulerunt, Servi ejusdem Monasterii esse debere non denegamus. Sed quia a parte prescriptorum Imperatorum numquam aliud parentes nostri, aut nos annue soliti fuimus solvere, nisi tantum Denariorum Libras III., cum Solidos X., frumentum Sextaria XII., Caseum libras XXX., Pullos pares XXX., Ovas CCC., insuper olivas ejusdem Curtis Lemonte cum Regali dispendio colligere & premere, ideo a parte Monasterii vestri, cui nos prelibati Imperatores suis Preceptis contulerunt, aliud annue solvere non debemus, nisi tantummodo ea, que diximus. Ac per hoc, si placet omnipotenti Deo, Dominoque Archiepiscopo, & vobis Domno Abbati, nullam nobis pars Monasterii vestri Superimpositam facere debet, quia neque temporibus predecessoris vestri sancte memorie Domni Petri Abbatis aliquam Superimpositam nobis pars Monasterii vestri faciebat.

Quibus

Quibus auditis, & diligentissime per Sacerdotes & Pagenſes Liberos homines circa Comenſem Lacum habitantes inquit, tandem inventis ſuprataxatus Pontifex cum ſue Eccleſie Sacerdotibus, qui preſentes aderant, vera eſſe, que ipſi Servi fatebantur: ideſt ut numquam ſoliti fuiſſent parentes eorum aut ipſi aliud ad partem Imperatorum vel Regum, aut a parte Monasterii Sancti Ambroſii temporibus jam dicti Petri Abbatis, ſolvere aut reddere, niſi tantummodo ſicut ſuperius ſcriptum continetur annue denariorum Libras III. cum Solidos X. frumentum Sextaria XII. Caſeum Libras XXX. Pullos pares XXX. Ovas CCC. Inſuper invenit eos annue olivas colligere & premere, atque Oleum vehere debere cum diſpendio Abbatis, ſicut ſoliti fuerunt cum diſpendio Regum vel Imperatorum. Quibus inventis prelibatus Pontifex cum ſue Eccleſie reverentiſſimis Sacerdotibus, qui preſentes aderant, ſtatuit atque decrevit, ut memoratus Gaidulfus Abbas aut pars Monasterii ſui nullo unquam tempore aliud ad jam dictis Servis Curtis Monasterii ſui, que Lemonta dicitur, exigere preſumeret, niſi tantummodo que prediximus, ideſt Denariorum Libras III. cum Solidos X. Frumentum Sextaria XII. Caſeum Libras XXX. Pullos parva XXX. Ovas CCC. deberetque eos annue olivas Curtis ejuſdem facere colligere & premere, atque oleum ipſum vehere cum Abbatis ipſius, vel ſucceſſorum ejuſ diſpendio, ſicut cum Regali diſpendio ſoliti fuerant facere, antequam per Precepta Monasterio Sancti Ambroſii condonarentur. Aliam nullam Superimpoſitam eis facere contra conſuetudinem preſumeret, eſſetque contentus ſupradictis, ſicut preceſſor ſuus reverende memorie Petrus venerabilis Abbas fuerat. Pro oblationibus etiam, ut centum ferri Libras ſemel in anno eidem Abbati vel ſucceſſo-

Tom. II.

A ribus ejuſ deſerrent predicti Servi, vel heredes eorum, ſi ad eadem Curtem Lemonta ipſe Abbas vel ſucceſſores ejuſ venerint, ſtatuit prenomi-natus Dominus Archiepiſcopus cum Sacerdotibus, qui preſentes aderant, atque decrevit, quoniam ſimiliter Imperiali vel Regio Miniſteriali per conſuetudinem erant ſoliti facere. Et quia de navigio quoque contentio erat, ſtatuit ipſe reverentiſſimus Archiepiſcopus atque decrevit cum ſue Eccleſie Sacerdotibus, qui preſentes aderant, ut quotieſcumque jam dictus Abbas Gaidulfus vel ſucceſſores ejuſ verſus Comenſem Lacum veniret, & ei nece foret, ſi juberet, totiens eum cum ſuis navigarent per jam nominatum Lacum, quocumque neceſſe ipſi vel ſucceſſoribus ſuis eſſet, cum ſuo, ideſt Abbatis ipſius vel ſucceſſorum ejuſ diſpendio. Alia eis Superimpoſita ut nullo unquam tempore fiat a prelibato Abbate vel ſucceſſoribus ejuſ, ſtatuit cum Sacerdotibus ſue Eccleſie, qui preſentes aderant, atque decrevit.

D Actum eſt autem hoc Anno Incarnationis Dominice Nongentefimo Nonageſimo Sexto, Pontificatus vero ſuprataxati Andree Archiepiſcopi Sexto, menſe Julio, Indictione VIII.

E Deſiderantur in apographo vetuſto Placiti hujus ſubſcriptiones. Immo notae ipſae Chronologicae, incuriã, ut puto, Amanuenſis foediſſime vitiatae deprehenduntur, quum ibi ſcriptum legatur hoc Anno Incarnationis Dominicae Nongentefimo Nonageſimo Sexto. Verum illud nonageſimo, repugnantibus calculis, intruſum, auferendum eſt, ſimiliterque deleto Sexto, ſcribendum Quinto, quum antecedens etiam Charta ita reſtituendum nos moneat. Hinc autem habes, praeſentibus ambabus hiſce Chartis, adjungendum eſſe catalogo Abbatum inſignis Ambroſiani Monaste-

P p

rii

rii *Gaidulfum* Abbatem, quem accuratissimus Puricellius in Monumentis Basilic. Ambrosian. aut ignoravit, aut dissimulavit. Fortassis eum terruit ab hoc Abbate admittendo immanis ille error Anni in membrana nunc producta nimium corrupti. Neque enim videtur oscitanter Chartas Ambrosiani Coenobii Puricellius esse perscrutatus ad ea tempora, quum in iis ipse repererit Anno DCCCCI. *Aripaldum*: tum Anno DCCCCX. *Regibertum*: atque Anno DCCCCXV. *Widonem*, singulos tam brevi annorum circulo Ambrosianos Abbates. Ad haec Notae Chronologicae praecedentis Placiti scripti Anno Imperii Domni Ludowici Imperatoris Quinto, mense Julio, Indictione Octava; scilicet Anno DCCCCV. negotium non leve facessere potuerunt eidem Puricellio. Et mihi eas consideranti, fautor, aqua haesit. Sigonius enim Lib.

A | 6. de Regno Italiae, Pagius in Critica Baronian. ad Annum DCCCCII. Leibnitius in Not. ad Panegyric. Berengar., & alii contendunt, Ludovicum III. Augustum, jurisjurandi antea praestiti oblitum, eodem Anno DCCCCII. à Berengario Rege per insidias oppressum Veronae, & excaecatum, uti auctor est Liutprandus in Histor. Lib. 2. Cap. 11. pro ingenti munere accepisse vitam, atque ex Italia festinum recessisse, quam postea nunquam repetierit. Vidi & ego Diplomata Ludovici III. in primis mensibus ejusdem Anni DCCCCII. data Ticini, tum alia subsequenti-  
B | bus ipsius Anni mensibus à Berengario I. Rege in eadem Civitate emissa. Atque heic unum proferre statui, quod in Tabulario Capituli Canonorum Regiensium sub oculis habui, incertus tamen, num autographum foret, cujus faciem prae se ferebat.  
C |

Berengarii I. Regis Diploma, quo Curtem Ripaltae Episcopo Regiensi confirmat, Anno 902.

**I**N nomine omnipotentis Dei aeterni. Berengarius divina ordinante clementia Rex. Si Sacerdotum Dei justis petitionibus aures nostrae serenitatis accommodamus, libenter credimus profectò ad aeternam nobis proficere beatitudinem. Quapropter omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrisque praesentibus scilicet & futuris, noverit solertia, Petrum egregium Praesulem sanctae Regiensis Ecclesiae, nostrumque fidelissimum, humiliter nostram adisse clementiam, petens quandam suam Cortem, quae Ripalta vocitatur, jam olim pertinentem de Regiense Comitatu, quam Lambertus noster antecessor cuidam Ingelberto per Praecepti paginam contulit, quam etiam postea praedictus Episcopus ab


D | heredibus ipsius per comparationis & confirmationis Cartulam acquisivit, ut per hoc nostrum confirmavimus praecipuum. Cujus dignam reclamque arbitantes petitionem, jussimus ei hoc nostrum fieri Pragmaticon, per quod suprataxatam Cortem cum omnibus adjacentiis & pertinentiis suis, servis, & ancillis, mobilibus, & immobilibus, quae dici aut nominari possunt, praelibato Petro Episcopo concedimus, & omnimodis jure proprietario confirmamus, ad habendum, tenendum, possidendum, vel quidquid sibi placuerit in omnibus faciendum, remota totius potestatis inquietudine vel minoratione: potestatemque habeat ordinandi, vendendi, commutandi, pro anima judicandi, seu quicquid



quid voluerit faciendi absque contraditione cujusque. Contra quod nostrae donationis & confirmationis praeceptum si quis aliquando insurgere tentaverit, aut infringere quaesierit, ut conatus ejus irritus fiat, sciat se compositurum viginti Libras auri obrizi, medietatem

A Palatio nostro, & medietatem saepe nominato Episcopo, aut cui ipse dederit. Ut hoc autem verius credatur, inviolabiliterque ab omnibus per futura tempora observetur, manu propria subter roborantes, de anulo nostro jussimus insigniri.

Signum Domni



Berengarii Serenissimi Regis

Petrus Notarius jussione Regia recognovi & . . . . .

Locus † Sigilli cerei deperditi :

Data XVI. Kalendas Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCII. Regni vero Domni Berengarii piissimi Regis XV. Indictione V.

Actum Palatio Ticinensi, quod est caput Regni nostri, in Dei nomine feliciter AMHN.

Hicce adde Diploma à me evulgatum in Dissertat. VII. de Comitibus Palatii. Quei ergo in praecedentibus Chartis exhibetur nobis Ludovicus III. Augustus, adhuc Anno Christi DCCCCV. in Italia regnans, & Andreas Archiepiscopus Mediolanensis se illius *Missum* appellet? Pagius autem multis arguit Baronium, Valefium, & Papebrochium, quod Ludovici III. Imperatoris funestum casum protrahant ad Annum DCCCCIV. immo & ad DCCCCV. Liceat heic mihi, quamquam alio properanti, continere gressum, & aliquid lucis, si fieri potest, tenebrae eorum temporum Historiae adferre. Mea igitur sententia est, sat firmam stare sententiam Pagii, atque eorum, qui tradunt, Ludovicum Arelatensem An-

B no DCCCCII. ex Italiae possessione excidisse. Non negligendum tamen examen aliquot Chartarum, quae seri-  
C rius illam rerum mutationem accidisse indicant, & expendendum, an illae falsi sint insimulandae. Multa in nocte jacet Italica Historia illius temporis, fierique potest, ut belli tunc peracti vices ignoremus. Nam quod Anno DCCCCII. uterque Princeps unus post alterum Ticini Diplomata dederit, occurrantque etiam Diplomata, quibus ego in hisce Dissertationibus suum locum statuam, data à Berengario Rege Anno DCCCCIV. Veronae. Immo & in Urbe Ticinensi eodem Anno DCCCCIV. uti constat ex Diplomate à Mutinensibus Canonicis adservato. Par Anno ipso datum Canonici Regienses possident.

Sunt & alia ab eodem Berengario emissâ Annis DCCCCI. DCCCCII. & DCCCCIII. Sed quid si haec ostendant, aeam belli per aliquot annos inter aemulos Reges ancipiti Marte stetisse; & nunc istum, nunc illum praevaluisse, divisumque & fluctuans Regnum in ea concertatione fuisse? In praecedenti quoque Differt. XIII. Berengarii Diploma vidimus datum Veronae X. Kal. Septembris Anno Ch. DCCCCI. Verum Anno DCCCCV. in partes Ludovici fortuna concessisse, atque is per totum saltem Julium mensem in Italia sibi subjecta pacifice moratus, depresso penitus Berengario, imperium exercuisse videtur. Jam Rubeus Lib. 5. Histor. Ravenn. ad Annum DCCCCV. tabulas publicas sibi Ravennae visas laudarat, in quibus *Sergii Pontificis Annus Secundus, Hludovici Caesaris Quartus scribitur, Indictione Octava, Idibus Julii*. Legendum ibi Ludovici Augusti *Annus Quintus*. Viden, ut ex Ravennate Charta astatim confirmetur Mediolanensium Chartarum sententia? At inquit Pagius ad Annum DCCCCIII. cui non ignotae fuerunt Rubei tabulae, Ludovici exauctorati nomen & annos, vel post ejus calamitatem, & restitutum Berengario integrum Italicum Regnum, Romae & in Exarchatu Ravennate fuisse numerata, quod *Berengarius Rex tantum Italiae fuerit*, & Roma, atque Exarchatus tunc nullâ ratione penderent ab Italico Regno. Verum ne sic quidem vim teli

A Pagius evadet; eo siquidem tempore Exarchatus revera Italicis Regibus suberat, atque ego ipse alibi adferam Diplomata ab ipso Berengario Ravennae conscripta. Sed ut rem paucis conficiam, Campius in Historia Eccles. Placentin. Tom. 1. pag. 480. tabulas refert, electionem Guidonis Episcopi Placentini complectentes, & scriptas *Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCCIII. Indictione Octava, imperante Domino Hludovico serenissimo Imperatore, Anno Quinto*. Mensis nulla haec mentio, fierique potest, ut ad postremos Anni DCCCCIV. Menses Charta sit referenda, inchoatâ videlicet *Indictione VIII*. Attamen veri mihi videtur similis, excidisse Campio legenti unitatem in Annis Epochae vulgaris, & scribendum *Anno DCCCCIII*. Quo ipso & Indictione VIII. & Anno V. Ludovici Imperatoris jam vidimus scriptas Chartas Ambrosiani Coenobii. Quod plus est, dum Ticini olim effem, curante P. D. Gaspare Beretto Monacho Benedictino, celebri ob eruditionem suam Professore in Gymnasio Ticinensi, & singulari amico meo, inter plura pervetusta Diplomata authentica, quae mihi describenda obtulerunt sacrae Virgines antiquissimi Monasterii Sanctae Mariae Theodotae, nunc *della Posterla*, duo praecipue ejusdem paene tenoris exscripsi, quae apposite in praesentem controversiam cadunt. Eorum alterum accipe.

Donatio Insulae, quae appellatur Horto, facta Monasterio Ticinensi Sanctae Mariae Theodotae à Ludovico III. Imperatore, Anno 905.

**I**N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Hludovicus divinâ favente clementiâ Imperator Augustus. Si circa servos & ancillas Dei in venerabilibus locis famulantes aliquid nostrae munificentiae donum conferimus, & apud Deum veniam promereri, & Regni nostri statum divinâ ope fulciri non ambigimus. Omnium igitur fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium scilicet & futurorum noverit industria, qualiter Isahac Sanctae Gratianopolitanensis Ecclesiae venerabilis Episcopus, ac Leo Graecus, ac etiam Scirradus, strenuissimi viri, nostrique dilectissimi, nostram adeuntes majestatem enixius postulaverunt, quatenus pro mercede & remedio animae nostrae, parentumque nostrorum, quandam Insulam, quae dicitur Horto, pertinentem de Curte nostra Marinco, coherens ei ex una parte fluvio, qui nuncupatur Burmia, & ex alia parte Rivofrigido, & de uno capite Pratum Regis, Monasterio Sanctae Dei genitricis Mariae, quod nuncupatur Theodotae, situm in Urbe Ticinensi, ubi nunc praesse videtur Rixinda Abbatissa, per Praeceptum munificentiae nostrae jure proprie-

**A**tario perpetualiter concederemus. Quorum precibus assensum praebentes hoc serenitatis nostrae Praeceptum fieri decrevimus, per quod praesatum Monasterium sanctae Dei genitricis Mariae, quod dicitur Theodotae in Urbe Ticinensi, ubi nunc praesse videtur Rixinda Abbatissa, eandem Insulam in integrum futuris temporibus absque ullius contradictione aut diminutione possideat, atque perhenniter teneat; potestatemque habeat praelibatum Monasterium Sanctae Dei genitricis Mariae tenendi, fruendi, &, si oportuerit, commutandi, ac etiam, sicut de aliis rebus propriis ejusdem Monasterii, faciendi, remotâ totius publicae potestatis inquietudine. Si quis verò, quod non credimus, contra hoc nostrae concessionis ac donationis Praeceptum in aliquo violare aut inrumperet, ac etiam diminuere temptaverit, noverit se compositurum auri optimi Libras triginta, medietatem Palatio nostro, & medietatem praesato Monasterio Sanctae Dei genitricis Mariae. Et ut verius credatur ac diligentius ab omnibus observetur, manu propria subter roborantes, anuli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domni

**POE**  
**LIZ**

Hludovici serenissimi Imperatoris Augusti.

Arnulfus Archicancellarius jubente Domno Hludovico Imperatore relegi & subscripsi.

Locus Sigilli † cerei deperditi.

Datum Pridie Nonas Junias, Anno Incarnationis Dominicae DCCCCV. Indictione VIII. Anno V. Imperante Domno Hludovico gloriosissimo Imperatore in Italia.

Actum Ticinensis in Dei nomine feliciter. Amen.

Vise-

Visebatur adhuc in membrana locus Sigilli cerei deperditi. Illud tantummodo peregrinum mihi visum est, quod *Arnulfus* (si quidem recte legerim) *Archicancellarius* ibi appellabatur, quum certum sit, ipsum alibi occurrere solo *Cancellarii*, aut *Notarii* titulo insignitum, & eo tempore *Archicancellarii* munus commissum foret *Liutuardo Episcopo Novocomensi*, quem *Ughellius* nimis supine rebus humanis defunctum nobis obtrudit ad

A | Annum DCCCCI. eumque postea (ex cogitato *Luitardo II.*) nobis reditum exhibet, & ad plures raptum Anno Christi DCCCCXVIII. Quomodo explicanda haec sint & componenda in *Ticinensi Privilegio*, alii viderint. Alterum interea prodeat illic adhuc adservatum, & cuncta, quantum quidem judicare potui, legitimae antiquitatis signa prae se ferens, nisi quod minime adnotavi, qualia ibi forent signa Sigilli deperditi.

Alterum Diploma, sed non sine diversitate, ejusdem Donationis factae à Ludovico III. Augusto, Monasterio Sanctae Mariae Theodotae, Anno 905.

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Hludovicus divinâ favente clementiâ Imperator Augustus. Si circa servos & ancillas Dei in venerabilibus locis famulantes aliquid nostrae munificentiae donum conferimus, & apud Deum veniam promereri, & Regni nostri statum divinâ ope fulciri non ambigimus. Omnium igitur Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum noverit industria, qualiter *Ishac Sanctae Gratianopolitanensis Ecclesiae venerabilis Episcopus*, & *Adelelmus inclytus Comes*, nostri dilectissimi *Consilarii*, nostram adeuntes clementiam enixius postulaverunt, quatenus pro mercede & remedio animae nostrae, parentumque nostrorum, quandam *Insulam*, quae dicitur *Horto*, pertinentem de *Curte* nostra *Marinco*, coherens ei ex una parte *Rivofrigido*, & de uno capite *Pratum Regis*, & terram arabilem, quae nominatur *Anglare*, pertinentem de ipsa *Curte* nostra *Marinco*, coherens ei de una parte *Terra Sancti Martini*, de alia parte *Burmia*, de tertia parte fossato de *Roveroto*, de quarta parte *Prato*

C | de *Alvi* coherens etiam ei ex una parte *fluvius*, qui nuncupatur *Burmia*, & ipsa jam dicta aqua *Burmia* à capite *Insulae*, quae dicitur *Horto*, usque in fine *Insulae*, quae dicitur *Anglare*, *Monasterio Sanctae Dei genitricis Mariae*, quae nuncupatur *Theodotae* sita in *Urbe Ticinensi*, ubi nunc praesse videtur *Risinda Abbatisa*, per *Preceptum* munificentiae nostrae jure proprietario perpetualiter concederemus. Quorum precibus assensum praebentes, hoc *Serenitatis* nostrae *Preceptum* fieri decrevimus, per quod praefatum *Monasterium Sanctae Dei genitricis Mariae*, quod dicitur *Theodotae*, in *Urbe Ticinensi*, ubi nunc praesse videtur *Risinda Abbatisa*, eandem *Insulam*, quae dicitur *Horto*, & terram arabilem, quae nuncupatur *Anglare*, pertinentes de *Curte* nostra *Marinco*, atque jam dictam aquam *Burmiam* à capite *Insulae*, quae dicitur *Horto*, usque in finem *Insulae*, quae dicitur *Anglare*, in integrum futuris temporibus absque ullius contradictione aut diminoratione possideat &c. ut in altero *Diplomate*.

Signum Domni

Hludovici serenissimi Imperatoris Augusti.

*Arnulfus Notarius ad vicem Liutuardi Episcopi & Archicancellarii recognovi relegi.*

*Datum Pridie Nonas Junias, Anno Incarnationis Dominicae DCCCCV. Indictione VIII. Anno V. Imperante Domino Hludovico glorioso Imperatore in Italia.*

*Actum Papiæ in Dei nomine feliciter. Amen.*

Haec omnia cohaerent, & nihil mihi occurrit, quod bene non fe-  
deat. Suspiciari ambo haec Diploma-  
ta conficta, nefas. At positâ eorum-  
dem, vel saltem unius sinceritate,  
ad quam confirmandam concordî or-  
atione confluunt Chartae Mediola-  
ni, Ravennae, ac Placentiae conscri-  
ptae; agnoscere jam possumus, Lu-  
dovicum Bosonis filium, Augustum,  
nequaquam Anno DCCCCII. oculo-  
rum beneficio privatum, & inrevo-  
cabili ruina deturbatum ab imperio  
& possessione Italici Regni: quam  
sententiam viri doctissimi nuper mor-  
dicus tuebantur. Itaque illius cala-  
mitas ad Annum DCCCCV. referen-  
da videtur. Opinari verò cogimur,  
eo ipso Anno (fortassis Aprili aut  
Majo decurrente) Berengarium Re-  
gem sive fractum in aliquo proelio,  
sive quod viribus imparem se senti-  
ret, cessisse Ludovico Augusto, Ti-  
cinoque & Veronâ dimissis solum  
vertisse. Quare intelligas, recte con-  
signatam fuisse catastrophem hanc a-  
pud Annalîstam Saxonem à Clariss.  
Eccardo editum Tom. I. pag. 236.  
Corpor. Historic. Haec enim sunt e-  
jus verba ad Annum ipsum DCCCCV.  
*Ludovicus Imperator dictus, filius Bo-  
sonis, Italiae Regnum, expulso Beren-  
gario, obtinens, & nullum resistere*

B *posse vel audere videns, de securitate,  
praesumpsit; quae pacis & quietis sunt,  
cogitare coepit; absoluto exercitu cum  
perpaucis Veronam, adhortante Adalbar-  
do ipsius Episcopo, intravit. Quod Ci-  
ves Berengario in Bavaria exulanti  
summâ festinatione norum fecerunt. Ille  
nil moratus, contractis copiis, Veronam  
venit: & qui parti ejus favebant, por-  
tas aperuerunt. Nocturno tempore intra  
muros receptus improvidum virum dolo  
cepit, luminibusque privavit, & Re-  
gnum Italiae obtinuit. Sed ut hoc  
tandem moneam, tota isthaec ora-  
tio Annalîstae Saxonis desumpta est  
totidem paene verbis ex Chronico  
Reginonis, qui in Libris editis rem  
peractam Anno DCCCCIV. narrat.*  
D *Veri videtur similis, luxatum, cor-  
ruptumque haberi in editis Regino-  
nis textum, atque illius narrationem  
de excoecato Ludovico spectare ad  
Annum DCCCCV. ut purgatiores  
Codices ab Annalîsta Saxone visi si-  
dem faciunt. Adde etiam Chroni-  
con Reicherspergense à Gewoldo e-  
ditum, & à Ludewigio recusum, u-  
bi ad Annum DCCCCV. haec ea-  
dem Ludovici III. tragedia consi-  
gnatur, Reginone ipso huic Scripto-  
ri facem praeferente. Et iisdem qui-  
dem diebus florebat, suamque Hi-  
storiam scribere pergebat Regino, te-  
llis*

ftis propterea ceteris praeferendus. Julio autem Mense, aut Augusto e-  
jusdem Anni DCCCCV. rursus Re-  
gno potitus fuisse videtur Berenga-  
rius. Cujus rei indices adferam ge-  
minas ejus tabulas, quas autogra-

A phas sub oculis habui Veronae, ad-  
servatas in vetustissimo Monasterio  
Sanctae Mariae ad Organum, nunc  
ad Monachos Olivetanos spectante.  
Ambas in commune commodum pro-  
dere juvat.

Berengarius I. Italiae Rex quosdam Manentes Fontegio, qui &  
Amizo, fideli suo donat, Anno 905.

**I**N nomine omnipotentis Dei aeterni.  
Berengarius Rex. Noverit omnium fi-  
delium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorum-  
que praesentium scilicet ac futurorum in-  
dustria, quoniam per interventum & pe-  
titionem Berthilae dilectissimae Conju-  
gis & consortis Regni nostri à Deo  
nobis collati, concedimus cuidam fideli  
nostro Fontegio, qui alio nomine A-  
mezo vocatur, quosdam Manentes Re-  
gni nostri, duos in Villa, quae dici-  
tur Ruveriones, & unum in Aspe:  
pertinentes de Comitatu Veronense non  
longe à Monasterio Sanctae Mariae in  
Gajo; cum omnibus adjacentiis & per-  
tinentiis eorum, jure proprietario, casis  
videlicet, terris, vineis, campis, pra-  
tis, pascuis, silvis, salectis, aquis, a-  
quarumque decursibus, arboribus pomife-  
vis & imponiferis, seu cum omnibus,  
quae dici vel nominari possunt ad jam

**B** dictos Manentes pertinentibus, vel per-  
tinere debentibus in integrum, de nostro  
jure & dominio in ejus jus & domi-  
nium modis omnibus transfundimus &  
perdonamus jure proprietario. Potestatem-  
que habeat tenendi, possidendi, pro ani-  
ma judicandi, alienandi, vendendi, com-  
mutandi, seu quicquid voluerit ex omni-  
bus faciendi, remota totius potestatis in-  
quietudine vel minoratione. Si quis igitur  
C contra hoc nostrae donationis & con-  
cessionis Praeceptum insurgere aliquando  
temptaverit, sciat se compositurum decem  
Libras auri optimi, medietatem Camerae  
Palatii, & medietatem jam dicto Fon-  
tegio, suisque heredibus, aut cui ipse  
dederit. Ut hoc autem verius credatur,  
D ab omnibusque diligentius observetur, ma-  
nu propria firmantes, anuli nostri im-  
pressione subter jussimus insigniri.

Signum Domni



Berengarii Serenissimi Regis.

Ambrosius Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi & Archicancellarii recognovi  
& subscripsi.

Locus Sigilli ❄ cerei deperditi.

Data II. Kalendas Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCV. Regni  
Domni Berengarii piissimi Regis XVII. Indictione VIII.

Actum Tusles in Dei nomine feliciter. Amen.

Qui

Qui heic *Manentes* appellantur, *Ducangio*, veteres *Scriptores* sequuto, sunt homines, qui in solo alieno manent, unde invito domino eis recedere non licet. Isti *Manentes* praestant ali-

A quando certos reditus, & praestant certa servitia. De *Manentibus* infra erit sermo. Interim en alterum *Berengarii* Diploma.

**Præceptum Berengarii I. Italiae Regis, per quod quosdam Massariolos, censum, & campum donat Odelberto Presbytero, Anno 905.**

**I**N nomine Domini Dei omnipotentis aeterni. Berengarius divina misericordiam Rex. Qui Sacerdotibus &c. Ardingum reverentissimum Episcopum, summumque Cancellarium & dilectissimum fidelem nostrum suppliciter nostram exorasse clementiam, quatenus quosdam Massariolos juris Regni nostri, sitos in Comitatu Veronensi, in Valle scilicet Veriaco, in locis, ubi dicitur Sorriago & Vico Mortuorum, ubi nominatur sub- tus Callem, de Curte nostra pertinentes, quae Lazefes vocitatur, cum universis

B ad eosdem Massariolos respicientibus ex integro, nec non & censum, qui de molendinis Spiculo nostrae Regiae parti annue solvebatur, quod est solidos duos: seu & campum quandam pertinentem de jam dicto Comitatu situm infra ipsum Vicum Mundonis, pro Dei amore & remedio animae nostrae cuidam Presbytero Sanctae Veronensis Ecclesiae Odelberto C jure proprietario modis omnibus concedere dignavemur. Cujus precibus &c. ut in altero Diplomate hujus ipsius anni, supra mox descripto.

Signum Domni

**B S  
L N E**

Berengarii Serenissimi Regis.

Ambrosius Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.



Data Kalendis Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCV. Domni vero Berengarii Serenissimi Regis XVIII. Indictione VIII.

Actum Tulles in Christi nomine feliciter. Amen.

Tom II.

Q q

Massa-

*Massarioli* appellantur praediola, eorumque mentio est in aliis Berengarii ipsius Chartis. Viderit Lector utrumque Diploma *Atum Tulles*. Quo in loco foret haec Villa sive Curtis, si quis fortasse rescire cupit, ne Tullum Galliae Belgicae Civitatem ad Mosellam fluvium sitam heic excogitet, sed noverit, in altero ejusdem Regis Diplomate memorari *terram adjacentem infra Civitatem Gar-*

*densem* (animadvertente Gardam olim Civitatem, unde postea nomen *Laci Benaco il Lago di Garda*) *subtus Castro pertinentem de Corte, quae dicitur Tulles, necnon de Veronensi Comitatu*. Ipsum Diploma descripsi ego ex archetypo, existente in nobilissimo Veronensi Monasterio Sancti Zenonis, atque heic apponere mihi visum est.


Berengarii I. Regis Diploma, quo nonnullas terras donat Monasterio Sancti Zenonis Veronensis, Anno 904.

**I**N nomine omnipotentis Dei aeterni, Berengarius divina favente clementia Rex. Si Ecclesiis Dei, venerabilibusque locis augmentum nostrae munificentiae impertiri satagimus, profecto nos aeternae beatitudinis gaudia nobis proficere non ambigimus. Quapropter omnium fidelium Sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit universitas, Anselmum insignem & gloriosum Comitem, dilectissimumque nostrum Cancellarium, humiliter nostram exorasse clementiam, quantum pro Dei omnipotentis amore, animaeque nostrae remedio Monasterii beatissimi egregiique Pontificis atque Confessoris Christi Zenonis terram quandam adjacentem infra Civitatem Gardensem subtus Castro in tribus locis positam, pertinentem de Corte, quae dicitur Tulles, nec non de Veronensi Comitatu, concedere per nostri Precepti paginam dignaremur. Cujus ratam estimantes petitionem jussimus hoc nostrum fieri Preceptum, per quod jam dictam terram, in primo videlicet loco prope ripam Laci Benaci per longum perticas . . . . . ditis pedibus sex, quae pretenditur latum pedes XII. ex uno quidem latere via publica, ex alio ripam jam dicti Laci, ex transversus jura

*Aeclesiae Sanctae Mariae ac Guidonis Presbyteri. In secundo igitur loco ibidem terrola quae habet per longum perticas V. additis pedibus VI. Est quidem in latitudine perticas III. adhaerentes ex uno latere via publica, ex alio terra item publica, ex transversus jura S. Zenonis ac Sigoaldi. Item in tertio loco ibidem terrola habentem per longum perticas sex, in latitudine perticam unam additis pedibus X. ex uno latere via, ex alio terra publica assistente, ex transversus Autkerii Subdiaconi, atque jura Regis; super totum numero tabule XXX. Addimus etiam eidem Aeclesiae totum superiorem Montem Gardae, qui preminet praedictae Civitati Gardensi, cum aliis montibus sibi adjacentibus nostro juri pertinentibus: & terras ad radicem Montis ab Oriente, quae positae sunt juxta viam pertinentes de jam dicta Corte in integrum cum omnibus ad se pertinentibus concedimus, & de nostro jure dominioque in ejus jus dominiumque transfundimus, & jure proprietario largimur ad habendum, tenendum, possidendum, ordinandum, vel quicquid voluerit faciendum, nostra Regia auctoritate, absque alicujus hominis contradictione vel minoratione. Si quis igitur, quod non credimus &c.*



Signum Domni



Berengarii Serenissimi Regis.

*Ambrosius Cancellarius ad vicem Ardingi Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.*

Locus Sigilli ✠ cerei cum effigie Regis & epigraphe, ut supra in praecedenti Diplomate.

*Data pridie Nonas Aprilis, Anno Dominice Incarnationis DCCCCIII. Regni vero Domni Berengarii piissimi Regis XVII. Indictione VII.*

*Actum Veronae, in Dei nomine feliciter. Amen.*

Veronae, uti animadvertere potuisti, Berengarius pacifice regnabat Anno DCCCCIV. Pridie Nonas Aprilis. At postea ipsum inde fuisse exturbatum à Ludovico III. Augusto, persuadere possunt monumenta, quae protuli, ita ut Junio Mense Anni DCCCCV. idem Ludovicus Veronae ipsi dominaretur. Atqui cadente Julio Mense, & Augusto ineunte Anni DCCCCV. Berengarius Rex, uti ex duobus praecedentibus Diplomatis accepimus, versabatur prope ripam Lacus Benaci in Curte Tullis, & erga familiares suos Regiam munificentiam exercebat. Aut ergo jam tum Ludovicum Augustum aemulum deiecerat, aut ad eum opprimendum ex Norico, sive Bajoaria clam per Benacum descendebat. Atque haec adnotata hucusque ipse volui, ne quis Berengarii tabulas cum praecedentibus Ludovici III. Imperatoris pugnare opinetur. Postremo tandem loco monitum Lectorem volo, me haec disce-

A ptandi tantum causâ proposuisse, atque ut materiem majori otio fruentibus praeberem ad haec diligentius perpendenda. Nam & infra in Dissert. XXXIV. de Diplomate. Praeceptum adferam ejusdem Berengarii, datum Curte Olonna, scilicet in agro Ticinensi Anno Ch. DCCCCV. XV. Kal. Julii Indict. Nona, quod cum jam dictis pugnat. Sed ibi scribendum puto Anno DCCCCVI. Erunt tamen & alia ab hisce calculis discordantia. Quaeenam vero falsi arguenda sint, aliorum judicio reservatum volo. Vide etiam Diploma ejusdem Berengarii in Dissert. XVIII. de Republica. Nunc è diverticulo in semitam regrediamur.

C Atque haec petentem mihi fingo, quid olim *Condumae* aut *Condomae* fuerint, quarum quum in antiquis Chartis mentio saepe occurrat, propterea non est negligenda inquisitio. Nomen certe ac rem fateamur oportet, ali- quibus adhuc tenebris obsitam; at-

men unum sane constabit, nempe ab accurata rei inspectione defecisse hactenus doctissimos viros, qui hanc vocem interpretandam susceperunt. Ducangius in Glossar. Latino ad vocem *Condamina* auctor est, *Condumae* appellatione significari agrorum *σπίρκετος*, idest unionem, sive Massam. Et sane Papias Grammaticus ita sensit scribens: *Conduma, domus cum curia, & ceteris necessariis*. Alia exempla profert Ducangius. Verum Papias à sono vocis fortasse deceptus (quum *Condoma* saepius occurrat) nihil aliud quam *domum* eà voce signari est opinatus, ac in eandem sententiam Ducangium traxit. Sed & La-Cerda in Adversar. Sacr. Cap. 42. num. 10. *Conduma*, inquit, *locus est laxationi corporis assignatus, dictus à dumetis*. Mirum in modum eruditus Scriptor hariolatur; quod & Macri fratres in Hierolexico fecere, *Condumam* appellantes *Praedium dumis repletum*. Non enim loca, non praedia *Condumae* fuerunt, sed Viri & Feminae Servilis conditionis, in domo ac praedio sibi traditis habitantes. *Familiam* quoque *Servorum* nomen hoc olim indicavit, sive *Casatam*, ut alii appellare consueverunt. Nam quod Gregorii M. Epistolam XX. Lib. XI. (olim Lib. IX. Epistol. XIV.) laudant, ea ipsa illorum sententiam jugulat. *Experientiae tuae* (ita ille scribit ad Gregorium Scholasticum) *nos praecepisse recolimus, ut quia reverendissimus frater & Coëpiscopus noster Calumniosus necessitatem se de solatiis asseruit sustinere, unam illi de jure Ecclesiae deputare Condumam debuisses*. Monachi Benedictini in Notis ad hanc Epistolam inquirunt: *Conduma est Massa seu praedium Ecclesiae. In dote Oratorii seu Ecclesiae Monasterii ponitur Conduma supra Lib. X. Epistol. XVIII. infra Lib.*

A XII. Epistol. XI. *Condumam Ecclesiae Remensis, cui nomen erat Tudiniacus, memorat Hincmarus in vita beati Remigii*. A scopo declinarunt & ipsi. Progreditur Gregorius M. his verbis: *Sed quia Conduma ipsa vineolam parvam juris ejusdem Ecclesiae nostrae tenere dicitur, & ipsam sibi pariter vineolam petit debere locari &c.* Docti B illi Viri tenere pro *complete* sunt interpretati: sed revera nihil aliud significat, nisi *Condumam* illum, idest Servum, excolendam suscepisse vineam ad jus Romanae Ecclesiae spectantem. Si *Conduma* praedium aut Massa fuisset vineolam complectens, cur traditâ *Condumâ* non & tradita simul vineola pars illius fuisset? Rursum idem Gregorius Lib. XII. Epistol. XI. novae editionis, memorat pro dote Oratorii *fundos campulos cum Conduma una, boves domitos parvum unum &c.* Et Lib. XIII. Epistola XVI. percepta primitus donatione legitima, idest *Conduma una, boum par unum &c. in fundo Gressiano uncias octo; in fundo Staciani uncias octo &c. fundum Paterni in integro &c.* Vident, ut fundos, idest agros, à *Conduma* & *bobus* distinguat Gregorius? Sed quod certiores nos facit, *Condumas* utriusque sexus homines fuisse, eosque Servilis (nescio an & Aldiarii) generis Vulturensis Coenobii Chronicon est, quod Part. II. Tomi I. Rer. Italicar. evulgavi. Ibi pag. 363. Anno DCCLXXVIII. Arichis Beneventanus Dux Vulturensibus Monachis donat aliquot *Condomas*, idest *Barciolus cum germanos suos, simul & nepotes, cum uxores, noras, filios & filias. Nec non & Condomas, nomine Ronciolus, tam simul cum suos germanos &c. simul & Merolo, quam & Justo consobrinos Roncioli, cum suas uxores, filios & filias.* Alterum Diploma

ploma Liutprandi Beneventani Ducis Anno DCCXLVII. datum legitur in eodem Chronico Vulturnenfi pag. 374., ubi occurrit *Condoma nomine Dodone cum uxore, filios & filias suas, vel cum integra eorum pertinentia; & Condoma nomine Candolus &c. & Condoma nomine Mauro &c.* Alios praetereo ibi recensitos sub *Condomae* titulo. Ita in Sichenolfi Salernitani Principis Praecepto pag. 392. ejusdem Chronici haec habemus: *Narraverunt nobis, ut rem illam, quam ego dare volebam, fuisset appretiata auri Solidos mille quingentos absque Condomas duas cum filiae suae, qui inde sunt pertinentes, idest Rodepertus cum uxore sua, & tres filiae suae, & Dominoaldus cum uxore, & una filia sua.* Quare tandem tenemus, quid *Condomae* fuerint, homines videlicet tam mares, quàm feminas, alicui praedio addictos, & Domino praedii obnoxios; immo ex his, quae haecenus attulimus, *Condoma* appellata etiam videtur *Familia* ejusmodi *Colonorum* alicui inservientium.

Obstare tantummodo non negem Chartam Anno DCCLXVI. exaratam, atque in supra laudato Chronico pag. 394. evulgatam, ubi se offerunt *Condomae* duae, una quae regitur per *Crispulo, Murriculo, & Maurisso germanis, cum uxore, filiis &c. cum omnia quantum ad manus suas habere visi sunt in ipsum locum Patenaria.* Sed & ista interpretari de *Familia* possumus, quam illi tres germani regerent, quum infra legatur: *Condoma in Missano, idest Lagaro, & Alari, seu Manusus cum uxore, filiis & filiabus, & omnia eorum pertinentia.* *Condoma in Casale Crissano Maroaldus cum uxore &c. Condoma in Casale Ve. Ticano Subiolu, Trafoaldus, Guettolus cum uxoribus, filiis, filia-*

*bus &c.* Verba haec iterum *Familias* fundis illis mancipatas indicare videntur. Fortassis autem *Condomae* (potius quàm *Condumae*, ut est in *Literis Gregorii Magni*) nuncupati sunt homines ii, quod sub una domo conviverent: qua ratione apud veteres etiam *contestalis* occurrit. Porro fuerintne *Condomae* *Servorum*, an *Aldiorum*, aut alterius generis *Liberorum* familiae, tandem petatur. Non satis perspicua sunt, quae habet *Charta Anni DCCC.* in eodem Chronico Vulturnenfi pag. 377. *Praeter Servos & Ancillas Meas cum suis cespitibus, quos volo, ut Liberi permaneant, & Condoma nomine Calbotum, cum cespite suo, qui resident in Punianellu.* Non enim *Servi* tantum, sed & *Aldii, Manentes*, aliique *Coloni*, una cum uxoribus ac liberis obnoxii erant *Domini* praediorum, quos excolebant, & pro quibus censum reddebant. Praeterea ex *Aistulfi Langobardorum Regis Lege 3.* novimus, *Libertos cespitibus* fuisse addictos, & hoc idem de *Servis* legimus. Majorem tamen lucem mutuabimur ex postremis tabulis *Sancti Bertichramni Cenomannensis Episcopi*, Anno Christi DCXV. scriptis, & à *Mabillonio* inter vetera *Analecta*, à *Papebrochio* in *Actis Sanctorum* ad diem 6. Junii editis. Ibi *Sanctus Praesul.* ait: *Mibi convenit, ut de quantiscumque Villis Sanctae Basilicae Domni Petri & Pauli heredis meae delegavi possidendas, ut singulos Condomas* (Animadvertite masculini generis *Condomas*. Et alibi fortasse idem occurrisset, si veterum Codicum fidem diligentius sequeremur, neque facile, quae non intelligimus, immutaremur) *de unaquaque Villa, qui nitidiores esse noscuntur, & nos vel Basilicae sanctae fideliter deserviant, volumus nomina eorum in una Epistola*

conscribere, ut integro relaxentur à Servitio &c., & ingenuitas status illorum sub defensione ipsius Abbatis debeat perpetualiter perdurare. Servos manumittendos heic plane videre mihi videor. In quam etiam opinionem congruunt quae supra attulimus ex Chronico Vulturvensi, & ex Gregorii Magni Epistolis, ubi agitur de *Conduma una cum jugo boum, & praedio pro dote Oratorii statuenda*. Mos enim olim fuit, eumque postea Ludovicus pius Augustus in suis Capitularibus firmavit, ut singulis Ecclesiis dotis causâ unus saltem Mansus terrae tribueretur cum uno aut duobus *Mancipiis*. Sed quod controversiam omnem tollere potest, adi Chronicon Beneventani Monasterii Sanctae Sophiae, ab Ughellio editum Tom. 8. Ital. Sacrae. *Condomae* in antiquis illius Coenobii Chartis saepissime memorantur, ac praecipue in *Judicato Arichisi Beneventani Ducis pag. 617. primae editionis*, ubi Dux sibi nuntiatum ait, quod *Condoma, quam bonae recordationis Domna Theoderada cum Domino Gisolfo filio suo obtulerunt in praedicto Monasterio; quae habitare videtur in Prata, Zacharias, qui fuit Abbas, contra Canonicam regulam liberavit (forte libertavit) sicque modò se à suo Servitio subtrahere quaerunt. Nos dum talia audissemus, jussimus ante nostra vestigia ipsos homines, idest Coelestinum, Lupum, & Ursum &c. & inquisivimus eos, pro qua ratione se à servitio ipsius Monasterii subtraherent. Respondent ii inter cetera: Servi exinde fuimus. Zacharias Liberos nos constituit &c.* Quum deprehenderentur sacri Canones, & Liutprandi Leges adversari actis Zachariae Abbatis, rursus illi homines in Servitutum rediguntur. Item in *Diplomate Arichis Ducis* memorantur *Condomae Impro-*

A *nellae; hi sunt filii Aroaldi Servi nostri, quas Stephanus Stratos (lego strator, hoc est Marpahis) per Praeceptum falsum liberavit. Fortasse tamen aliquid discriminis inter vulgares Servos & Condomas intercessit, nam Gisolfus Dux eidem Monasterio largitur substantiam Auroaldi, casas, domos coltas, Condomas, Servos, & Ancillas.*  
 B *Condomae voce Servi tantum Massarii designati fortasse fuerint. Saepissime etiam legitur in ejusdem Coenobii Beneventani Chartis Conaoma Casa, quae regitur per Fuscum, per Maurinum &c. Immo in Diplomate primo Arichis Dux donat Correm (lego Cortem) in Lucania loco, qui dicitur Quatra, ad Condomas (fortassis ac Condomas) duodecim, quae haec sunt. Casa, quae regitur per Formosum &c. Casa, quae regitur per Marcum &c. Confer quae supra attuli è Chronico Vulturvensi. Ergo Condomae appellatae etiam fuerant mancipiorum Colonorum Familiae, quibus sua erat Casa cum agro, ipsorum operâ excolendo. Servi casati, quorum meminit Carolus Magnus in suis Capitularibus, meminerunt & alii, parum aut nihil à Condomis distare videntur. Sed tempus progrediendi est.*

Non exiguum commodum, simulque emolumentum olim fuit Dominis Servos homines habere. Nostrorum temporum famuli in Italia, scilicet homines liberi, quidquid lucri ex Dominis, aut ex propria industria corradunt, totum sibi suisque filiis habent: & quoties eos cupido incessit, Hero priori relicto, alterum, immo novos quarto quoque die sibi eligunt; metu autem soluti Dominos interdum non satis reverentur, raroque ad eorum servitium sollicitè animum intendunt, quod objurgati aut castiga-

castigati, apud patientiorem lenioremque Dominum, majorem sibi agendi libertatem conquirere possunt. Contra olim quaecumque Servus parsimonia, negotio, aliisque artibus acquirebat, Domino acquirebat. Si quos procreabat filios, & istos Domino procreabat. Domum, praedia, ac officia, quibus destinabatur, invito Hero deferere nefas ei fuit. Pecantes in ministerio, inobedientes, fugaces distringere, hoc est castigare, proprio Domino licuit. Ii vero quanto poterant studio, plerumque colebant Dominum, desiderio & spe ducti impetrandae demum Libertatis. Attamen ex hujusmodi Servorum usu non levia Dominis incommoda consequuebantur. Pretio comparandi erant, quod ob eorum mortem, aut aegritudinem pertinacem, aut fugam peribat. Si qua crimina capitalia Servus perpetrabat, multam crimini impositam pro Mancipio Dominus exsolvere cogebatur. Fugientes perquirere, ac domum revehere, litium, curarum, & expensarum non leve seminarium fuit. Hac de re sunt multae Romanorum, Langobardorum, aliarumque gentium Leges. Et de iis restituendis fere semper cavebatur in pactis inter Principes initis. Negantes autem se Servos ac refractarios, coram Judice evincere, & ad *servitium*, ut aiebant, *republicare*, molestum simul & dispendiosum fuit. Ad haec diversorum Dominorum Servi et Ancillae conjugia inibant, quae dirimere non licebat, ut habetur in Lege 129. Caroli Magni, & Dominis suis servire nihilominus ii cogebantur. Reliqua incommoda praetereo, illud potius additurus, haec praeter alia in causâ fuisse, cur sensim Servorum usus olim decrescere coeperit, atque in defuetudinem tandem abierit. Po-

A tiffimum tamen ad hunc morem è medio tollendum confluisse puto intestina bella, quae Saeculo Christianae Aerae XI. & subsequenter universam Italiam concussere, & assumptam à plerisque Urbibus Reipublicae formam. Donec in sinu suo pacem Italia fovit, & sub unis Regibus aut Augustis, eorumque Ministris unita stetit, si ex una Urbe in alteram, ex uno Comitatu in alterum Servus quispiam fugiebat, perquirere & recuperare non tam arduum fuit, conspirantibus tam Romanorum, quam Langobardorum, & Francorum legibus, ut nemo fugitivum Servum reciperet, occultaret, ultra flumina nave transveheret. Verum in tot, ut ita dicam, Principatus quum secta demum Italia fuerit, & perpetuum fere inter finitimos Populos bellum aleretur, jam Servos in officio continere, aut in fugam verlos recipere operosum nimis fuit molestumque negotium. Intercessit etiam belli necessitas. Sub Romanis ab honore Militiae exclusi fuere Servi, tum quod vilissimi hominum forent, tum etiam ne ad arma instructi, seditiones postea concitarent, atque in Dominos & in ipsam Rempublicam tela converterent. Semel coacti Romani, dum eorum jugulis Annibal instaret, adsciscere in praesidium Servos, eos antea Libertate donarunt. Ne sub Langobardis quidem & Francis secus restitit. Verum Saeculo XII. sub tot Liberis Urbibus, & inter se digladiantibus, frequentes erant, immo quotidianae, cogendae Militiae causae: nimium verò roboris Populo deductum fuisset, si Servos armare, atque in subsidium adhibere minime licuisset. Fracta sunt ergo repagula antiqui rigoris, & Servis concessa Libertas, ut ad arma & ipsi confurgerent

gerent pro patria ac finibus tuendis. Justinianus in Authentic. quicquid Novella 81. Cod. de emancipatione statuit, ut si quis Servus, sciente Domino, mereatur militiam, repente in ipsam rapiatur ingenuitatem. Ad istas causas accessit etiam politica Civitatum Liberarum consideratio; neque enim Rectoribus Urbium facile tunc erat alienis Servis ad Reipublicae praesidium pro suo arbitrio uti; ac eis tributa imponere. Quare consilium tandem complures cepere de redimendo, & in libertatem vindicando hoc hominum genere. Egregia sunt in hanc rem verba Historiae Miscellae Bononiensis, Tomo XVIII. Rer. Italicarum. Ibi ad Annum MCVI. memoriae proditum est: *Furo no liberati i Rustici del Contado di Bologna, ch'erano Fedeli* (homines, ut puto de Masnada, de quibus mox sermo erit) *di cento uomini della Città di Bologna, e furono comperati per danari dal Popolo di Bologna. E fu statuito e bandito alla pena del capo, che niuno ardisca di riputarsi per fedele. Così il Comune di Bologna compeò ogni Servo e ogni Servo del Contado, e diedero della persona da quattordici an-*

**A** ni in su Lire dieci, e da quattordici anni in giù Lire otto. E i loro Signori ebbero i loro beni. Uno verbo, Saeculo Christi XI. & XII. rarefcere coepit Servorum numerus: rariores quoque fuere Saeculo XIII. ac tandem Saeculo XIV paene apud universos Christianos obsolevit eorum usus. Vide Vergerium in Vita Ubertini Carrariensis Principis Patavini, Tomo XVI. Rer. Italicarum, pag. 171. ista scribentem, quae circiter Annum Christi MCCCXL. contigere: *Longettus erat hereditarius Servus, & semper unà nutritus; nam usque ad ea tempora propagandorum Servorum mos in Italia manserat, qui nunc proflus abolevit.* Florebat autem Vergerius ineunte Saeculo Christi XV.

**C** Serius autem quam ceteri ad integram Libertatem assurrexere Servi illi, quos praecipue post Saeculum vulgaris Epochae Decimum appellare Majores nostri consueverunt *homines de Masnada.* Hos propterea insalutatos abire non sinam. Atque heic è vestigio exerenda mihi est Charta, quam ex antiquo exemplo membranaceo existente in Archivo Primatialis Pisanae Ecclesiae olim descripsi.

Investitura quartae partis Castellii de Scannello, antea spectantis ad Comitissam Mathildam, data à Canonicis Ecclesiae Pisanae cuidam Malavoltae, Anno 1135.

**I**N aeterni Dei nomine, amen. Ubertus Dei gratia sanctae Pisanae Episcopus, & Ugo Archiepiscopus Canonicae . . . . . per consilium & parabolam suorum fratrum Canonice investierunt Malavoltam filium . . . . . iniano, pro se & germanis suis, de quarta portione integra de Castello, quod dicitur Scannello, & Curte ejus, & omni pertinentia, sicut antea abuit, ipse

**E** & fratres ejus habeant eam & detineant usufructuario nomine ad pensionem reddendam per singulum annum in Mense Augusto vel usque ad festivitatem omnium Sanctorum per se vel per eorum Missum praedicto Archiepiscopo & Canonicis vel eorum Misso infra praedictam Canonicam sine fraude bonorum denariorum Lucensium expendibilem Solidos decem. Et ipse Ubalduus juravit ad sanctam

*Ha Dei Evangelia, quod ipse vel fratres ejus vel eorum heredes, aut eorum Missus, dare & persolvere habent supradictam pensionem sine fraude per singulum annum, sicut supra legitur. Et similiter juravit, quod homines & mulieres de Masnada de praedicto Scannello non habent vendere nec donare neque alienare neque aliquo modo dirigere ad damnitate praedictae Ecclesiae sive Canonicae; & nullum superpositum neque malum usum ponere habent istis hominibus de praedicta Curia, nisi quemadmodum Comitissa Matilda habebat, quando ad suas manus tenebat. Et si de ipso usu discordia fuerit, si se legaliter defendere potuerint, defensionem eorum recipere habent quorundam Archiepiscopo & Canonicis vel eorum Misso. Et similiter juravit, quod infra tres menses, quod de isto itinere de Sancto Jacobo, ubi vadit, reversus fuerit, faciet jurare fratrem suum, qui etatem habet, si Pisis fuerit vel a Scannello, ante Missum Archiepiscopi & Canonicorum. Et..... faciet jurare alium fratrem suum infra annum, qui inde inquisiti fuerint, post ejus completam etatem. Et similiter juravit, quod quales personas de ipsa Masnada Archiepiscopus sive Canonici secum retinere voluerint, non eos inde eis molestabunt neque imbrigabunt.*

*Hoc factum est presentia testium Simundi Consulis, Petri Albithonis, & Ugonis filii ejus, Geremie de Bolonia filii Geremie, Guidonis quondam Uberi..... praedictae Canonice. Anno Dominice Incarnationis Millesimo Centesimo Trigesimo Sexto, pridie Idus Augusti, Indictione Tertiadecima.*

Adnotavi, scriptam fuisse Chartam hanc Anno MCXXXV. quamquam in ejus calce apponatur Annus MCXXXVI. quod nimirum Pisani

A ab Incarnatione Annum exordientes; novem mensibus anteverterent vulgare Anni exordium, uti in Dissertat. edita Part. II. Tomi I. Rer. Italicarum adnotatum fuit. Certe haec Indictio XIII. vulgarem Annum MCXXXV. prodit. Haec obiter. Qui haec memorantur *homines & mulieres de Masnada*, vix ulla dubitatio insurgere posse alicui videatur, quin servilis conditionis forent, quippe Malavoltae cui traduntur, interdicitur, eos *vendere, donare, alienare*: quod proprium Servorum fuit. Adde postremas tabulas Tancredi Marchionis, Anno MCXLV. scriptas, atque à me editas in Antiquitatib. Estensib. Par. I. Cap. 33. ubi haec statuuntur: *Universa Masnata mea libera sit, jure patronatus penitus remisso, pecuniis uniuscujusque sibi concessis.* Verum non tam cito in ejusmodi opinionem concedendum puto. Quippe recolendum est, apud ipsos Romanos olim fuisse agrorum Colonos complures Servitutis jugo adstrictos: fuisse verò & alios aut Liberos ac ingenuos, aut Libertos, sed certis quibusdam conditionibus ita Dominis, sive Patronis obnoxios, ut ab iis praediis discedere nefas esset; quam in rem legendum doctissimi viri Jacobi Gothofredi Paratitlon plenissimum *de Colonis ad Lib. V. Tit. 9. Codic. Theodosian. de fugitivis Colonis.* Servatus est idem mos & à Langobardis, uti in Dissertatione sequenti edisseram. Nunc ad Eruditorum examen deducere juvat Lucensis Archiepiscopi Chartam ex authentica membrana descriptam; neque enim satis liquet, num de Servis, an de Liberais, aut Libertis Colonis ibi agatur.

Autpertus & Liutpertus majori Ecclesiae Lucensi omnes res suas tradunt atque confirmant, polliciti servitium, sive functiones, quas antea Walperto Duci atque ejus filiis praestabant, Anno 768.

**I**N Dei nomine. Regnante Domino nostro Desiderio Rege, & filio ejus idem Domino nostro Adalchis Rege, Anno Regni eorum Duodecimo, & Decimo, VII. Kalendas Septembris per Indictionem Sextam. Manifestum est nobis Autperto & Liutperto germanis filiis quondam Barbalae, abitoribus in Oliveto, quia nos & parentes nostri bone memorie Walperto Duci, & filiis ejus, seu vias facere solemus, & servitium per conditionem, traendo cum nave tam granum quam & salem; nunc vero presenti pro securitate per hanc Cartulam tradimus & confirmamus omnes res nostras in Domo Sancte Lucensis Ecclesie, & ab hac die omni in tempore tam mobilia quam & immobilia, seu feroventibus, omnes res nostras tam de jure parentorum nostrorum, quamque & de adquisiti nostro in integrum confirmamus in potestate Ecclesie Sancti Martini, & nullum tempore ex re à nobis possessa abeamus licentiam subtraendi de dominio ipsius Ecclesie aut de Rectoribus ejus, & suprascriptas seu vias, idest granum & salem traere promittimus à finibus maritimae usque in Portum illum, ubi est consuetudo venire laborem & salem de predicta Ecclesia; sic tamen salva justitia nostra, quia sic fuit antea consuetudo. Et si contra haec omnia capitula à nobis promissa nos aut heredes nostri in aliquo agere presumerimus per quolibet ingenium, & in omnibus sic non adimpleverimus, promittimus nos & heredes nostri esse composituri tibi Domino nostro Perdeco in Dei nomine

**A** Episcopo, & successoribus tuis, auri Solidos numero quinquaginta. Et pro confirmatione Austripertum Clericum scribere rogavimus.

Actum Luca.

Signa manus Austriperti, qui hanc Cartulam fieri rogavit.

Signo manus Liutperti, qui similiter fieri rogavit hanc Cartulam.

**B** Signo manus Rotchis &c.

Ego Austripert Clericus post tradita complevi & dedi.

**C** Lucenses isti homines, uti ex Charta constat, antea Walperto Duci Lucensi, ejuque filiis inserviebant, atque ab eorum jure transferant sive perpiam donationem, sive titulo venditionis aut commutationis in domum Sanctae Lucensis Ecclesiae. Atque hinc etiam habes, quam antiquae originis sit vulgaris vox Duomo. Nunc ergo agnoscunt, se debere praestare novis Dominis sive Patronis, ac sese re ipsa pollicentur praestituros, quae antea Walperto Duci praestiterent, nimirum vias facere, & servitium per conditionem, trahendo cum nave tam granum quam & salem. Tradunt etiam & confirmant omnes res suas in potestate Ecclesiae Sancti Martini, ita ut facultate careant, eas subtrahendi de dominio ipsius Ecclesiae. Haec Servos indicare videntur, melioris tamen conditionis quam reliqui forent, quum res quidem suas, non autem personas tradant; simulque res ipsas traditas fateantur fuisse de jure parentorum nostrorum, & de adquisiti nostro. quae parum convenire videntur cum natu-



natura & conditione Servorum. Quod interim animadvertas ad rem nostram velim, eos quidem spondere certa illa servitia atque onera, sed ita spondere ut *salva sit justitia nostra, quia sic antea fuit consuetudo*. Cum istà compone praecedentem Chartam Pisanam, ubi Ubertus (qui *Episcopus Sanctae Pisanae Ecclesiae* tantum, non verò *Archiepiscopus* inscribitur, quamquam Ughellius Pisanam Ecclesiam Metropolitico honore jam tum donatam contendat) & Hugo Archipresbyter, Malavoltae ea conditione tradunt homines & mulieres de *Masnada*, ut *nulum superpositum* (superimpositam in aliis membranis non semel legi) neque malum usum ponere habeat istis hominibus, nisi quemadmodum *Comitissa Matilda* habebat, quando ad suas manus habebat. Pares ergo hac in re eos dicas hominibus, Ecclesiae Lucensi, ut nuper vidimus, traditis. Verum in Charta Pisana liberum est Archipresbytero & Canonicis Pisanis, quales personas de ipsa *Masnada* voluerint, secum retinere: quae innuere videntur heic agi de Servis, aut saltem de Colonis pacto aliquo sub jure Patronorum positis. Vox ista *Masnada* unde originem traxerit, inquirebat Clarissimus Fontaninus, Ancyranus Archiepiscopus, in Opusculo *delle Masnade*. Eam ergo is deducebat à *Mas*, quod *Mansum* seu praedium significat, & *Nata*: hoc est gens in *Mansis* nata. Mihi nihil aliud fuisse videtur, quam familia Servorum *Masnata* (\*), idest *Manso* addicta, sive ad *Mansum* excolendum constituta, quae vox facili conversione immutata est in *Masnata*, *Masnada*. Et sane cruditissimus Du-Cangius in Glossario Latino exempla adfert hominum

A de *Mansata*, quae rem conficere videntur, ita ut amico cuidam meo alioquin doctissimo assentiri nequeam, putanti ex *Massa*, non ex *Manso* ejusmodi appellationem fluxisse, hoc est à *Massata*, non à *Mansata*. Quale verò id hominum genus fuerit, idem Du-Cangius explicare nititur auctoritate Speculatoris, sive Guillelmi Durandi, cujus verba sunt Lib. 4. particul. 3. de Feudis: *Mansata est, quando Dominus dat alicui Mansum cum diversis possessionibus, & propter hoc ille facit se Hominem Domini, & ad certum servitium tenetur. Et talis Homo dicitur de Mansata, qui est Homo ratione possessionum. Persona tamen ejus Libera est secundum consuetudinem Regni Franciae, si dimissa Mansata alio se transferat. At Itali secundum quosdam vocant homines de Mansata, quasi de Familia, & illi quasi pro Servis habentur. Censet supra laudatus Fontaninus, nihil similitudinis intercedere inter homines de *Mansata* à Speculatore descriptos, & homines de *Masnada* praecipue in Foro-Julienfi regione olim usitatos: ii enim homines Liberi, isti verò Servi fuere. Et hos quidem non immerito servilis conditionis homines Fontaninus appellat; testem enim producit ipse Chartam Anno MCCCLXIX. sive MCCCLXVIII. scriptam, in qua nobilis vir Antonius Gallus de Civitate Austria manumisit Dominam Sophiam filiam Tisanti de Premariaco, ejus Ancillam propriam, sive Mulierem de *Masnata*, cum omnibus filiis, peculio, bonis &c. Verum ista nihil obstant, quominus Speculatoris sententia & vera & laudanda nobis sit. Is verò quare ejusmodi homines in Italia rotundo sermone *Servos* minime appellavit, eosque*

(\*) Contextus legendum suadet *Mansata*, non *Masnata*; id facile dictionis affinitate, typographis exciderit.

eosque quasi pro Servis habitos dixerit, illa mihi fuisse causa videtur, quod id genus Servi, excusâ prorsus veterum Mancipiorum ignominiâ, vilique conditione ac paupertate, ita jam viverent, ut iis inter honestos Cives, ac nonnullis etiam inter Nobiles locus concederetur. Ipsam Sophiam ab Antonio Gallo libertate donatam, nuper vidimus appellatione *Dominae* decoratam: qui titulus tempestate illa rudi, & à nostrorum temporum adulatione & excessibus longe alienâ, nulli Ignobili profectò tribuebatur. Id tam certum, quàm certissimum. Fontaninius ipse addit, sibi ante oculos stetisse Chartam, qua Riccardus Comes de Prata *Libertate* donavit *Sapientem virum Dominum Marinum Jurisconsultum*. Proinde ejusmodi homines nomine potius quàm re Servi fuere, atque ab iis ita abrafum fuerat quidquid olim servili conditioni adhaesit, ut Durando visi potius fuerint quasi Servi quàm absolute Servi.

Versanti mihi membranas Archivi Estensis, datum est in hoc idem argumentum oculos posse intente conijcere, atque ediscere, non in Foro tantùm Julii, sive Marchia Tarvisina, familiares fuisse *Masnadas*, sed etiam in Ferrariensi ditione. Quare selegi, unde meam hanc opinionem possem bonis tabulis confirmare. Illic enim adservantur antiqua Regesta Feudorum, quae Atestini Principes, & potissimum Azo VII. Marchio, & Obizo II. ejus nepos Seculo XIII. Vassallis suis contribuerunt. Ex iis monumentis, ac bene multis, palam fit, homines etiam de *Masnada*, sive ut ibi scribitur, de *Maxinata*, vel de *Maxinata*, Vassallos fuisse Marchionum Estensium, & ab illis accepisse Feuda, eaque ad usum Regni, & sa-

A cramentum fidelitatis, non secus ac alii nobiles Vassalli, praestitisse. Praeterea multis abundasse fundis, quos Beneficiario titulo acceptos fatebantur, &, ut justa fert veri similitudo, multorum etiam Allodialium copiam possedisse: & praesertim, quod ibi nonnulli tum masculi tum feminae praeclarâ *Domini & Dominae* appellatione ornentur. Exempli causâ occurrunt illic signati inter *homines Maxinatae Dominus Manfredinus, & Dominus Petrobonus ejus nepos de Castello: Dominus Sicheus, Dominus Nicolaus &c. filii quondam Domini Galvani de Fracta: Dominus Guaruntus uxorem habet feminam de Maxinata: Verardinus de Salesta habet in uxorem Dominam Hermelinam feminam Domini Marchionis: Magister Johanninus Barberius de Salesta habet Dominam Richadonam feminam de Maxinata Domini Marchionis in uxorem &c.* Sed ut rem propius intueare, accipe, quo ritu homines isti sua Feuda faterentur. Anno MCC. LXXXVI. Ferrarinus Notarius de Grillo procurator & procuratorio nomine *Petri Dominae Veneciae &c. ad postulationem Rigoni Notarii procuratoris & procuratorio nomine Domini Obizonis Marchionis Estensis, fuit confessus, dictum Petrum esse Vassallum & hominem de Maxinata dicti Domini Marchionis, & habere ab eo in Feudum ad usum Regni res infrascriptas, quae continentur in quadam cedula &c.* In eadem scheda dicit, *confitetur, & protestatus est, quod dictus Petrus est Vassallus & Homo de Maxinata dicti Domini Marchionis, & ab ipso Domino Marchione, & à Domo Estensi habet & tenet in Feudum & ratione Feudi; & etiam pater suus quondam Bonifacius Petri de Padavino habuit & tenuit in Feudum à Domo Estensi infrascriptas pecias terrae & casamenta &c.* Tum sigillatim

enumerat Manfos, praedia, & domus non paucas à se jure Feudi possessas, ex quibus constat, ei multiplicem bonorum copiam fuisse, quamquam is Allodia sua minime computet. Anno eodem MCCLXXXVI. supra memorati viri Dominus Sichevius de Frata, Dominus Nicolaus, & Dominus Zenoësius, fratres, filii quondam Domini Galvani de Frata &c. fuerunt confessi se esse Vassallos & Homines de Maxinata dicti Domini Marchionis, & habere ab eo in feudum res infra scriptas &c. Subinde verò ingentem bonorum vim recensent, scilicet Mansorum, Decimarum, domorum, fundorum, quae in Feudum se habere à Principibus Atestinis fatentur. Inter cetera haec addunt: Item dicunt dicti Domini Sichevius, Nicolaus, & Zenoësius fratres, quod haec sunt Jurisdictiones, Segnoriae, & Vescontariae, quas Dominus Galvanus eorum pater tenuit, & dicti fratres tenent jure Feudi à Domino Marchione: scilicet in Terra Fratae, Gognani, Villae Marzanae, Costae, Ramedelli, Litigae, Racani, Garofali, & Brazoroto, in Pelosella, in Gandiario, in Canario, in Campodaymo, in Villanova, in Flexo, & eorum pertinentiis, & in Domo Salvatica, in quibus Terris habent jurisdictionem cognoscendi & determinandi quaestiones civiles & criminales. Item quod solitus erat Dominus Galvanus eorum pater, & ipsi Domini ejus filii soliti erant habere jus colligendi daciū ad catenam Fratae. Item

A habebant jus portus Litigae & Domus Salvaticae. Item quod pater ipsorum, & ipsi Domini soliti erant habere jurisdictionem super homines Arquoadae, Corneti, & Gregnani, quia faciebant homines dictarum Villarum ire cum eis ad pluvigum (idest ad publicum, sive ad operas & functiones publicas) & in exercitum quociens opus erat, maxime de mandato Domini Marchionis &c.

B Itaque quàm Nobiles Vassalli, quàm potentes, spectabileque viri forent isti, jam manu tenes; & nihilominus iidem fuere homines de Maxinata Marchionum Estensium. In primis verò animadvertite verba illa: & in exercitum, quociens opus erat, ibant. Haec enim praecipua ejusmodi Servorum obligatio fuit. Quum verò istorum hominum catalogo inscriptum supra viderimus Petrum filium Dominae Veneciae, & Bonifacii, qui filius fuit Petri de Padavino: nunc agnoscere juvat, qua ratione Bonifacius idem investituram suorum Feudorum ab Azone VII. Marchione Estensi acceperit. Id palam fiet ex subsequenti Charta, in qua inter testes quum occurrat Dominus Stephanus Dei gratiâ Sclavoniae Dux, memineris, hunc esse filium Andreae II. Regis Hungariae, ei genitum à Beatrice Atestina uxore, ejusdem Azonis nepte, & in Patruī aula enutritum, cujus filius Andreas III. Rex Hungariae postea evasit, uti jam ostendi in Antiquitatib. Estensib. Par. I. Cap. 41.

C

D

E

Investitura Feudorum concessa ab Azone VII. Marchione Estensi  
Bonifacio & Arminaduxi fratribus, Anno 1252.

**I**N Christi nomine. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Secundo, Indictione X. die

VII. Mense Aprili, in Episcopatu Ferrariae: praesentibus testibus rogatis Domino Steffano Dei gratiâ Sclavoniae  
Du-

Duce, Domino Marco Ziano Comite  
 Arbense, Domino Isnardo Domini Opi  
 zonis Marchionis Malaspinae filio, Do  
 mino Meliorino Jurisperito de Padua,  
 Domino Bonmatthaeo Legum Doctore de  
 Ferraria, & aliis. Dominus Azo E  
 stensis Marchio in plena Curia Vas  
 fallorum ibidem coadunata investivit Bo  
 nisfacium & Arminaduxem fratres filios  
 quondam Petri Padavini de suo recto  
 Feudo & sua ratione. Qui fratres ju  
 raverunt fidelitatem dicto Domino Mar  
 chioni contra omnem hominem, exceptis  
 anterioribus Dominis, si quos habent.  
 Tenor cujus juramenti talis est: „ Ju  
 ramus nos ad Sancta Dei Evan  
 gelia & promittimus, quod ab hac  
 hora in antea fideles erimus Do  
 mino Azoni Marchioni Estensi: nec  
 erimus in consilio vel tractatu vel  
 facto, ut vitam perdat aut mem  
 brum, vel mala captione capia  
 tur, vel injuriam aliquam patia  
 tur, vel detrimentum sive dam  
 num aliquod in persona vel rebus  
 sustineat, vel diminutionem status  
 & honoris sui incurrat. Immo bo  
 na fide operam dabimus, ut ipsius  
 status & honor augeatur, & ipsum  
 ad manutenendum & conservandum  
 statum suum & honorem pro vi  
 ribus adjuvabimus. Secretum, quod  
 nobis per se aut per literas suas  
 vel Nuntium commiserit, nulli  
 pandemus; & quod erit ei facile  
 vel possibile ad suum honorem &  
 statum perficere, sive ad effectum  
 perducere, non faciemus ei diffi  
 cile vel impossibile: immo ut id  
 perficiat, sive ad effectum perdu  
 cat, bona fide operam dabimus.  
 Et Feudum, quod à Domino Mar  
 chione tenemus, in totum vel in  
 partem, vel ipsius Feudi conditio  
 nem ab eo vel ipsius Nuntio re  
 quisiiti non celabimus, immo ex

A „ presse id, quod in Feudum tene  
 „ mus, ipsius Feudi conditionem ma  
 „ nifestabimus. Et si contigerit (quod  
 „ Deus avertat) quod rumor aliquis  
 „ sonuerit in Civitate Ferrariae vel  
 „ districtu, occasione alicujus rixae  
 „ seu discordiae motae vel etiam  
 „ movendae, vel quod aliqua rixa  
 „ fuerit in Civitate Ferrariae, vel  
 B „ districtu, ad dictum Dominum  
 „ Marchionem vel ejus Nuntium  
 „ trahemus cum armis & sine ar  
 „ mis, nulla expectata requisitio  
 „ ne: & ad voluntatem Domini Mar  
 „ chionis vel sui Nuntii ibimus &  
 „ stabimus cum armis & sine armis;  
 „ nec ad aliquam partem cum ar  
 „ mis vel sine armis trahemus sine  
 C „ licentia Domini Marchionis vel  
 „ sui Nuntii. Et si quem sciverimus  
 „ contra praedicta vel aliquod prae  
 „ dictorum facere, eidem Domino  
 „ Marchioni vel suo Nuntio quam  
 „ citius poterimus, manifestabimus.  
 „ Et si contra praedicta vel aliquod  
 „ praedictorum fecerimus, ex nunc  
 „ spontanea & libera voluntate nos  
 D „ amissioni Feudi subjicimus, & ju  
 „ ri, quod in dicto Feudo habe  
 „ mus, ex nunc renuntiamus: ita  
 „ quod Dominus Marchio auctorita  
 „ te propria nobis illud auferre pos  
 „ sit, & ipsius ingredi possessionem,  
 „ non expectata Parium Curiae sen  
 „ tentia. Et liberam potestatem da  
 „ mus ex nunc iis, qui electi erunt  
 E „ ad cognoscendum inter Dominum  
 „ Marchionem & Vassallos, confir  
 „ mandi quod per Dominum Mar  
 „ chionem factum fuerit in auferen  
 „ do Feuda, & ingrediendo posses  
 „ sionem eorum juxta formam prae  
 „ dictorum. Et ita osculati fuerunt  
 ad invicem Dominus & Vassalli.

Et ego Oao Dei gratia Sacri Palatii  
 Notarius praesens omnibus iis rogatus  
 subscri-

subscripti, & scripsi de mandato dicti Domini Marchionis.

Nullum in Charta ista vestigium servilis conditionis, ob quam Estensi Marchioni essent obnoxii ambo fratres. Immo quum ipsi fidelitatem jurantes *contra omnem hominem*, excipiant *antiores Dominos, si quos ha-*

**A** bent: consequens est, eos nullâ foeda servitutis obligatione fuisse devinctos. Contra vide, quibus verbis post annos decem concepta fuerit Investitura ab eodem Azone Marchione concessa Petro ejusdem Bonifacii filio, quae itidem Charta in Estensi Archivo legitur.

**Instrumentum Investiturae Feudorum ab Azone VII. Marchione Estensi & Anconitano factae Petro filio Dominae Venetiae, homini de Masnada, Anno 1262.**

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi. Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Secundo, Indictione V. Ferrariae, die VII. exeunte Novembri, in domo Domini Marchionis Estensis, in Contrata Sancti Pauli, praesentibus testibus vocatis & rogatis, Dominis Aldervandino de Turchis, Albertino de Fontana, Antonio Contrario, Petro de Mixotis, & aliis. Nobilis vir Dominus Azo, Dei & Apostolicâ gratiâ Estensis & Anconitanus Marchio, secundum modum & formam obtentam & observatam in Episcopatu Ferrariae, ubi Dominus Marchio fecerat congregari omnes Vassallos & Maxinatas Civitatis Ferrariae & districtus; per se suosque filios & heredes investivit Petrum Dominae Venetiae filium quondam Bonifacii de Padavino, suum Hominem de Maxinata, recipientem pro se & Guidoto ejus fratre, & Homine de Maxinata dicti Domini Marchionis, de suo justo & recto Feudo, & de sua ratione Feudi, quod ipsi habent & tenent, vel sui antecessores habuerunt & tenuerunt in Feudum, & ratione Feudi ab ipso Domino Marchione, & a Domo Estensi. Eo salvo, quod dicta Investitura in aliquo jure non inferat vel faciat aliquod praejudicium Domina nec Vassallo, sive ho-

**B** mini, si quod jus habet, vel intendit habere unus contra alium in dicto Feudo, ita quod jura alterutrius non minuantur, vel accrescant propter dictam Investituram. Et incontinenti dictus Petrus Homo de Maxinata, sicut Servus Domino, juravit fidelitatem dicto Domino Marchioni, & de voluntate & consensu ipsius Domini Marchionis, cujus Homo de Maxinata est, juravit fidelitatem corporaliter sibi praestito sacramento, ut Servus Domino, Domino Obizoni nepoti legitimo & naturali dicti Domini Marchionis, & ei obedire tanquam Domino post mortem ipsius Domini Marchionis, si decesserit sine filiis legitimis masculis, in omnibus & singulis capitulis fidelitatis & servitutis in praedictum casum. Hoc enim intellecto expresse, quod vivente ipso Domino, dictus Dominus Marchio habeat & habere debeat merum & plenum dominium dicti sui hominis, ita quod ipse possit facere & disponere de dicto suo homine ad suae beneplacitum voluntatis.

**E** Ego Petrus bonus de Vitale Notarius dicti Domini Marchionis iis omnibus praesens scripsi & publicavi.

Et ego Stephanellus Notarius dicti Domini Marchionis praedictam confessionem scripsi, & dicta Instrumenta bonâ fide exera.

*exemplari, omissis signis Notarii, quae facere non curavi.*

Viden ut hic Petrus homo de Maxinata fidelitatem jurat Marchioni, sicut Servus Domino? Praeterea idem Marchio, quoad vixerit, sibi reservatum vult merum & plenum dominium dicti sui Homini, ita quod ipse possit facere & disponere de dicto suo Homine ad suae beneplacitum voluntatis. Ille denique universa obedientiae munera pollicetur, quae continentur in omnibus & singulis capitulis fidelitatis & servitutis. Cuncta haec hominem

A Servilis plane conditionis prodere possent, si sola spectarentur sine praecedentibus notitiis. Hisce adde Chartam alteram, quam olim mihi supeditavit Comes Franciscus Torrellius, vir antiqua nobilitate spectatissimus. Ibi post decessum suum Testator Tolbertum, Foliam, Weciam &c. liberos & liberas statuit. In tergo autem ejusdem membranae antiquis characteribus scriptum est: *Charta VIII. Mansorum de Cadubrio, suppositis Abbati de Busco, & exemptio Hominum de Masnada.* En ipsam Chartam.

### Testamentum Roberti, cujus frater erat Otto Bellunensis Episcopus, Anno 1176.

**I**N nomine Domini. Anno MCLXXVI. Indictione IX. die XI. intrante Decembri. In presentia Domini Pagani Abbati de Busco, Domini Obie Magistri de Mansione Templi, Presbyteri Roberti olim Rapoti, Presbyteri Ansuini, Sinfronii, Ramadini, Urtinbuci etiam presenti. In istorum & aliorum plurimorum presentia Dominus Ropertus, statum anime suae precogitans, ne forte intestatus decederet, dicens se velle hanc esse suam ultimam voluntatem, testamentum pro remedio anime suae fecit. In primis itaque domum Paganelli Raste de Codubrio, cum Viris ac Mulieribus in integrum, cum toto eo, quod habet & tenet, fratribus suis Domino Ottoni Bellunensi Episcopo, Widoni & Conrado ad perpetuum pro ducentis Libris Veronensibus vendidit, & tradidit & legavit; & insuper nomine testamenti praefatam proprietatem eisdem fratribus suis reliquit, ac eam nomine proprietario possidere confirmavit. Pro quibus ducentis Libris supradictis praefati Wido & Coradus obligaverunt octo Mansos pro presenti, nomine pignoris,

C Domino Roperto & Domino Pagano Abbati Ecclesiae Sancti Andree de Busco, recipienti nomine ejusdem Ecclesiae, eodem modo quo suprafati Wido & Coradus a proximo festo Nativitatis Domini usque ad aliud festum Nativitatis Domini per illud proxime venturum; vel si ad terminum seu ad terminos, quos ipsi eis dederint: & si Dominus Ropertus decesserit ad terminum vel ad terminos, quos Dominus Abbas vel ejus successor eis dedit, & ipsi eidem Abbati vel ejus successor praefatam pecuniam in integrum non persolverint ii Dominus Abbas vel ejus successor, & Dominus Robertus; & si Dominus Ropertus decesserit, quod Dominus Abbas habeat potestatem obligandi praedictos octo Mansos pignori pro illis ducentis Libris supradictis, donec ipsi in integrum expedierint. Et nominaverunt praefatos Mansos. Quattuor ex istis sunt Domini Widonis, qui jacent in Maglaria, unus quorum regitur per Blasium, alter per Johannem. Mansum tertium per Ticianum, & quartum ille, qui fuit Johannis Maronis. Reliqui vero quattuor sunt Domi-

Domini Conradi; duo quorum jacent in delegato territorio in Collepetroso, quorum alter est Mansum Arpolini de Maglaria. Hoc & inter eos statutum fuit, videlicet, quod Dominus Ropertus, donec vixerit in gaudimento suo in dicto Domini Otonis Bellunensis Episcopi, & Domini Abbatis de Busco, debet habere de bonis prefate Domus Paganelli Rasfe de Cadubrio: & ex istis ducentis Libris superius dictis medietatem Dominus Ropertus, centum Libras Veronenses Ecclesie Sancti Andree de Busco: & quinquaginta Libras Veronensium reliquit ipse Domino Pagano Abbati de Busco vel ejus successori, ut idem Abbas expendat ad sepulturam suam pro Missis celebrandis; & in obsequiis, & tercesimis, ac aliis expensis hoc medio anime sue faciendis. Decem Libras in operibus Ecclesie Sancti Ticiani de Ceneva reliquit. Decem Libras venerabili Hospitali de Plavi reliquit. Decem Libras Mansioni de Templo reliquit. Decem Libras Hospitali Sancti Johannis de Hierusalem reliquit. Tres Libras Ecclesie Sancti Johannis de Opi-tergio reliquit. Septem Libras Ecclesie Sancti Jacobi de la Frata reliquit. Tolbertum quoque & Foliam, We-ciam de Mirabellam, Morandam, at-que Rossaram, liberos & liberas, & ab omni Servitutis vinculo post de-cessum suum pro remedio anime sue esse statuit. Preterea jam dicta pecunia, si Dominus Ropertus decesserit, federa, quod supra dictum est, Domino Abbati de Busco vel ejus successori debet esse soluta, & idem Dominus Abbas ean- dem pecuniam tribuere illis religiosis lo- cis, quibus Dominus Ropertus eam di- misit.

Actum apud Maglariam in domo e- jusdem Domini Roperti.

Ego Arpolinus sacri Palatii Notarius interfui & rogatus scripsi.

Tom. II.

A In nomine Domini nostri Jesu Chri- sti. Anno Domini MCXCI. Indictione IX. Ego Madernianus sacri Palatii No- tarius hoc ex authenticis Instrumentum, nihil adens vel minuens, quod scriptu- ram nec sensum mutet preter litteras vel pretii, bene ac fideliter exemplavi &c.

B Fateri cogimur, in hosce aliosque id genus Servos plane disparata, & paene inter se pugnancia coaluisse. Servilis nota abjectum, ac ignobilem, & à militia exclusum homi- nem olim constituabat; ejusque per- sonam, aequae ac bona, Dominorum juri ac voluntati subdebat. At ho- mines de Masnada Seculo XIII. in- ter Vassallos recensebantur: Feudis ad usum Regni fruebantur: in praeftan- do Fidelitatis juramento iisdem fer- me utebantur formulis, quibus no- biliiores Vassi: liber eis erat armo- rum usus, & pro Dominis etiam ne- cessarius. Quantis vero opibus, fun- dis, juribus, ac illustribus titulis or- nati forent, supra intelleximus, ita ut eorum nonnulli inter Nobiles ac potentes sine ulla dubitatione recen- ferentur. Proinde ab antiquis mori- bus mirum quantum recentiora Se- cula abfuerint. Non aliâ de causâ tantam rerum diversitatem inventam fuisse reor, nisi quod immutata ni- mis in Italia publici regiminis for- ma fuerit post Annum à Nativita- te Christi Millesimum. Antea Ur- bes uni Comiti parvare, Comites Ducibus, Duces Regibus, ac univer- sa Respublica sub variis Magistrati- bus ab uno Rege pendeat. Quam verò sensim innumeri, ut ita dicam, Reguli in sinu ejusdem Italiae insur- rerint, nempe Episcopi, Abbates, Clericorum Collegia, ipsarumque sa- crarum Virginum coetus; tum nobi- les Laici, hoc est Marchiones, Co- mites, Castellani, Capitanei, Vassi,

Valvaffores, quorum singuli ditio-  
nem temporalem sive dominationem  
à Regibus & Augustis aut impetra-  
runt, aut extorserunt: simul etiam  
cupido, & quaedam necessitas cun-  
ctis hisce potentibus oborta est con-  
quirendi sibi Familiam armatam, eam-  
que adhibendi tum ad tutelam pro-  
priam, atque ad propulsandas inju-  
rias, tum etiam ad inferendum fini-  
timis bellum, quotiescumque poli-  
ticae rationes occurrerent. Jam sub  
Langobardis pro more Germanicae  
gentis privatas inimicitias sustinere  
indecorum non modò non fuit, sed  
paene necessarium. *Faidae* appella-  
bantur, de quibus non infrequens  
mentio occurrit in Legibus Lango-  
bardicis. Et quamquam Ludovicus  
Pius, & ejus filius Lotharius priva-  
ta ejusmodi bella non semel juffe-  
runt coercenda & pacificanda, uti ex  
eorum Legibus Part. II. Tomi I.  
Rer. Italicar. constat: attamen plus  
roboris Consuetudo, quàm Leges,  
rudibus iis Saeculis obtinuit. Sed  
longe latior aditus apertus est priva-  
tis hisce concertationibus post scis-  
sum, ut diximus, in tot potentes,  
atque in singulas Urbes, Italicae Rei-  
publicae regimen. Praeter haec ob  
succrescentes ubique praedones, & u-  
surpatores alieni juris crevit Primo-  
ribus tum Ecclesiasticis, tum Laicis,  
praesidii sibi comparandi necessitas.  
Jam non ipsi tantùm Principes, sci-  
licet Duces, Marchiones, & Comi-  
tes, sed quilibet Vassallus, aut No-  
bilis vir, Castello cuiquam, nedum  
multis praepositus, bellum cum fini-  
timis, cum invaloribus, cum vio-  
lentis facile gerebat, aut sustinere  
cogebatur. De hujusmodi privatis  
bellis etiam apud Nobiles Francos,  
praecipue Seculo XIII. familiaribus,  
prostat erudita Differtatio Clarissimi

A Du-Cangii in Appendice ad Histor.  
Ludovici Sancti Regis Franc. Differ-  
tat. 29. Ipsi denique Abbates & E-  
piscopi pro suis rebus & Castellis  
tuendis arma saepe arripiebant, ut  
in Chronico Casinensi, Vulturmensi,  
Farfensi, & apud Ughellium, ac in  
aliis eorum temporum monumentis  
passim visitur: quem etiam morem  
B improbat Sanctus Petrus Damiani Se-  
culi XI. Scriptor Lib. 4. Epistolâ 9.  
Ut ergo sibi vires ac praesidium Ma-  
gnates eâ tempestate auferent, quo-  
ties aut indicendum, aut sustinen-  
dum foret bellum, consuevit quisque  
tam Laicus, quàm Ecclesiasticus,  
Vassallos sibi adsciscere, praediis nem-  
pe, aut Castellis cuilibet eorum col-  
latis: quorum munus erat armis tue-  
ri suum, ut aiebant, *Seniorem*, eum-  
que ad Curiam supremi Principis com-  
itari, illique in Placitis, aliisque  
C publicis functionibus adstare honoris  
causâ. Verùm ne hoc quidem subsi-  
dio satis consultum credidere rebus  
suis. Erant enim Vassalli non pau-  
ci, qui fidelitatem quidem spon-  
debant, sed non *contra omnes ho-*  
D *mines*, excipiendo videlicet *anterio-*  
*res Dominos*, ut supra etiam vidi-  
mus: praetereaque dimisso Feudo,  
aut, in aliam personam translato,  
eorum è vestigio Vassallagium, si-  
mulque servitium promissum evane-  
scebant.

E Itaque tutius adhuc consilium ex-  
cogitarunt, *Servorum* nempe genus  
quoddam adhibere in suum praesidium,  
eisque armorum usum deferre: & re-  
laxato antiquo rigore, Servorum con-  
ditionem sensim evexere ad aliquam  
Militiae speciem ac dignitatem. At-  
que ut fidiiores, magisque ad vota  
obsequentes haberent, eisque insuper  
fugae olim usitatae meditamenta eri-  
perent, non solùm Manso alicui, si-



ve praedio per eos aut eorum nomine per alios excolendo, praefecere, sed etiam, ut mea quidem fert opinio, aliis privilegiis atque indulgentiis donavere. Praefertim verò (id quod magnum hercle fuit) ad Feuda recipienda admissi ejusmodi Servi, quae aut auro effuso, aut ob merita à suo Domino consequerentur, inter Vassallos ac Nobiles locum paulatim sibi conquiserunt. Quare factum est, ut ejusmodi homines arctius in suum servitium sibi devincerent Domini, quum subiectos deditosque sibi illos efficerent non tam ratione Feudorum, aliorumque bonorum, quàm etiam personae; non enim eorum cuiquam ex Dominorum servitio sese eximere invitis ipsis Dominis licebat. Immo neque Servis istis fas erat ab aliis Feuda accipere, absque venia prioris Domini. In Decreto Populi Ferrariensis, eligentis Anno MCCLXIV. in suum Dominum, Obizonem Marchionem Estensem, unusquisque Civis ita pollicetur: *Et nullum hominem de Macinata Domini Marchionis recipiam in Vassallum; nec Filium vel Nepotem Vassalli ipsius Domini Marchionis recipiam in Vassallum, nisi de voluntate & licentiâ expressâ ipsius Domini Marchionis: de qua licentiâ debeat fieri publicum Instrumentum manu boni & legalis Notarii. Nec recipiam aliquem in Vassallum, nec filium vel nepotem alterius, qui sit subditus & fidelis Domini Marchionis, sine licentiâ & voluntate ipsius Domini Marchionis, & ejus, cujus Vassallus erit, scriptâ publico Instrumento.* Quae verba nullum nobis offerunt discrimen inter Homines de Masnata, & Vassallos, quamquam revera inter eos discrimen fuerit. In eisdem quoque Statutis Lib. 2. Rubric. 107. *De Liberis hominibus accipientibus feminas de Masenata in u-*

*xores, haec animadversione digna sunt. Quod nulli Libero homini prosit habere, vel in futurum accipere feminam de Masenata, quin teneatur ad praestationem collectae, & portet alia onera Villae suae. Et de eo, quod habet femina de Macenata pro dote, vel alio modo non solvat collectam.* Ergo Liberi homines conditionis diversae ab hominibus de Masnata dicendi sunt. Ut habetur in vetustissimo Regesto MSto Communitatis Mutinae, Anno MCXCVII. Nobiles aliquot Frinianenses fidem suam obligant Mutinensi Republicae, ac inter cetera ajunt: *Et hoc de Boatia (idest tributo persolvendo) observabo, nisi fuero Castellanus, vel Rochexanus, vel Miles, aut Homo de Macinata.* Ii quippe ab ejusmodi onere immunes erant, quod in numero *Servorum* computarentur. Anno quoque MCLXXIII. in praesentia Domini Henrici Mutinae Episcopi, Indictione VI. Regnante invictissimo Imperatore Frederico, XI. Kalendas Augusti, die Dominico, hoc sacramentum fecerunt Gerardus de Montecuculo, Albertus frater Domini Episcopi &c. Praeter alia & isti ajunt: *Et dare Boatiam Mutinae VII. Denarios Lucenses omni Anno pro unoquoque pari boum: exceptis Castellanis, qui cotidie habitant in Castris sine fraude, & Servis & Castaldionibus &c.* Quum verò hoc hominum genus quodam Servitutis vinculo teneretur, propterea ad Libertatem consequendam Manumissione seu Emancipatione indigebat. In Additamentis ad Chronicon Cortusiorum Lib. 9. Cap. 5. Tomo XII. Rer. Italicar. haec de Civitate Tarvisina dicuntur: *Quae post excidium illorum de Romano omnes illorum Masnatas & Servos liberè emancipavit, & libertati, & ingenuitati condonavit.* Idem beneficium Anno MCCCXLVI.

conlatum fuit à Jacobo Carrariensi *Servis illorum de Lucio confiscatis*, postquam eorum domini sententiâ securi fuere percussi. Fuerunt autem ejusmodi *homines de Masnada* olim non paucis Italiae Principibus atque Magnatibus, sacris aequè ac profanis. Memorat Cardinalis Baronius ad Annum MCLXXXVIII. in Diplomate Senatus Romani *res eis ablatas per Masnadam Romani Pontificis & Forisfactores* (nunc Malandrini). Supra vidimus, celeberrimam Comitissam Mathildam habuisse *homines de Masnada* in Castro Scannello, spectantes ad Collegium Canonorum Primatialis Pisanae. Apud Rolandinum in Chronico Lib. primo Cap. 2. Caecilia Eccelini Monachi uxor per *Paduanum districtum magnas Masnadas, Vassallos multos, & amplas possessiones habebat*. Ita Marchiones Estenses, Episcopi Ferrarienses, Monasterium Pomposianum, aliique mero & mixto imperio in suis Castellis fruentes, ejusmodi hominibus uti consueverunt: quorum etiam Clarissimus Fontaninus frequentem esse mentionem testatur in Chartis Forojulienibus. Quoties ergo tumultus, ac rumores insonabant, & in hostes, praedones, sicarios invadendum erat, extemplo potentes viri excitabant hasce familias *Masnatas*, hoc est catervas *Servorum*, ut ita dicam, exercitium, sive militarium, seque & sua per eos tueri, alienaque vastare consueverunt. Et quia tumultuarii isti milites saepe ac saepius sine ullo ordine, neque structis aciebus, sed per incursiones, ac more potius latrunculorum in arma, praedam, ac incendia ruebant: hinc nata subinde Italica vox *Masnaderi*. Tandem verò cohortes ejusmodi hominum *Masnadae* appellari coeptae sunt, quae

A vox aequiore sensu accepta, & à Johanne Villanio, aliisque Scriptoribus usurpata, militarem turmam significasse deprehenditur. Equitatum *la Cavalleria* appellarunt; Peditatum *la Masnada*. Supra etiam in Charta Anni MCXXXV. à me productâ, Malavolta recipiens à Canonicis Pisanis *homines de Masnada in Castello Scannello*, ita eos accipit, *ut non habeat eos vendere &c., neque dirigere ad damnitatem praedictae Ecclesiae sive Canonicae*. In Bulla quoque Gregorii IX. Papae Anno MCCXXXI. apud Ughellium in Episcopis Anagninis Tom. I. legitur: *Si contigerit eos exercitum vel Masnadam facere ultra Urbem: ubi vides distingui facere exercitum, & facere Masnadam*. Neque reticendum, diutius, quàm creditur, perdurasse usum *Servorum de Masnada*. Nam Ferrariae habetur Charta scripta Anno MCCCLXVIII. Indictione VI. in qua Benedictus Abbas Sancti Severi Ravennatis investituram concedit quarundam terrarum, pacto adjecto, *ne emphyteutae ducere in matrimonium debeant aliquem, aut aliquam de Macinata*. Immo est eorum memoria ipso Seculo XV. Nam Benevenutus Aliprandus in Chronico Mantuano, rudi minervâ composito, à me infra edendo, haec habet:

*Ancor di suovi tutti i Contadini  
Stavano lieti co' i lor Masinati,  
Copiosi e pieni più che li vicini.*

Postremo tandem loco adjicere juvat Chartam, quam mihi pro sua erga me benevolentia descripsit ex Archivo Capituli Canonorum Ferrariensium Joseph Antenor Scalabrinus, in eadem Urbe Rector Ecclesiae Sanctae Mariae in Bucca, antiquitatum suae patriae studiosissimus investigator. Nempè examen testium

Ferra.

Ferrariae factum circiter Annum MCC. LIII. in quo multa habentur de hominibus de Macinata, & quidem consona iis, quae haecenus differui. E-

A rit curiosi Lectoris, singula per se colligere; neque sane legisse pigebit, si illorum temporum mores per spectos habere cupit.

Examen Testium Ferrariae habitum pro Capitulo Canonicorum Ferrariensium, contententium quosdam homines fuisse de Macinata sua, circiter Annum 1252.

I ntendit probare Dominus Presbyter Amideus Syndicus Canonicae Ferrariensis, quod Bonusmercatus..... frater quondam Gontarini, fuit homo de Macinata dictae Canonicae Ferrariensis.... consuetudo Civitatis Ferrariae, & Districtus approbata & obtenta servat, & servatum est, quod nati ex patribus de Macinata sint de Macinata illorum, de quorum Macinata erant patres eorum. Item quod Theophania mater Bonmercati praedicti fuit de Macinata dictae Canonicae. Item quod dicti Bonmercatus & Theophania habebant se, sicut de Macinata dictae Canonicae, & quod Theophania & filii ejus Guntarinus & Bonmercatus sicut servi faciebant servicia Canonicis Ferrariae, & faciebant servicia dictae Canonicae, & homines de Macinata serviebant Canonicis Ferrariensis Ecclesiae. Item quod de his omnibus est publica fama.....

Micheletus Notarius, testis juratus, dicit suo sacramento, quod Domina Theophania, mater Bonmercati fratris Guntarini de Quartesana, fuit de Macinata Canonorum Ferrariae. Sed quomodo fuisset de Macinata, dicit quod nescit. Dicit tamen, quod dicta Theophania, & dicti ejus filii gerebant se tamquam de Macinata Canonicae, & per hoc erant liberati ab oneribus & angariis illius Villae. Et publica fama est, & erat quod Theophania praedicta erat de Macinata dictae Canonicae. Interrogatus, si vidit dictam Theophaniam, di-

B cit, quod sic. Interrogatus, cujusmodi staturae erat; respondit, quod magnae staturae, & tumida visu. Interrogatus quomodo scit, quod praedicta Theophania, & ejus filii gerebant se sicut de Macinata, scilicet Guntarinus, Bonmercatus, & Balduinus, dicit, quod audivit ab eis dici, & a Johanne Dalgiso, & Rodulpho, & aliis antiquis de Terra Quartexanae, quod ipsi erant de Macinata dictae Canonicae; & sic erat publica fama. Interrogatus, quomodo praedicti gerebant se de Macinata Canonicae, dicit, quod Guntarinus pater dictorum gerebat negotia jam dictae Canonicae in Castaldione, & aliis negotiis. Interrogatus, quid est genere de Macinata; Respondit, quod faciebant negotia Canonicae, tamquam sua propria. Item interrogatus, unde fuit dicta Theophania, dicit, quod audivit dici, quod ipsa fuit de Quartesana. Interrogatus item, quomodo scit, quod liberi erant ab angariis dictae Villae, dicit, quod homines, qui colligebant collectas, dicebant, quod praedicti erant de Macinata dictae Canonicae, & ideo non accipiebant eis angariae, neque collectae. Interrogatus, quid est publica fama, dicit, illud, quod homines dicunt. Liber est, & non doctus, non sperat habere lucrum, nec damnum; & super suam animam juravit.

Die eodem: Rodulphus de Quartesana testis juratus dicit suo sacramento, quod Guntarinus & Bonmercatus semper se

se liberaverunt ab angariis & oneribus Villae Quartesanae, pro eo quia appellabantur Famuli Canonicae Ferrariensis. Interrogatus, quomodo scit, quod erant Famuli Canonicae, respondit, quod audiverat dici ab antiquioribus se teste, quod erant Famuli Canonicae Ferrariensis. Interrogatus, quomodo scit, quod praedicti fratres liberabantur ab oneribus & angariis dictae Villae, respondit, quod audivit dici à Collectoribus dictae Villae, quod non exigebant aliquid ab eis, pro eo quod erant Homines Canonicae. Item dicit, quod filii nati ex Homini- bus de Macinata ex consuetudine sunt de Macinata illorum, de quorum Macinata erant patres eorum. Interrogatus, quomodo scit; respondit, quod vidit in Terra Quartesanae. Interrogatus, à quanto tempore vidit dictam consuetudinem servari in dicta Terra, respondit, à sexaginta annis citra. Interrogatus, à quibus vidit servari dictam consuetudinem, dicit, à Dominis dictae Canonicae. Interrogatus, quid est dicere consuetudo, respondit, illud est consuetudo, quod homines fecerunt, & faciunt. Item dicit, quod Theophania fuit de Macinata Canonicae Ferrariensis, & appellabatur. Interrogatus, quomodo scit, quod erat de Macinata, respondit, quod Canonici appellabant ipsam de Macinata. Interrogatus, si cognovit Theophaniam; respondit, sic. Interrogatus, cujusmodi staturae erat, respondit, magnae. Interrogatus, quantum tempus est, quod mortua est, respondit, plusquam quatuordecim annis. Interrogatus, quanti temporis erat Theophania, respondit, quod nescit nativitatem ejus. Item dicit, quod gerebant se sicut de Macinata Canonicae Ferrariensis dicti Bonmercatus & Theophania..... respondit, quod vidit facere servitia & negotia Canonicae secundum voluntatem Canonice, sicut Homines de Macinata. Item dicit, quod

dicta Theophania habuit originem, sive orta fuit in Quartesana. Item dicit, quod publica fama est, quod dicta Theophania erat de Macinata Canonicae, & quod gerebat se tamquam de Macinata Canonicae, & quod consuetudo praedicta observata est, sicut audivit dici.... non sperat habere lucrum nec damnum, & super suam animam juravit.

Die XIII. intrante Decembri; Cascalora testis juratus dicit suo sacramento, quod audivit dici, & erat fama per Quartesanam, quod Bonmercatus & Guntarinus erant Homines de Macinata Canonicae Ferrariensis, & aliter nescit, quod fuerint Homines de Macinata Canonicae. De consuetudine dicit se nihil scire. Item dicit quod scit, quod Theophania mater praedictorum fratrum erat de Macinata Canonicae. Sed audivit dici, & fama erat per Terram Quartesanae, quod ipsa erat de Macinata Canonicae. Interrogatus, quid est dicere fama, respondit, quod credit, quod sit fama illud, quod homines dicunt & credunt. Liber est & non doctus &c.

Die eodem: Paulellus testis juratus dicit suo sacramento, quod Bonmercatus & Guntarinus filii Theophaniae reclamabant se pro Homini- bus de Macinata Canonicae pro defensione sui à negotiis Terrae Quartesanae, & se defendebant tamquam homines de Macinata dictae Canonicae. Et audivit dici, quod ipsi erant de Macinata Canonicae. Interrogatus, quomodo scit, respondit, quod stabat cum eis in familia aliquando eo tempore, quando defendebant se à negotiis Terrae, & ante & post defendebant se pro hominibus de Macinata Canonicae. Interrogatus, quomodo scit, quod defendebant se tamquam homines de Macinata, respondit, quod stabat cum eis in familia, & erat consors possessionum, exceptis possessionibus matris ipsorum Bonmercati & Guntarini, &

audiebat ab eis: alii homines de Macinatis se defendunt ab oneribus: & nos volumus nos defendere ab oneribus Quartexanae, quia sumus de Macinata Canonicae Ferrariae. Et ipse testis, & tutor ejus pro eo solvebant collectas in dicta Villa, & dicti fratres non solvebant, sed se defendebant. Interrogatus, quantum tempus est, quod vidit, & audivit praedicta, respondit, quod sunt XXX. anni & plus. Interrogatus, cujus staturae erat dictus Bonmercatus, respondit, quod erat grossus & fortis. Item interrogatus, quot annos habet ipse testis, respondet, quod triginta quatuor annos & plus. De consuetudine dicit, quod nescit: sed audivit dici, quod nati ex patribus de Macinata, sunt de Macinata illorum, de quorum Macinata erant patres. Item dicit, quod audivit dici, quod Theophania mater Bonmercati erat de Macinata Canonicae Ferrariae. Interrogatus, à quibus audivit, quod erat de Macinata Canonicae dicta Theophania, respondit, quod generaliter ab omnibus hominibus Quartexanae, & publica fama erat. Interrogatus, si cognovit dictam Theophaniam, respondit, quod sic. Interrogatus cujus staturae erat, respondit, quod erat bono modo magna. Interrogatus, quantum tempus est, quod mortua est dicta Theophania, respondit, quod nescit. Item dicit, quod filii Theophaniae, scilicet Bonmercatus, Guntarinus, & Balduinus, gerebant se sicut homines de Macinata Canonicae. Interrogatus, quomodo scit, quod gerebant se tamquam de Macinata dictae Canonicae, respondit, quod videbat, & audiebat. Interrogatus, quid est gerere de Macinata, respondit, quod deportabant se & defendebant, sicut homines de Macinata dictae Canonicae. Interrogatus, à quo, vel à quibus negotiis defendebant se: respondit, ab angariis, & collectis, & factionibus di-

A. ctæ Terrae, sicut se defendebant alii Homines de Macinatis. Interrogatus, unde fuit dicta Theophania, respondit, quod nescit nisi de Quartexana. Item dicit, quod de his omnibus, quae dixit est publica fama. Interrogatus, quid est dicere publica fama, respondit, illud, quod homines dicunt. Interrogatus, si vidit dictos fratres, dicit, quod sic. Interrogatus, quantum tempus est, quod mortui sunt, respondit, quod non recordatur; & omnia praedicta vidit, & audivit jam sunt XXX. anni & plus. Liber est, & non doctus: non sperat habere lucrum nec damnum &c.

Die eodem: Oscellerus de Quartexana testis juratus dicit suo sacramento, quod vidit Theophaniam matrem Bonmercati, & publica fama erat, quod ipsa & dicti ejus filii erant de Macinata Canonicae Ferrariae. Et Canonici scansabant eos ab angariis & collectis dictae Villae Quartexanae, sicut suos homines. Interrogatus, quomodo scit, quod erant de Macinata Canonicae, respondit, quia publica fama erat, quod erant de Macinata. Interrogatus, si vidit, & cognovit dictam Theophaniam, respondit quod sic cognovit illam Theophaniam matrem Bonmercati. Interrogatus, cujus staturae erat dicta Theophania, respondit bella & grossa, sed nescit cujus temporis erat dicta Theophania. Interrogatus, quantum tempus est, quod mortua est, respondit, quod nescit, sed dicit, quod sunt plus quam XII. anni. Item dicit, quod ipsa deportabat se, sicut homines de Macinata dictae Canonicae, & de hoc erat fama. Interrogatus, si vidit dictum Bonmercatum, & eum cognovit, respondit, sic, quod centum vicibus comedit cum eo. Interrogatus, quomodo scit, quod praedicta Theophania & ejus filius deportabant, & gerebant se, sicut homines de Macinata, respondit, quod audivit dici

dici à Bonmercato & Guntarino fratribus, quod ipsi veniebant ad Canonicos Ferrariae, ut eos defenderent ab oneribus dictae Terrae, & ipsi eos defendebant, & de hoc est publica fama. Interrogatus unde fuit dicta Theophania, respondit, quod nescit, sed dicit, quod ipsa fuit ante in dicta Terra quam ipse. Interrogatus, quomodo scit, quod de omnibus praedictis sit publica fama, respondit, quod nescit aliter, quid sit dicere publica fama, nisi quod homines dictae Terrae publice dicebant, quod ipsi erant de Macinata dictae Canonicae. De consuetudine dicit se nihil scire. Interrogatus, cujus staturae erat Bonmercatus, dicit, quod erat major se teste. Liber est, & non doctus: non sperat habere lucrum nec damnum, & super suam animam juravit.

Die XIV. intrante Decembri: Bonfinus de eadem Terra, testis juratus dicit suo sacramento, quod scit ex auditu, quod pater Thomasiae frater Guntarini fuit homo de Macinata Canonicae Ferrariae, quia homines de Quartexana dicebant. Interrogatus à quo tempore audivit haec dici, respondit, jam sunt XX. anni. Interrogatus, quot annos habet ipse testis, respondit, quod nescit. Interrogatus, si cognovit Bonmercatum, respondit, quod sic, & dicit, quod erat bellus & magnus & grossus. De consuetudine dicit se nihil scire. Item dicit, quod audivit dici, Theophaniam matrem Bonmercati fuisse de Macinata Canonicae Ferrariae. Interrogatus, a quibus, dicit, ab omnibus dictae Terrae. Interrogatus, si vidit & cognovit dictam Theophaniam, dicit, quod sic, & dicit, quod erat bonae & magnae personae. Item dicit, quod vidit Bonmercatum & Guntarinum fratres Castaldos Canonicae Ferrariae, & sicut homines de Macinata servire Canonicis, ut audivit dici. De fa-

A ma dicit, se nihil scire, quia nescit, quid sit dicere fama. Liber est, & non doctus: non sperat habere lucrum, & super suam animam juravit, & non super alienam.

Die eodem: Tedaldus de eadem Terra, testis juratus dicit suo sacramento, quod bene recordatur à XXV. annis citra, & dicit, quod vidit Bonmercatum & Guntarinum fratres servire Canonicae Ferrariae & Canonicis, & facere servitia Canonicae & Canonicorum, sicut homines in Macinata Canonicae & Canonicorum Ferrariae. Interrogatus, quomodo scit, respondit, quod vidit ipsos fratres stare super possessiones dictae Canonicae, & servire Canonicis, sicut Servi dictae Canonicae. Interrogatus, quae servilia servitia faciebant Canonicis & Canonicae Ferrariae, respondit, quod Canonici veniebant & hospitabantur in domo dictorum fratrum, & ipsi fratres sicut Servi erant ipsis sicut suis Dominis, & faciebant negotia eorum, & Canonicae praedictae. Interrogatus, quid sunt servilia servitia, respondit, facere servitia secundum voluntatem & mandatum Dominorum. Item dicit, quod filii illorum, de quorum Macinata erant patres eorum, de consuetudine obtenta servatur & servatum est in Ferraria, quod ipsi sunt de Macinata eorundem Dominorum, de quorum erant patres. Interrogatus, quomodo scit, respondit, quod vidit à suo recordatu, quod, quando moriuntur homines, qui sunt de Macinata alicujus, filii, qui remanent, sunt de Macinata ejusdem Domini, de cujus erant patres. Interrogatus, à quibus approbatum fuit hoc, respondit, quod nescit. Item dicit, quod Theophania mater Bonmercati fuit de Macinata Canonicae Ferrariae. Interrogatus, quomodo scit, respondit, quod publica fama erat per Terram Quartexanae, quod ipsa erat de Macinata Canonicae, & stabat super possessionem Canoni-

nonicae; & dicit, quod vidit Bonmercaturum, Guntarinum, & Theophaniam: & dicit, quod sunt XX. anni & plus, quod mortua est dicta Theophania & dicit, quod ipse testis habet XL. annos. Item dicit, quod dictus Bonmercaturus & Guntarinus gerebant se sicut homines de Macinata Canonicae. Interrogatus, quid est gerere, dicit, quod est ad dicendum gerere. Et de his omnibus dicit, quod est publica fama. Interrogatus, quid est dicere publica fama, respondit, quod est illud, quando est publica fama de aliqua re per gentes. Interrogatus, si liber est, dicit, non; quia est de Macinata dictae Canonicae. Item dicit, quod erat ipse testis consanguineus dictorum Bonmercaturus & Guntarini. Non sperat habere lucrum nec damnum; & aliud nescit.

Die XV. intrante Decembri: Johannes de Guntarino, testis juratus dicit suo sacramento, quod audivit dici, quod Theophania mater Bonmercaturus & Guntarini erat, & se ipsam appellabat de Macinata Canonicae Ferrariae, ab hominibus Terrae Quartexanae. Interrogatus, quantum tempus est, quod audivit praedicta à dictis hominibus, dicit, quod sunt XXX. anni. De consuetudine dicit se nihil scire. Item dicit, quod audivit dici ab hominibus dictae Terrae, quod Bonmercaturus appellabat se de Macinata dictae Canonicae. Item dicit, quod vidit & cognovit Bonmercaturum & Guntarinum. Interrogatus cujusmodi staturae erat, respondit, bellae & magnae staturae. Item dicit, quod Bonmercaturus & Guntarinus gerebant se tamquam de Macinata dictae Canonicae, & se appellabant de Macinata, & hoc audivit ab hominibus dictae Terrae. Interrogatus, quid est gerere, respondit, quod nescit, nisi sicut praedixit. Item dicit, quod serviebat eisdem Canonice, sed nescit, si tamquam homines de Ma-

A cinata. Item dicit, quod audivit dici, quod ipsi defendebant se, sicut homines de Macinata, à collectis & oneribus dictae Villae. Interrogatus quantum tempus est, respondit, quod haec audivit, jam sunt XXV. anni & plus. Item dicit, quod publica fama est, quod Bonmercaturus & Guntarinus praedicti erant homines dictae Canonicae, & serviebant Canonice, sicut homines dictae Canonicae. Interrogatus quomodo scit, quid sit publica fama respondit, quod nescit aliter, quid sit fama. Interrogatus, si est liber, respondit, quod est homo dictae Canonicae. Non sperat habere lucrum nec damnum, & aliud nescit.

C Die XV. exeunte Decembri: Johannes Dalgiso testis juratus dicit suo sacramento, quod recordatur per LX. annos & plus, & dicit, quod pater Guntarini de Quartexana accepit in uxorem Theophaniam matrem Bonmercaturus patris Thomasinae, sicut foeminam de Macinata Canonicae Ferrariae, & duxit eam in domo patris ipsius testis, & Nungrati mariti dictae Theophaniae, & publica fama erat, quod ipsa Theophania erat de Macinata Canonicae praedictae. Et hoc dicebant antiquiores de Terra. Interrogatus, quomodo scit, quod ipse accepit eam tamquam foeminam de Macinata, respondit, ex confessione dicti Nungrati, & dictae Theophaniae. Et dicit, quod pater dicti Nungrati, & Pater sui testis fuerunt fratres. Interrogatus si cognovit dictam Theophaniam, respondit, quod sic, & dicit, quod erat magnae staturae. Interrogatus, quid est publica fama, respondit, cosa ch'è de veritate. Et dicit se nihil alius scire. De consuetudine dicit se nihil scire. Item dicit, quod Bonmercaturus & Theophania portabant se tamquam de Macinata dictae Canonicae. Interrogatus, quomodo scit, quod se deportabant,

bant, sicut homines de Macinata Canonicae, respondit, quod reclamabant se pro dicta Canonica. Interrogatus, quid est deportare se sicut de Macinata, respondit, quod nescit aliud, quod sit deportare, nisi deportare se sicut homines de Macinata Canonicae. Item dicit, quod Theophania & Bonmercatus, & Guntarinus faciebant aliquando sua propria servitia, & aliquando servitia Canonisorum, sicut ipsemet testis viderat. Liber est, & non doctus, & super suam animam iuravit.

Die eodem: Vintivola de Zoabonis de Quartexana testis juratus dicit suo sacramento, quod à suo recordatu in zà, Bonmercatus & Guntarinus fratres, & Theophania eorum mater fuerunt de Macinata Canonicae Ferrariae. Interrogatus si interfuit ubi ipsi se fecissent de Macinata, dicit, quod non interfuit, quia dicta Theophania & Gorbinus ejus frater fuerunt de Macinata dictae Canonicae, antequam ipse nasceretur, sicut erat publica fama. Item dicit, quod si ipse testis esset de Macinata, sicut credit, filii ejus erant de Macinata illius, cujus ipse testis esset de Macinata, sicut credit. Item dicit, quod dicta Theophania & Bonmercatus gerebant se sicut de Macinata dictae Canonicae. Interrogatus, quomodo scit; respondit, quod publicum erat per totam Terram, & omnes Homines de Terra, & saeminae de dicta Terra sciebant & dicebant. Interrogatus, quid est gere se sicut de Macinata, respondit, cavere se à factionibus, sicuti faciebant homines Salinguerrae, & specialiter Mercatellus Corvator. Et dicit, quod Theophania & filii ejus Guntarinus & Bonmercatus serviebant sicut homines de Macinata, & famuli dictae Canonicae & Canonicis. Interrogatus, quomodo scit, respondit, quod audiebat dici ab hominibus Terrae praedictae. Item dixit, quod de omnibus, quae prae-

A dixit, est publica fama. Liber est & non doctus.

Die XIV. exeunte Decembri: Dominus Nicolaus de Piscatoribus testis juratus dicit suo sacramento, quod Theophania appellabat se de Macinata Canonicae Ferrariensis, & dicit, quod filius ejus Bonmercatus, secundum quod credit, erat de Macinata dictae Canonicae, sed dicit, quod pater dicti Bonmercatus erat liber, & dicit, quod Theophania defendebat se à collectis tamquam de Macinata pro dicta Canonica. Sed filii se defendebant pro Macinata Canonicae, dicit, quod nescit. Interrogatus, quomodo scit, quod dicta Theophania appellabat se de Macinata Canonicae, respondit, quod audivit ab ea Theophania, & gens dicebat. Sed non interfuit, ubi se fecisset de Macinata. Interrogatus, quomodo scit, quod dicta Theophania defendebat se tamquam de Macinata pro dicta Canonica, respondit, secundum quod audiebat dici ab hominibus dictae Terrae. Et dicit, quod cognoscebat Theophaniam & Bonmercatum. Interrogatus, cujus staturae erat dicta Theophania, respondit, quod erat magnae personae, & tumida visu pro majore parte anni, & Bonmercatus erat bonae staturae & grossae. De consuetudine dicit se nihil scire. Interrogatus, quantum tempus est, quod Theophania appellabat se de Macinata, respondit, quod sunt XL. anni & plus, sed quantum tempus est, quod obiit, nescit. Item dicit, quod Guntarinus & Bonmercatus serviebant Canonicae & Canonicis Ferrariae. Et publica fama erat, quod erant de Macinata dictae Canonicae. Interrogatus, quae servitia faciebant Canonicae, respondit, quod erant Castaldi eorum, & faciebant servitia Canonicae per Villam, colligendo blavas eorum, & alia servitia faciendo, sicut ipse testis vidit; quod gerebant se sicut de Maci-



Macinata, dicit, quod nescit; & dicit, quod Theophania fuit de natione Terrae Quartexanae: & dicit, quod fama publica est illud, quod homines dicunt. Interrogatus ubi erat fama de praedictis, dicit, quod in Quartexana. Liber est, & non doctus, & super suam animam juravit.

Die eodem: Bereta de Quartexana testis juratus dicit suo sacramento, quod Bonmercatus pater Thomasiae fuit homo de Macinata Canonicae Ferrariae, sicut publica fama erat, & est per homines Quartexanae. Et dicit, quod homines dicunt, quod consuetudo est servata & servatur, quod nati ex patribus de Macinata sunt de Macinata illorum, de quorum Macinata erant patres. Et dicit, quod hoc audivit ab hominibus de Quartexana, & ab hominibus de Sabluncello. Item dicit, quod publice dicitur per homines de Quartexana, quod Theophania mater Bonmercatus erat de Macinata dictae Canonicae. Et hoc credit, quod fuerit de Macinata Canonicae. Item dicit, quod Bonmercatus & Guntarinus fratres serviebant Canonicis Ferrariae, sed nescit, si serviebant, & gerebant se tanquam homines de Macinata, & de his omnibus dicit, quod est publica fama. Et dicit, quod praedicta recordatur, & audivit dici jam sunt XXX. anni & plus, & ab illo tempore ante; & dicit, quod vidit & cognovit dictum Bonmercatus, qui erat magnae staturae. Et dicit, quod nunquam novit dictam Theophaniam, & nescit de morte ipsius. Et dicit, quod ipse testis habet XL. annos & plus. Interrogatus quid est publica fama, respondit, illud quod homines dicunt. Liber est, & non doctus, & super suam animam juravit.

Die eodem: Preyte de Mansis testis juratus dicit suo sacramento, quod non interfuit ubi Theophania fecisset se de

A Macinata Canonicae Ferrariae, sed audivit à Bonmercato & Guntarino dicentibus & confitentibus, utendo plene dicto teste cum eis, quod erant homines de Macinata Canonicae Ferrariensis, serviebant eis pro hominibus de Macinata. Interrogatus quantum tempus est, quod utebatur cum eis, & audiebat praedicta, respondit, quod sunt citra XXV. anni. Item interrogatus, in quo loco dicebant se esse de Macinata, respondit, super Canonica, & in domo eorum comedendo & bibendo cum eis. Et dicit quod cognovit Bonmercatus, & erat magnae staturae & grossae. De consuetudine dicit, se nihil scire. Et dicit, quod cognovit Theophaniam, & erat longa & magna. Et dicit, quod sunt XVIII. anni & plus, quod mortua est dicta Theophania. Interrogatus, qui erant praesentes, quando confitebantur se esse de Macinata, credit, Domino Archipresbytero Rustico, Petro Quintano, Magistro Johanne de Regio, & Domino Jacobo Canonicis Ferrariae, secunam quod credit. Interrogatus quae servitia faciebant sicut homines de Macinata dictae Canonicae, respondit, quod ibant cum Canonicis, & serviebant eis ad voluntatem eorum, & aliquando ipse testis ibat cum praedictis fratribus ad colligendum quartas, & redditus dictae Canonicae. Interrogatus quantum tempus habet ipse testis, respondit, quod bene LX. annos. De tempore sive de annis dictae Theophaniae dicit, quod nescit. Et dicit, quod de his omnibus est publica fama, de quibus quidem dixit. Interrogatus, quomodo scit quod erat publica fama, respondit, illud quod homines dicunt. Liber est, & non doctus, & super suam animam juravit.

Die eodem: Saladinus de Sancto Laurentio testis juratus dicit suo sacramento, quod credit Bonmercatus pa-

rem Thomasinæ fuisse de Macinata Canonicae Ferrariensis, pro eo quod audit dicit ab hominibus Quartexanae parvis & magnis, eo tempore, quando stabat in Quartexana. Et dicit, quod potest esse bene XXV. anni, quod ipse testis stabat in Quartexana. De consuetudine Ferrariæ & districtus credit, quod servetur, & servatum est, quod filii illorum, qui fuerunt de Macinata, sunt de Macinata eorundem. Dominorum, de quorum erant patres. Sed pro firmo nescit: & dicit, quod cognovit Bonmercatus, & erat curtus & grossus. Item credit, quod Theophania mater Bonmercatus erat de Macinata dictæ Canonicae, quia erat publica fama per homines dictæ Terræ, ut dixit supra. Item dicit, quod cognovit Theophaniam, & erat magna in persona, & dicit, quod nescit, quantum tempus est, quod mortua sit dicta Theophania. Et dicit, quod ipse testis habet XL. annos & plus. Et dicit, quod ipsi gerabant se, sicut dicebant homines, tamquam de Macinata dictæ Canonicae. Item dicit, quando Mater eorum vivebat, ipsi erant parvi, & tunc non serviebant Canonicis, ut postea fecerunt, quando magni fuerunt, quia fuerunt Castaldi, & faciebant eorum servitia colligendo redditus Canonicorum, & faciendo alia servitia, sicut ipse testis videbat. Et credit, quod Theophania fuit natione de Quartexana. Item dicit, quod de iis omnibus est publica fama, & dicit, quod fama est illud, quod homines dicunt. Liber est, & non doctus, & super suam animam iuravit.

Die XIII. exeunte Decembri: Bruzunius de Quartexana testis iuratus dicit suo sacramento, quod audit a patre & matre & avia sui testis, quod Theophania mater Bonmercatus erat & se appellabat de Macinata Canonicae Ferrariæ, & quod Bonmercatus & Guntari-

A nus fratres filii dictæ Theophaniae se defendebant a collectis & oneribus Quartexanae tamquam homines de Macinata dictæ Canonicae. Et dicti Canonici ipsos tamquam suos homines defendebant, & de his est publica fama. De consuetudine dicit se nihil scire nisi ex auditu. Dicit tamen, quod si homo liber accepit feminam de Macinata, filii eorum sunt de Macinata. Et si homo servus accipit feminam liberam, filii eorum sunt de Macinata, sicut dicitur, in Ferraria & districtu. Sed aliter nescit, licet sic dicat. Item dicit quod Theophania & Bonmercatus & Guntarinus fratres gerebant se tamquam de Macinata dictæ Canonicae. Interrogatus, quomodo scit. Respondit, quod die noctuque eundo, veniendo, stando, faciendo, utebatur cum praedictis Bonmercato & Guntarino eo tempore, quando ipse testis stabat in Quartexana. Interrogatus, quantum tempus est, quod ipse testis utebatur in Quartexana, & quid utebatur cum eis. Respondit a tempore natiuitatis sui testis, sicut homo qui utitur in dicta Villa, & habet ibi familiam, licet sit Civis. Interrogatus quid gerere de Macinata, respondit, quod dicti fratres vendiderunt vineam unam positam in Quartexana patri sui testis, & Canonici traxerunt se testem ad causam, & vicerunt ei dictam vineam, pro eo quod dicti fratres non poterant vendere, nec permutare sine verbo & consensu Canonicorum Ferrariæ. Et dicit, quod aliud nescit, nisi ut supra dixit. Et de his omnibus, quae dixit, est publica fama. Et dicit, quod dictus Bonmercatus erat magnus & grossus. Et dicit, quod Theophania erat magna, & grossa, & pallida. Et non recordatur de tempore mortis ejus. Et dicit ipse testis, quod credit se habere XL. annos. Item interrogatus, quid est gerere se, sicut de Maci-

Macinata, respondit, quod nescit aliter, quid sit se gerere de Macinata, nisi quod Canonicis serviebat, & ipsi fecerunt eos Castaldos, & dederunt eis possessiones & bona omnia quondam Bernardi Conversi dictae Canonicae, & ipsi fratres serviebant Canonicis & Canonicae. Item dicit, quod dicti Canonici dederunt dictam Terram & Massavitiā dicti Bernardi dictis fratribus tamquam hominibus Macinatae dictae Canonicae, & fecerunt eos Castaldos Canonicae, dicentes: melius est beneficium nostris hominibus, qui ponunt animam & corpus pro nobis, quam aliis hominibus. Et ipse testis apportavit Massaviciā ad domum dicti Bernardi. Sed aliter nescit, quod essent de Macinata. Et nescit unde nata est dicta Theophania, & publica fama est illud, quod per homines dicitur. Liber est & non doctus, & super suam animam juravit.

Die eodem. Pasqualis testis juratus dicit suo sacramento, quod credit, quod Theophania & Bonmercatus ejus filius, & Guntarinus erant de Macinata Canonicae Ferrariae, secundum quod audiebat dici. Sed aliter nescit. De consuetudine dicit, se nihil scire. Quod se gererent sicut homines de Macinata dicit, quod nescit. Et aliud nescit, & quod de his, quae dixit superius erat publica fama. Interrogatus, quid est publica fama, respondit, illud, quod homines dicunt. Et hoc, ut supra dixit, dicit quod audivit dici, quando erat juvenis, & stabat in Quartexana. Sed jam sunt XXX. anni quod ipse exivit de Quartexana. Liber est & non doctus. Non sperat habere lucrum, & super suam animam juravit.

Die secundo intrante Januarii: Dominus Jacobus Canonicus Canonicae Episcopatus Ferrariae testis juratus dicit suo sacramento, quod Bonmercatus pater

A Thomastinae, Guntarinus & Balduinus fratres stabant & faciebant servitia Canonicae Ferrariae tamquam homines de Macinata dictae Canonicae, & confitebantur se esse de Macinata, & gerebant se pro hominibus de Macinata dictae Canonicae. Et ipse testis tempore quodam, quo Dominus Ugucio erat Camerarius dictae Canonicae, ipse testis fungebatur & faciebat officium Camerlengariae pro eo. Et erant ibi in Quartexana tempore messium & triturationum, & praecipiebant eis quandoque omnibus praedictis fratribus, quandoque singulis eorum, sicut servis dictae Canonicae, ut irent ad campos, sive ad agros pro segetibus conducendis ad aream, & ut facerent alia servitia tam in messionibus, quam in triturationibus. Et ipsi faciebant & obediebant ei. Interrogatus quae servitia faciebant praedicti dictae Canonicae tamquam homines de Macinata, respondit, quod ipsi cum personis suis & bobus & curribus ibant pro negotiis dictae Canonicae, sicut ipse testis saepe videbat, & alia servitia plura. Interrogatus cujusmodi staturae erat Bonmercatus, respondit quod magnae & grossae. Item dicit, quod ipse testis ibat cum Archipresbytero Rustico, cum Petro Quintano, cum Praeposito Garsendino, cum Praeposito Ugucione ad Quartexanam, & ad Mansos pro servitiis Canonicae faciendis, & hospitabantur in Quartexana in domo, in qua stabant dicti fratres, & ipsi serviebant eis, sicut homines de sua Macinata, in comestione praeparanda & danda, & lectis faciendis, & discalciandis Dominis, & equis sternendis. Non tantum semel cum praedictis simul, sed quandoque cum uno, & quandoque cum pluribus, diversis temporibus. Et dicit, quod haec fuerunt a XXII. annis citra, & propter praedicta, & occasione praedictorum habebant Canonici hanc possessionem servitius,

tutis, & in ea erant de praedictis fratribus. Super facto consuetudinis dicit, quod vidit Dominum Johannem de Albano quondam habere quemdam servum, qui natus erat ex libera femina, & stabat sicut ejus servus, & ipse possidebat eum sicut servum. Et dicit, quod audit a pluribus, quod consuetudo obtenta servatur, diu est, quod nati ex libera muliere, & ex patribus de Macinata sunt servi illorum, de quorum Macinata erant patres eorum, sicut audit de filio Zaneti quondam Beccarii, & de filiabus Treguanae uxoris quondam Brugnoli, sive Pizeti. Item dicit, quod in Quartexana & in Mansis & in Ferraria erat publica fama, quod Bonmercatus, Guntarinus, & Balduinus fratres erant homines de Macinata dictae Canonicae, & in Codreta, & in Contrapado. De Theophania matre praedictorum fratrum dicit se publice audivisse dici, quod fuit mater praedictorum, & fuit de Macinata dictae Canonicae. Item dicit idem testis, quod fuit praesens, ubi Guntarinus & Bonmercatus juraverunt fidelitatem Domino Garsendino tunc Praeposito Canonicae, recipienti pro hominibus Canonicae, & sicut homines de Macinata dictae Canonicae. Et hoc fuit in Canonica Ferrariae, praesentibus dictis Presbytero Rolando, & Domino Ugucione, & aliis. Interrogatus, quid est possidere, respondit, quod illud, quod habetur & possidetur ab aliquo. Et dicit, quod publica fama est illud, quod publice dicitur.

Die V. intrante Januario: Dominus Girardus Archipresbyter Canonicae Ferrariae, testis juratus dicit suo sacramento, quod sunt circa XXXIX. anni, quod ipse fuit receptus in Canonicum Ecclesiae Ferrariensis. Et in eodem anno fuit factus Camerarius dictae Canonicae; & postea cognovit Bonmercatum patrem Thomasiae, & Guntarinum ejus fratrem,

A non multis temporibus elapsis. Sed credit tamen, quod sunt XXX. anni & plus quod eos cognovit. Et ab illo tempore ipse testis & alii Canonici tenuerunt, habuerunt, & possederunt eos pro hominibus de Macinata dictae Canonicae. Interrogatus a quibus aliis Canonici habebantur & possidebantur pro hominibus de Macinata, respondit a Dominis Garsendino tunc Praeposito, & Garsendino minori, & Bonmartino Presbytero Ferrarivso, & Ugucione nunc Praeposito, & aliis Canonici Ferrariensis Ecclesiae. Interrogatus, quomodo scit, quod praedicti fratres tenebantur & possidebantur a praedictis Canonici pro hominibus de Macinata, respondit, dum fuerat Canonicus, quod dicti fratres dicebant tunc temporis, quod non erant de Macinata dictae Canonicae Ferrariae. Quare Praepositus tunc temporis Canonicae Ferrariae vocavit dictos fratres coram se, & interrogavit dictos fratres, si verum erat, quod dictum fuerat sibi, videlicet, quod dicerent, se non esse de Macinata dictae Canonicae: quod fratres negaverunt se dixisse, non esse de Macinata, & confessi fuerunt, se esse de Macinata dictae Canonicae. Et tunc juraverunt fidelitatem Praeposito & Canonici pro Canonica Ferrariae, sicut homines de Macinata, & servire Canonicae Ferrariae, sicut homines de Macinata, se teste praesente & vidente. Interrogatus, quando dicti fratres juraverunt fidelitatem dicto Praeposito & Canonici, respondit, quando alii Canonici, qui tunc erant in dicta Canonica. Item dicit, quod sunt circa XXX. anni, secundum quod credit, quod ipse testis & alii Canonici Ferrariae juraverunt, quod non venderent quasdam possessiones, quas habebant in Doxentola, & in Quartexana. Et tunc temporis dicti fratres venerunt ad dictos Canonicos, & petierunt ab eis, ut concederent

cederent eis possessiones, quas emerant a Monasterio Sancti Johannis Evangelistae de Ravenna, & venderent. Qui Canonici habito & deliberato Consilio intra se pro eo quod fecerant juramentum praedictum, & cognoscentes, quod non esset alienatio dare seu concedere de dictis possessionibus dictis fratribus, quum essent de Macinata dictae Canonicae, concesserunt eas praedictis pro suis denariis, sed pro minori pretio, quam dedissent aliis. Item dicit, quod dicti fratres, pro eo quod nati erant de Tophania, sicut credit, quod nati essent ex ea, erant de Macinata dictae Canonicae. Quum ipsa esset de Macinata, & gerebat se sicut de Macinata dictae Canonicae, servando & obediendo mandatis Praepositi & Capituli ad voluntatem eorum. Interrogatus, quomodo scit, quod sic serviebant Praeposito & Capitulo, respondit, quod vidit, & ipse testis pluries praecepit eis, & obediabant ei. Interrogatus, quid est gerere se sicut de Macinata, respondit, quod gerere se sicut de Macinata, est servire & obedire mandatis Dominorum, & habere, & jurare se esse de Macinata. Interrogatus, quomodo scit Theophaniam esse de Macinata, respondit, quod Canonici Ferrariae multociens defenderunt dictam Theophaniam a collectis, & aliis oneribus, sicut audivit dici. Interrogatus, si vidit Theophaniam, respondit, quod sic. Interrogatus, cujus staturae erat, respondit aequalis staturae, & vidit, & cognovit dictos fratres, & erant magnae staturae & grossae. De consuetudine dicit se nihil scire. Item dicit, quod publica fama erat & est, quod dicta Theophania & dicti fratres fuerunt de Macinata dictae Canonicae. Item interrogatus, quomodo scit quod est publica fama, respondit, quod publice dicitur ab omnibus, vel a majori parte in Quartexana. Et quid est

A dicere publica fama, respondit, illud quod publice dicitur ab omnibus. Liber est & non doctus: non sperat lucrum neque damnum proprium, & super suam animam juravit.

B Die eodem: Dominus Ugucio Praepositus Canonicae Episcopatus Ferrariae testis juratus dicit suo sacramento; quod sunt XXXVIII. anni & plus, quod ipse testis est Canonicus Canonicae Ferrariae, vel circa XXXVIII. annos. Et vidit Canonicos Ferrariae habere & tenere, & ipse cum eis, Theophaniam matrem Bonmercati & Guntarini pro sua femina de Macinata. Et ipsi ad dictum testem, & alios Ecclesiae Ferrariae Canonicos veniebant & reducebant se pro suis negotiis tamquam feminam de Macinata dictae Canonicae, & ipsi faciebant ipsi Theophaniae negotia, & filiorum suorum praedictorum tamquam feminae & homines de Macinata Canonicae, liberando eos a collectis & aliis oneribus. Et ipse testis pro Canonica Ferrariae fecit eis restitui frumentum & res alias, quas Dominus Salinguerra quondam fecerat sibi aufervi, tamquam hominibus de Macinata dictae Canonicae. Et dictam restitutionem fecit fieri Dominus Salinguerra ad petitionem sui testis, & aliorum Canonicorum de dicta Canonica pro eo quod ipsi erant de Macinata dictae Canonicae. Item dicit, quod ipse testis & alii Canonici Ferrariae erant in possessione eorum & possidebant eos, tamquam homines de Macinata dictae Canonicae. Et tempore, quo diviserunt possessiones Canonicae inter se ipsi Canonici, possessiones dicti Bonmercati patris Thomastinae, & Guntarini fratrum, posuerunt in divisione, quam inter se fecerunt contra voluntatem eorum; sed tamen consenserunt dictis Canonicis tamquam homines, qui erant de Macinata dictae Canonicae. Item dicit, quod dicti fratres dederunt in feudum quamdam Vineana

C

D

E

Pe-

Petrocino Ubaldini patri Buzgini pro certo pretio. Et dicti Canonici nolentes consentire dictae venditioni, fecerunt revocari, & revocata fuit concessio sive datio dicti feudi, pro eo quod ipsi erant de Macinata dictae Canonicae. Item dicit, quod ipse testis pro Canonica Ferrariae praecepit dictis fratribus, ut exirent de Casali in quo habitabant, pro eo quod pervenerat in partem uni Capitulum de Canonici dictae Canonicae. Et exierunt ipsi praecepto, & fecerunt domum aliam de mandato ejusdem testis in alio loco super possessionem dictae Canonicae. In qua eorum mandato habitaverunt. Item dicit ipse testis pro Canonica alium Casalem, qui quondam fuerat habitatus per Theophaniam praedictam matrem praedictorum, & ipsorum fratrum, divisit, & dedit aliis hominibus & mulieribus de Macinata dictae Canonicae sine eorum voluntate, & requisitione. Et adhuc illi quibus dati fuerunt, vel eorum heredes, habent & tenent pro dicta Canonica. Interrogatus, quomodo scit, quod dicta Theophania esset de Macinata dictae Canonicae, respondit, quod dicta Theophania & ejus filii gerebant se sicut de Macinata dictae Canonicae, recurrentes de omnibus suis negotiis, tamquam personae de Macinata dictae Canonicae ipsi testi, & aliis Canonici dictae Canonicae. Et ipse testis, & alii Canonici faciebant & tractabant eorum negotia tamquam personarum, quae erant de sua Macinata. Et fuerunt in possessione eorum tamquam de Macinata dictae Canonicae quo usque vixerunt. Et tempore mortis eorum ipse testis iit ad Quartexanam, & fecit scribi omnes res, quae fuerunt dictorum fratrum pro filiis, qui remanserant de eis, & res ipsas designaverunt matri dictae Thomasiae, & matri Raymicini, ut servaret eas pro ipsis filiis, tamquam pro personis de Macinata Cano-

A nicae. Item dicit, quod fuit praesens, quando dicitur Bonmercatus & Guntarinus fratres, antequam decederent, juraverunt fidelitatem tamquam homines de Macinata dictae Canonicae Praeposito Garfendino & Capitulo Ferrariae pro Canonica Ferrariae, & exinde fuit factum publicum Instrumentum. Item dicit, quod quum Raymicinus fuit in aetate convenienti ad hoc, juravit sibi testi & Capitulo Ferrariae pro dicta Canonica Ferrariae fidelitatem, & servare promisit tamquam homo de Macinata dictae Canonicae Ferrariae. Item dicit, quod ipse testis, quando ibat ad Quartexanam, ipse habitabat cum aliis, qui ibant secum in demo, in qua habitabant dicti fratres, quae erat domus dictae Canonicae. Et ipsi fratres tamquam homines de Macinata & familia dictae Canonicae serviebant eis. Item dicit, quod consuetudo in Ferraria & districtu approbata & obtenta servata fuit & servatur, quod nati ex partibus de Macinata, quamvis sint de libero utero nati, sunt de Macinata illorum, de quorum Macinata erant patres eorum. Et servatur & servata est per Dominum Marchionem Estensem, per quondam Dominum Salinguerram, per Turcos, & per Dominum Episcopum, & per Episcopatum Ferrariae, sicut est de Gualterino nato ex libero utero, & tamen est de Macinata Episcopatus Ferrariae, pro eo quod pater ejus fuit de Macinata Episcopatus Ferrariae. Item dicit, quod publica fama erat, & est, quod Theophania & Bonmercatus & Guntarinus ejus filii fuerunt de Macinata dictae Canonicae, & quod gerebant se & serviebant Canonici Ferrariae tamquam homines de Macinata dictae Canonicae. Et quia dicta consuetudo servatur, & servata est ultra memoriam alicujus hominis vivens, sive hic retro. Interrogatus quid est publica fama, respondit,

illud

illud quod publice per homines dicitur. Liber est, non doctus; non sperat habere lucrum proprium.

Die XI. exeunte Decembri. Magister Johannes testis juratus dicit suo sacramento; quod audivit a Domino Garsendino Praeposito Majori, & ab alio Garsendino Praepositis Canonicae Ferrariae, & ab aliis Canonicis, quod Bonmercatus pater Thomasinæ, & Guntarinus ejus frater fuerunt de Macinata dictae Canonicae, & dictos fratres cognovit; & erant bonae & magnae staturae. Item dicit de consuetudine approbata se nihil scire. Item quod Theophania mater praedictorum fratrum fuerit de Macinata Canonicae Ferrariae, & dicit, quod audivit dici a Praepositis & Canonicis Ferrariae, quod ipsa Theophania appellabat se de Macinata Canonicae Ferrariae sive Canonicorum, & dicebat sibi testi, quod ipsa erat de Macinata Canonicae Ferrariae; & Vos estis meus Dominus. Et dicit, quod ipsa erat Massara de bona grossiccia. De tempore vitae dictae Theophaniae non recordatur. Item dicit, quod dictus Bonmercatus, Guntarinus, & eorum mater Theophania gerebant se sicut de Macinata dictae Canonicae. Interrogatus, quomodo scit; respondit, quod vidit, quod praedicti omnes & singuli faciebant obsequiales operas in serviendo Canonicis, & universi & singuli sibi in faciendo obsequium & servitium, quod poterant facere Canonicis universi & singuli in assurgendo, & alios honores faciendo pro dictis, vocando Canonicos Dominos suos, & se de Macinata ipsorum Canonicorum universaliter, & serviles operas sibi praestabant in domo ipsorum Guntarini & Bonmercati serviendo Canonicis, quandocumque ibant ad domum praedictorum in serviendo realiter & personaliter. Et si ipse testis in alia domo hospitabatur in Quar-

Tom. II.

A. texana, ipsi veniebant ad ipsum testem, & serviebant de rebus & personis suis, & cum bono vino. Et multotiens ipse testis ivit cum praedictis fratribus ad Domum Communis Ferrariae de mandato Praepositi Canonicae Ferrariae, quando imponebant sibi onus personale, sive collectam, & allegabat pro eis ex parte Canonicae, quia non debebat eis imponi aliquod onus sive collecta, quia dicebant se esse de Macinata Canonicae, & in continenti Judices absoluebant eos a collecta imposta sive onere. Et dicebant praedicti fratres, quod dominium Canonicae valde bonum erat, unde ipsi debebant facere voluntatem suam. Item dicit, quod Canonici sive Praepositi abstulerunt sibi possessiones in quibus habitabant, vel habitare debebant, & diviservunt inter se illa Casalia, & dederunt sibi alibi possessiones alias ad habitandum, secundum quod placuit Capitulo. Item dicit, quod publica fama est in Quartexana & in Ferraria, & in aliis locis, quod ipsi & mater eorum erant de Macinata dictae Canonicae. Et gerebant se sicut de Macinata dictae Canonicae. Item dicit, quod praedicta fama erat tunc in Quartexana, & in Ferraria. Interrogatus, quid est dicere publica fama, respondit, illud quod per homines dicitur. Liber est & non doctus: non sperat habere lucrum neque damnum, & super suam animam juravit.

Die IX. intrante Januario: Ottolinus Bagata testis juratus dicit super consuetudine, quod consuetudo est in Ferraria, & in contrata sua specialiter vidit, quod illi, qui nascuntur ex liberis feminibus & hominibus de Macinata, sunt de Macinata, sicut ipsimet dicunt, qui sunt de Macinata. Sicut est filia Foleti, quae libera est, & habet in virum Primumbonum, qui est de Macinata Domini Marchionis, & filii

V v

cx

ex dicto Primobono & dicta filia Fole-ri sunt de Macinata Domini Marchionis, & ipsimet dicunt, quod sunt de Macinata dicti Domini Marchionis. Et illud idem dicitur de filia Johannis della Gayba, & de viro ejus Bisule. Et dicit, quod haec consuetudo servatur in Ferraria. Interrogatus quibus personis dicunt praedicti se esse de Macinata, respondit, quos saepe utitur cum eis, & videt quod serviunt dicti Domino Marchioni sicut homines de Macinata. Interrogatus, quae servitia faciunt Domino Marchioni sicut homines de Macinata, respondit, quod vadunt & veniunt & faciunt servitia sua. Super aliis capitulis interrogatus, dicit se nihil scire. Liber est & non doctus: non sperat habere lucrum &c.

Die eodem: Dominus Bernardinus de Funtana testis juratus dicit suo sacramento, quod haec consuetudo servata est & servatur in Ferraria & districtu, quod nati ex omnibus de Macinata, sunt de Macinata illorum, de quorum Macinata sunt vel fuerunt patres eorum, quamvis eorum matres sint liberae. Et dicit quod habet bene LIII. annos. Et ab illo tempore quod potuit recordari, vidit dictam consuetudinem servari. Et dicit, quod Lanfranchinus de Trisigale fuit de Macinata Domini Jacobi & Domini Ubaldini de Fontana patris sui testis. Et habuit liberam feminam pro uxore, & filiae natae ex eis, quae fuerunt duae, fuerunt & exiterunt de Macinata dictorum Dominorum Jacobi & Ubaldini & sui testis & consortium suorum. Una quarum habuit in maritum Vivianum, & alia habuit Bonaccursum de Trisigale. Et filii nati ex eis sunt de Macinata sui testis, & consortium suorum. Item dicit, quod Scaridellus, qui fuit de Macinata praedictorum Dominorum & sui testis & consortium suorum, accepit u-

A xorem liberam; & filii nati ex dicto Scaridello & ex dicta libera sunt de Macinata sui testis & consortium suorum, & eos habent, & possident, & alios praedictos sicut homines de Macinata. De omnibus aliis Capitulis intentionis, dicit se nihil scire. Dicit tantum, quod audivit dici, quod Bonmercatus & Guntarinus fuerunt homines de Macinata Canonicae Ferrariae. De hac consuetudine dicit, quod est publica fama, & publica fama est illud, quod dicitur per homines in plateis & alibi. Liber est, & non doctus &c.

Die eodem: Dominus Albertinus de Turclis, testis juratus dicit suo sacramento, quod consuetudo Ferrariae & districtus approbata & obtenta servatur, & servatum est, quod filii nati ex servis, quamvis sint nati ex liberis feminabus, sunt de Macinata illorum, de quorum sunt patres eorum. Interrogatus, quomodo scit, respondit, quod scit pro firmo, quod sic servatur. Interrogatus, a quibus servatur haec consuetudo, respondit, a se teste, & ab aliis magnis hominibus de Ferraria; sicut est de Bonaventura & Salueto, qui nati sunt ex servo suo, & ex libero utero, & aliis. Item dicit, quod de hac consuetudine est publica fama, & publica fama est illud, quod homines dicunt. Et est manifestum, & homines dicunt. Liber est, & non doctus &c.

Die eodem: Dominus Johannes de Trota testis juratus dicit suo sacramento, quod multis vicibus audivit dici, quod Bonmercatus & Guntarinus fratres fuerunt de Macinata Canonicae Ferrariae. Item dicit, quod consuetudo in Ferraria & districtu servatur obtenta, & servatum est, quod filii nati ex hominibus de Macinata, quamvis sint nati ex liberis feminabus, sunt de Macinata illorum, de quorum Macinata erant patres eorum. Item dicit, quod Dominus



Dominus Fridericus quondam Imperator, quum ivet Romam ad accipiendum Coronam Imperii, ipse tulit sententiam, quod homines nati ex servis Domini Tifolini, qui erant nati ex liberis mulieribus, essent de Macinata dicti Domini Tifolini. Item dicit, quod quamvis haec consuetudo fuerit, & servata & obtenta sit, est contra jus, quia in Legibus scriptum est, quod omnes qui nascuntur ex libero, sunt liberi. Liber est, & non doctus &c.

Dominus Maynardinus de Maynardis, testis juratus, die III. intrante Januario, deposuit dictum suum die IX. intrante Januario, dixit suo sacramento, quod Praepositus Ferrariae misit pro se teste, & rogavit eum, ut ivet ad Domum Communis Ferrariae, & fidejureret pro Guntarino & Bonmercato, qui tenebantur super Domum Communis destenuti; dicens dictus Praepositus sibi testi, & alii Canonici, quod ipsi Guntarinus & Bonmercatus erant de Macinata dictae Canonicae. Et ipse testis una cum Domino Marchesino de Maynardis receperunt, & fidejusserunt, & extorserunt eos tamquam homines de Macinata dictae Canonicae. Interrogatus de tempore, dixit, quod non recordatur. Item dicit, quod tempore mortis dictorum fratrum Guntarini & Bonmercati, ipse testis ivit ad Quartexanam post dictum Dominum Praepositum ad preces ipsius Domini Praepositi, & vidit ipsum Praepositum accipere filios eorum & res suas, & disponere de eis secundum voluntatem suam pro dicta Canonica. De tempore non recordatur. Item dicit, quod jam sunt L. anni ante & plus a quibus citra recordatur ista consuetudo sibi, quia nati ex servo, quamvis sit mater eorum libera, servi sunt, & pro servis habentur. Et hoc vidit in Ferraria, in Salesta, & Archoda. Interrogatus, a quibus fuit hoc servatum,

A respondit, quod hoc vidit servari in Macinatis Domini Salinguerrae, & specialiter in Johannino Cavaturta de Salesta, qui accepit Bonamsantem filiam Bavaterii pro uxore, & erat libera. Et filii nati ex eis, scilicet Pelegrinus, Paulinus, & Petrusbonus, sunt de Macinata heredum Domini Salinguerrae, & fuerunt dicti Domini Salinguerrae.

B Item dicit, quod Aldigerii habent de hujusmodi servis, sicut ipsi Aldigerii dicunt. Item dicit, quod publica fama est, quod dicti fratres Guntarinus & Bonmercatus erant de Macinata dictae Canonicae, & quod praedicta consuetudo servatur & servata est. Interrogatus, quid est publica fama, respondit, quod vulgo dicitur ab omnibus. Interrogatus, quomodo approbata est dicta consuetudo, respondit, quia Domini tenent & tenuerunt a suo recordatu citra pro suis servis homines sic natos. Et recordatur bene a L. annis citra. Liber est, & non doctus; non sperat habere lucrum nec damnum &c.

Die VII. intrante Januario: Dominus Bolgarinus testis juratus deposuit dictum suum: die X. intrante Januario dicit suo sacramento, quod audivit dici, & fama erat per Terram Quartexanae & in Ferraria, quod Bonmercatus, Guntarinus, & Balduinus, fuerunt de Macinata Canonicae Ferrariae à tempore suo recordatu, scilicet à XXX. annis citra. De consuetudine dicit, quod nati ex patribus de Macinata, sunt de Macinata illo-  
E rum, de quorum Macinata erant patres eorum. Et servatur consuetudo ista secundum quod audivit dici. Item dicit, quod audivit, quod illi, qui nascuntur ex libero utero, non sunt de Macinata, sed liberi. Item dicit, quod Bonmercatus & Guntarinus maxime faciebant facta dictae Canonicae, & erant aliquando Massarii, aliquando Castaldi dictae Canonicae, secundum quod vidit. Et fa-

ma erat, quod erant homines de Macinata. Et ipsemet testis audivit, quod praedicti erant homines de Macinata dictae Canonicae, & credebat, & credit. Item dicit de consuetudine, quod alii dicunt, quod servatur, & alii, non. Et dicit, quod fama publica est illud, quod homines dicunt. Liber est & non doctus. Non sperat habere lucrum &c.

Die X. intrante Januario: Rigacius de Castro Tedalto, testis juratus dicit suo sacramento, de omnibus capitulis intentionis, se nihil scire.

Die III. intrante Januario: Dominus Turclus, testis juratus deposuit dictum suum. Die X. intrante Januario dicit suo sacramento super consuetudine, quod haec consuetudo servatur in se proprie, quod filii nati ex suis hominibus de Macinata, sunt de sua Macinata, sicut fuerunt patres, sicut proprie filii nati ex quodam Brugoli, qui fuit suus homo de Macinata, & fuerunt nati ex Treguana, quae erat libera; & Bonavintura & Saluetus fratres, qui fuerunt nati ex quodam Zaneto suo servo, & credit, quod mater eorum fuit libera. Et habet & tenet eos, & possidet pro sua Macinata. Et credit, quod hoc sit publica fama. Et dicit, quod publica fama est illud, quod per homines publice dicitur. Liber est & non doctus; non sperat habere lucrum &c.

Die III. intrante Januario juravit, & deposuit dictum suum. Die IV. intrante Februario Dominus Papazonus de Aldigeriis, testis juratus dicit suo sacramento, quod vidit Dominum Petrum & Dominum Aldigerium de Aldigeriis habere & tenere Drugolinum pro suo homine de Macinata, & erat. Et ipse Drugolinus accepit Dominam Dodam in uxorem, quae erat libera. Et filii nati ex dicto Drugolino, & ex dicta Doda fuerunt habiti & detenti à dictis Dominis pro hominibus de sua Macinata.

A Et ipse testis dicit, quod in divisione facta inter Aldigerios, dicti filii Dodae & Drugolini venerunt in partem Domini Petri praedicti, & ipse habuit eos pro suis hominibus de Macinata, & ipsi hodie serviunt Domino Aldigerio filio dicti Domini Petri, & haec consuetudo dicit, quod servata est, & proprie in praedictis, & sic servata est consuetudo. Interrogatus, quae servitia faciebant dicti filii dictis Dominis, respondit, quod faciebant servitia omnia, quae praecipiebantur eis, sicut sui servi suis Dominis. Liber est &c.

B Die eodem juravit & deposuit dictum suum. Die IV. intrante Februario, Dominus Vescorvellus de Aldigeriis, testis juratus dicit suo sacramento, quod vidit Gaybanellum, qui fuit de Macinata matris suae testis, qui Gaybanellus accepit Solefnieram in uxorem, quae erat libera, & habuit ex ea sex filios, qui in divisione, quam fecerunt Aldigerii inter se de Macinatis suis, venerunt in partem Domino Papazono, qui habet eos & tenet pro personis de sua Macinata, & ipsi serviunt ei, sicut servi sui ut suis Dominis. Item dicit, quod recordatur bene a XX. annis citra & plus, quod haec consuetudo servata est, quod illi, qui sunt nati ex hominibus de Macinata, sunt de Macinata illorum, de quorum Macinata erant patres eorum, sicut est de Castellano, qui habet bene, secundum quod credit, XXX. annos, qui fuit filius Druguli hominis de Macinata quondam Dominorum Petri & Aldigerii, & Dodae uxoris dicti Druguli, quae erat libera; qui Castellanus in divisione, quam Aldigerii fecerunt inter se, venit in partem Domini Petri praedicti, & filius ejus Dominus Aldigerius habet & tenet eum pro homine de Macinata; & ipse servit ei, sicut servi serviunt suis Dominis. Liber est &c.

E Et

Et ego Salutamus, Dei gratiâ Sacri Palatii, & tunc Communis Ferrariae Notarius, hos testes de praecepto Domini Viviani de Avloto tunc Judicis Communis Ferrariae scripsi, & in quaterno meo recepi.

Membrana haec scripta creditur circiter Annum 1252. quia Bonmercatus & fratres eius juraverant fidelitatem Capitulo in manibus Domini Garfindini Praepositi, & Bonjohannis Archipresbyteri. Anno 1222. V. Martii, rogitu Martini Notarii.

Illud denique praetermissum nolo, in antiquis Regestis Serenissimae Estensis Familiae reperiri multos tum Ferrariensis, tum Rhodigiensis agri qui fatentur, se tenere & possidere Anno MCCLXXII. à Domino Obizone Marchione Estensi & Anconitano possessiones & terras jure Maynentiae. Pro istis solvebat annuatim aut quartum aut quintum, aut septimum omnium

A frugum, aut quamdam solidorum summam, aut staria quaedam frumenti. Nullum ibi juramentum fidelitatis. Hujusmodi hominum genus, de quibus supra mentio facta est, qui Manentes ac Tributarii, & Mansionarii quoque, ut puto, in aliis Chartis appellantur, aliquo Servitutis vinculo tenebatur, puta quia invito domino ab agris excolendis recedere eis non licebat, ut habet Ranfridus apud Ducangium in Glossario Latino, atque ad operas varias domino praedii praestandas sese obstringebant. Haec eorum obligatio in causa erat, cur ne omnino quidem liberi censerentur & discrimen esset inter eos & Alloderios. Id constabit ex Charta Senensi, quam olim Hubertus Benvoglientus è Collectaneis nobilis viri Francisci Piccolominei Senensis descriptam ad me misit.

Friderici Judicis Senensis sententia in controversia inter Canonicos Senenses & quosdam contententes se esse Alloderios, non autem Villanos eorundem Canonicorum, Anno 1183.

IN Dei nomine. Amen. Orta controversia inter Presbiterum Benziem pro Universitate Canonice Sancte Marie Senensis Episcopatus Syndicum in hac causa specialiter ordinatum ex una parte agentem, & Ferretum Johannis Verrani ex altera contradicentem; quem cum Canonici eorum hominem & Villanum per capitulum fore, & ab eis per triginta annos & ultra una cum patre suo & avo sic detentum fuisse, & minime inter Alloderios connumeratum esse dicerent, ipse e contrario se Liberrum & Alloderium, & nequaquam eorum Villanum esse, nec Patrem

D suum vel Avum fuisse profitebatur & affirmabat, & inter Alloderios numerari conabatur. Accidit quod cum Senenses Consules & Consiliarii, videlicet Jacobus Paltoneus, Thomas, Marianus, Provenzanus, & Ildibrandus, Yoseph, Alloderios & eorum jura & rationes esse contra omnes personas, eorum sacramento pro Communi Senensi defendere tenerentur, mihi Frederigo Judici, utrum supradictus Ferretus Alloderius, vel Canonicorum Villanus esset, nec ne, litem praedictam cognoscendam & terminandam . . . . volentes utriusque partis jura conservare inlesa, Ideo-

„ Ideoque ego Frederigus Dei gratiâ  
 „ Iudex ordinarius Domini Impera-  
 „ toris Frederigi, ex mandato pre-  
 „ dictorum Consulium & Consiliario-  
 „ rum, auditis confessionibus & al-  
 „ legationibus utriusque partis, au-  
 „ ditâ etiam confessione predicti Fer-  
 „ recti, dicentis se Canonorum Ho-  
 „ minem de eorum podere, quod ab  
 „ eis tenebat, fore: testibus insuper  
 „ ab utraque parte introductis dili-  
 „ genter examinatis; & utrum pre-  
 „ dictus Ferrectus Alloderius esset,  
 „ vel non: fide veri cognita, predi-  
 „ ctum Ferrectum, more hujus re-  
 „ gionis, quamvis Allodium ipsum  
 „ habere comperissem, tamen propter  
 „ tenimentum Canonorum, quod  
 „ longissimo tempore pro eorum Ho-  
 „ mine tenuit, & longinquam Ca-  
 „ nonicorum detentionem, & servi-  
 „ tiorum, que Villani Dominis so-  
 „ liti sunt facere, antiquam perce-  
 „ ptionem: Villanum dictorum Ca-  
 „ nonicorum & non Alloderium es-  
 „ se pronuptio, & sic ipsum in  
 „ predicti Presbiteri Benzi Sindici  
 „ petitionibus condempno; & cum  
 „ voluntarie..... & citatus ad sen-  
 „ tentiam audiendam venire detre-  
 „ tasset, in eum tamquam in con-  
 „ tumacem sententiam fero.

„ Data Senis apud Sanctum Pere-  
 „ grinum in Curia Senensium Con-  
 „ sulum, presente Jacobo Consule,  
 „ Beringario Paganucci, Fortarrigo  
 „ Adalardi, Amerigo Guidi Maizi,  
 „ Cacciamonaco Accattapani, Raine-  
 „ rio Bonfignori, Ranuccio Tacke, &  
 „ Rainerio Rinaldi, & aliis quamplu-  
 „ ribus, Anno Domini MCLXXXIII.  
 „ Idibus Novembris, Indictione II.

*Manentes* autem Liberos quidem ho-  
 mines, sed non prorsus à Servorum  
 sorte exclusos fuisse, quamquam ea  
 Servitus perquam levis foret prae ve-

A ris Servis, ediscere possumus ex Con-  
 stitutionibus MStis Guidonis Episco-  
 pi Ferrariensis, Anno MCCCXXXII.  
 promulgatis, ubi sancitum est, ut *Or-  
 dines Sacros nullus Simoniacus, nullus  
 Servus, nullus Ascriptitius, qui vulgo  
 dicitur Maynente, sine licentia Domini  
 sui adipisci valeat.* Viden' ut *Manen-  
 tes & Ascriptitii* idem forent, ac pro-

B inde aliquâ servilis conditionis notâ  
 signarentur? Attamen quum à *Servis*  
 ipsis aperte distinguantur, nil mi-  
 rum, si apud quosdam ex veteribus  
 invenias tum eos, tum Adscriptitios  
*Liberorum* catalogo additos. Medii er-  
 go fuere inter Servos & Liberos, u-  
 triusque nimirum conditionis parti-  
 cipes: utpote qui Manumissione non  
 indigebant, ut Libertatem conseque-  
 rentur, sed tantummodo veniâ Do-  
 mini, qui obligationem ab eis con-  
 tractam dissolveret. Quicquid verò  
 fortunarum sibi comparare juste po-  
 terant, in eorum jure fuit. Differe-  
 bant ab *Aldiis*; nam Aldii Libertor-  
 um genus fuere: *Manentes* autem nun-  
 quam veram Servitutem servierunt.

C Similes potius dicas *Litis*, seu *Lidis*,  
 ac *Fiscalinis*, apud Francos olim fa-  
 miliaribus: quorum est mentio in Le-  
 gibus Langobardorum, & in Capitu-  
 laribus Regum Francorum, de qui-  
 bus mihi sermo erit in subsequenti  
 Dissertatione. *Alloderii* in Charta Se-  
 nensi nuper memorati, nisi nos no-  
 men fallit, ii fuisse videntur, qui  
 D *Allodii* & proprietatis titulo, non au-  
 tem Emphyteusis, Feudi, Manen-  
 tiaë &c. praedium ab aliquo sibi con-  
 quisierant: hoc tamen adhuc Domi-  
 no, qui illud dedit aliqua conditio-  
 ne obnoxium erat. Vide quae Du-  
 Cangius habet ad vocem *Alodiarium*.  
 Proinde *Manentes* & *Servos* confirman-  
 dos sibi olim ab Imperatoribus cu-  
 rabant eorum Domini seu Patroni,  
 E ut

ut constabit è subsequenti Privilegio, A sceterio sacrarum Virginum Lucen-  
quod autographum vidi in nobili A- | | sum Sanctae Justinae.

Ottonis Magni Diploma, per quod Sanctimonialibus Lucensibus  
olim Salvatoris, nunc Sanctae Justinae, earum bona  
ac Jura confirmat, Anno 964.

IN nomine Sanctae & individuae  
Trinitatis. Otto divina favente  
clementia Imperator Augustus.  
Omnium fidelium Sanctae Dei Ec-  
clesiae, nostrorumque praesentium  
scilicet ac futurorum noverit sol-  
lertia, *Adelheidam nostram dilectis-*  
*simam Conjugem*, amore animarum-  
que nostrarum remedio *Grimma Ab-*  
*batissa cum Monachabus in Monaste-*  
*rio Domini & Salvatoris, qui dicitur*  
*Prisciano*, Deum militantibus  
in usu ac sumptu in Flexo *Ma-*  
*nentes quinque*, in Tempuniano *u-*  
*num*, in Turre *quinque*, & Sun-  
drium unum, in Castagnulo *Ma-*  
*nentes octo* cum domnicato, salinas  
omnes, quae ad ipsum pertinent  
Monasterium, Cafagio domnicato  
in Flexo, terras & vineas in Fle-  
xo cum omnibus, quae ad ipsum  
pertinent Monasterium, & alias pe-  
cias de terra, quae sunt prope Fle-  
xo, & olivetum, quod ibi perti-  
net de Petrulio, *Manentem unum*  
in Vaccule, pecias de vineis duas  
à Caprugnano, *Manentes tres* in  
Saltuclo, *Manentes quinque* & u-  
nam peciam de vinea, & unum  
Sundrium domnicatum in Fraja,  
*Manentes quatuor* in Priscia, *Ma-*  
*nentes decem* cum terris & vineis  
domnicatis in Trotta, Ecclesiam  
unam cum massariciis tribus, &  
cum terris & vineis domnicatis in  
Pacanico; *Manentem unum*, pecias  
de prato, tres in loco qui dicitur  
Petronacco, & alias pecias de pra-

B  
to quatuor; in Assignano Massa-  
rium unum, sortem unam in Mas-  
sa, in Quiesca \* Nassarium unum, à  
Caprile Massarium unum, per no-  
stri Praecepti paginam donare, con-  
cedere, confirmare, & corroborare  
dignaremur. Cujus petitionibus au-  
res accomodantes pro Dei amore,  
animarumque nostrarum remedio,  
prenominatis Monachabus in pre-  
fato Monasterio Domini Salvato-  
ris, qui Prixiano dicitur, pro tem-  
pore Deum militantibus in usum  
& sumptum, in Flexo *Manentes*  
*quinque*, in Tempuniano &c. ( *ut*  
*supra* ) pro ut juste & legaliter  
possumus, per hoc nostrum Prece-  
ptum donamus, concedimus, con-  
firmamus, & corroboramus, una  
cum casis, sediminibus, terris &c.  
eâ scilicet ratione, quatinus Mo-  
nache in prenominate Monasterio  
pro tempore Deo militantes, in  
usum & sumptum predictas res ha-  
beant, teneant, possideant, fruan-  
turque jure perpetuo, omnium ho-  
minum contradictione remota. Si  
quis autem hujus nostri precepti  
violator extiterit, sciat se compo-  
siturum auri optimi Libras cen-  
tum, medietatem Camerae nostrae,  
& medietatem prefatis Monacha-  
bus in supradicto Monasterio pro  
tempore Deum militantibus. Quod  
ut verius credatur, & diligentius  
ab omnibus observetur, manibus  
propriis roborantes, de anulo no-  
stro subter annotari iussimus.

„ Signum

„ Signum Domni Ottonis piissimi  ac invictissimi Imperatoris Augusti.

*Adest Sigillum cereum cum effigie Ottonis & literis*  
OTTO IMPERATOR AVGVSTVS.

„ Luitgerus Cancellarius ad vicem Widonis Episcopi & Archicancellarii  
„ recognovi & subscripsi.

„ Data IV. Kalendas Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCLXIV.

„ Indictione VII. Anno verò Domni Ottonis Augusti Imperatoris Tertio.

„ Actum Luce feliciter. Amen.

Ceterum postremo loco fateri oportet, in varia hominum Liberorum ac Servorum apud veteres conditione plene dignoscenda, eorumque nominum accurata significatione indicanda, multa nos fugere, ac facile unum cum altero confundi posse à nobis, alia nunc morum ratione viventibus. Nam exempli causâ in antiquis monumentis occurrunt nuper memorati *Adscriptitii*, & *Servi glebae*, quos nonnulli veris Servis accensent, quum certe duris conditionibus addicti forent Dominis, quorum rura colebant. Attamen statuendum est, servilem notam minime *Adscriptitiis* inurendam; Liberi quippe erant cum origine tum statu, & in l. *ne diutius C. de Agriculis & censitis*, fortuna *adscriptitia* opponitur *servili*; quod & aliae Leges eodem in loco evincunt. Qui in Codice Theodosiano Lib. XI. Tit. 24. de *Patrociniis* l. 6. appellantur *Vicis adscripti*, & qui *Homolegi* more *gentilitio nuncupantur*, ejusdem generis fuere, ut pluribus ostendit Gothofredus. *Rustici* etiam alicubi appellantur, & saepius *Coloni* sive *Villani*. Excolendos autem Dominorum agros accipiebant (quod & agricolae nostri faciunt)

A ac censum, aut redituum certam partem iis reddebant; sed ita infixi glebae, idest agris sibi creditis, ut inde invito Domino migrare nefas esset. Et si quisquam fugam tentabat, ad *exemplum Servi fugitivi*, ut est in l. *cum satis C.* eodem, poenam incurrebat, eique fortunae erat ille *suppositus una cum omni sobole sua, nulla liberatione ei penitus competente*, hoc est, dum Dominus repugnaret. Non alia *Manentium* fortuna fuisse videtur: hoc est non ratione personae, sed ruris, cui erant adscripti, Servi quodammodo reputabantur, quum tamen Liberi revera forent, neque eis ad pristinam Libertatem recuperandam Manumissione opus esset. Homines *de Masnada* sese obstringebant ad arma pro Domino sumenda, & in exercitum prodibant, quoties opus erat. *Adscriptitii* vero sive *Coloni*, ejusmodi obligatione fortasse caruerint. Secula posteriora aliis nominibus significarunt, quae antiquioribus in usu erant. Haec autem Agricoliarum conditio in Italia desit eâ ipsâ de causâ, quae servos sustulit. Nimirum profcisso Regno paene dixi in innumeros dominatores, si qui ex hisce *Colonis* in finitimorum plerumque

rumque inimicorum ditionem fugiebant, nulla erat ratio eos iterum ad servitium cogendi. Quare satius visum est, iis duritie omni depositâ uti, hoc est intactâ illorum Libertate: qui mos adhuc apud Italicos observatur. Pacta quidem interdum statuebantur inter Proceres, aut Urbes vicinas, ut neutri parti liceret, hominem alterius retinere (ita enim loquebantur); verum ut amicitia, ita & foedera levi negotio tunc evanescebant, ac nullum proinde efficacius frenum ad cohibendam Agricolarum fugam superfuit, quam leniter eos habere, & sinere, ut Libertate à Deo data fruerentur. Supra vidimus fas minime fuisse *Adscriptitios* promovere ad sacros Ordines. Sunt in hanc rem complures Conciliorum Canones, quos recensere superfluum foret, Servis accessum interdicentes ad sacros Cleri gradus, nisi prius Libertatem à Dominis impetrassent. Haec autem potissimum exigebatur in promovendis ad Presbyteratum.

A Verum barbaricis Saeculis non satis accurate aequissima haec decreta observabantur, sive Episcoporum nimia indulgentiâ, sive Dominorum praepotentiâ. De huiusmodi abusu conquestus est Carolus M. in Capitulari Aquisgran. Anno DCCLXXXIX. Cap. 22. inquit: *Admittuntur passim ad Ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur. Et qui à Dominis suis Libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium Sacerdotii, tamquam servilis vilitas hunc honorem capiat, provehuntur.* Haec lucem dabunt Donationi factae à Guaiferio Principe Salernitano Ecclesiae Sancti Maximi, in qua is eidem offert *ad deserviendum, & laudem Domino reddendum pueros aliquot, è quibus nonnulli erant Diaconi, aut Subdiaconi, reliqui Clerici.* Si offert Ecclesiae, ergo sub ejus potestate, ac jure Dominicali adhuc erant. Pergamena authentica adservatur in Tabulario Monasterii Cavenis.

B

C

Charta Guaiferii Principis Salernitani, qua Ecclesiae Sancti Maximi à se aedificatae multa donat, Anno 874; restaurata & confirmata Anno 1118.

„ IN nomine Domini Dei eterni &  
 „ Salvatoris nostri Jesu Christi.  
 „ Anno ab Incarnatione ejus Mille-  
 „ mo Centesimo Octavodecimo, tem-  
 „ poribus Domini nostri Guilielmi  
 „ gloriosi Principis & Ducis, mense  
 „ Octobris, XII. Indictione. Dum in  
 „ Monasterio sancte & individue Tri-  
 „ nitatis, quod constructum est fo-  
 „ ris hanc Salernitanam Civitatem  
 „ in loco Metiliano, cui Dominus  
 „ Petrus gratia Dei venerabilis Ab-  
 „ bas praest, essem ego Petrus Ju-  
 „ dex, in eadem praesentia jussu ip-  
 Tom. II

D „ sius Domni Abbatis ostensa est u-  
 „ na Cartula, que continebat. In no-  
 „ mine Domini Dei Salvatoris Jesu Chri-  
 „ sti. Regnante Domino Lodoico Imperato-  
 „ re Augusto, Anno Deo propitio ejus  
 „ Imperii Vigesimo, mense Novembris, VII.  
 „ Indictione (scilicet Anno Christi 874.)  
 „ Ego Guaiferius divina gratia Princeps,  
 „ filius bone memoriae Dauserii, divino  
 „ auxilio me adiuvante, intus hanc Sa-  
 „ lernitanam Civitatem a super ista Fi-  
 „ stula propinquo casa mea a fundamine  
 „ usque ad culmen Ecclesiam Dei edifica-  
 „ vi in honore & vocabulo beati Sancti  
 E

Maximi Confessoris Domini nostri Jesu Christi. Nunc autem quoque Dominus largitus est mihi ipsi Ecclesie per hanc offerstonem devote mentis offerre desidero, unde credimus ad Dei omnipotentis misericordiam pervenire. Primum quidem offero ipsi Ecclesie ad deservendum & laudem Domino reddendum Pueros hos, qui subter leguntur. Hec sunt nomina eorum: Johannes Diaconus, filius Usiperti de Valentino, & alius Johannes Subdiaconus, filius Leonis, Liutprandus Subdiaconus de Liburia, filius Liupert, Emepertus Clericus, filius... Sdepertus, filius Mauri de Saltu, Lupus Clericus, quem datum habui de filiis Aanesrit, & Amipertus Clericus de Liburia, filius Carungi. Insimul & de rebus meis ibi obtuli, que subter leguntur; idest terram per circuitum ipsius Ecclesie, & casas, qualiter edificate sunt cum Curte sua, & terra vacua a super ipsam Ecclesiam, uno teniente, que habet fines a subter erga parietem de ipso viridario nostro duos pedes ab eodem pariete cessante, & per exiente in plateam, que deducit ad Portam de Rispirzu, abinde saliente a capite de ipsa casa, quam Gualpertus Servus noster ibi edificavit per latera erga ipsam viam, que deducit ad casam de Rotensibus & ceteris, qui illic habitant, quomodo ipse..... discernit, & saliente sub casa de filiis Auderami, & revolvit per ipsam viam, & saliente usque sub casa Filiperti filii Eelesuni, qualiter modo case nostre ibi edificate sunt, & sepes erga ipsam viam, & ferolarum factum est; & de superna parte de ipso monte finis, idem auditus a casa ipsius Filiperti & Madelmi filii Donadei, & Gaudeiosi, & Lanfridi filii Laduli, sicut & inde sepes discernit, & ferolarum factum fuit. De alio vero latere descendente sub ipso andito a casa ip-

A  
 sius Lanfridi, quomodo ibi sepes est, & derittum in ipso pariete, quem nos misimus retro ipsam absidam de ipsa Ecclesia Sancti Maximi. Et inde qualiter ipse paries edificatus est per derittum, descendente usque in ipsam priorem finem de ipso pariete, qui venit ab ipso viridario nostro a super ipsam Fistulam cessante inde duos pedes. In-  
 B  
 fra has autem fines in integrum terram illam cum castis suis & cum ipso pariete retro ipsam absidam in ipsa Ecclesia offerui. Illam vero terram & vacuum cum edificio suo, quod est de ista parte de ipso pariete, qui retro ipsam absidam est, in nostra, vel de nostris heredibus reservavimus potestate: introitu quidem habeat ipsa Ecclesia & Sacerdotes ipsius a parte ipsa de ipsa Platea, ubi ipsi Cancelli positi sunt. Et nobis & nostris heredibus liceat introire in ipsam Ecclesiam de ista parte de ipsa casa nostra, ubi ipse auditus modo est, usque ad ipsam Regiam, que in ipsa Ecclesia edificata est, in ipsa subdita subtana de ipsa Ecclesia, ubi Altare Sancti Bartholomei Apostoli edificatum est. Simulque & per..... offerimus ibi terram, que appellatur de Pandula ad ipsas quercias, capientem seminationem modiorum quatuor, & est ibi arbusum vitatum. Aliam petiam ad Aira Moderasu. Aliam terram de la Pesona de modiis duobus, que est Cassatina. Aliam terram, que nominatur de Rosala modiorum duodecim, & arbusum & castanetum & quercietum sive avellanetum. Aliam terram, que nominatur Casa Maurose. Et aliam terram, que fuit de Domininy, que est arbusum vitatum modii unius. Sunt insimul seminationes de fasulis modiorum viginti. Et est circa Casam Amabilem, quam cum integro ipso Casale de Casa Amabile, uno teniente, quantum modo ibidem habeo, ut in antea  
 C  
 D  
 E  
 ibi



ibi aquiservo, cum ipso Servo nostro, nomine Palumbo, cum uxore & filiis & filiabus & pertinentia sua, quod mihi dedit Leo de Alexandria. Hec omnia sunt in finibus Sarnensibus. Insimul & integrum rem illam, que est in loco, qui vocatur Malianus Salernitanae finis, que discernit inter has res & rem, que fuit Alerissi, infra ipsas fines in integrum cum ipsa casa, que intus hanc posita est, cum omnibus intra se habentibus, ibique obtuli, & quantum ibi adhuc paravero.

Et insuper ista offerfio offerfa permaneat, quam etsi Dei vocatio mihi e-  
 venerit ubique, & aliter modo de rebus meis non pareat judicatum, per ipsam offerfionem volumus atque statuimus, ut pro salute anime eveniat integra portio mea de rebus substantie mee per diversa loca in prefata Ecclesia Sancti Maximi, quam ad filios nostros reliquimus, ut talem portionem inde percipiant Rectores ipsius Ecclesie in possessione ipsius Ecclesie, qualem unum de meis filiis, absque Servis & Ancillis, qui continentur in ipsa mea portione, quos volumus, ut Liberi vadant pro salute anime nostre: qui habuerint cispitem, cum suo cispite, & qui cispitem non habuerint, sufficiat ipsis Libertas sua. Tali ordine supradicte Ecclesie nostre Sancti Maximi ea, que preleguntur, omnia offerui, ut ex ea semper ibi hospitium & eleemosina esse debeat pro pauperibus & viduis ac debilibus per Sacerdotem illum, quem ego ibi ordinavero. Et post defunctionem nostram, licentiam habeant heredes nostri ibi ordinationem facere post obitum illorum Sacerdotum, quos nos ibi reliquerimus ordinatos. Nam non quod filius aut heres meus inde aliquid tollere, aut subtrahere possit, aut cuilibet per quamcumque rationem dare, aut alienare, nisi tantum ut ordinationem i-

A bi faciat de Sacerdote, qui bonum habeat testimonium, ut semper ibi eleemosina & hospitium esse debeat de debilibus & pauperibus & viduis pro mee salute anime. Et si Pontifex hujus Salernitanae Sedis Ecclesie istam nostram legibus adungere poterit, volo ut tantum ipsam Ecclesiam cum suis parietibus habeat, nam nullum aliud, quod supra legitur, quod ibi modo dedimus, aut in antea dederimus. Sed neque aditum ibi ad ingrediendum habeat, sed tantum hospitium eleemosinarum fiat inde semper adimpletum de omnibus, que ibi modo dedimus, aut in antea dederimus. Et si heredes nostri hoc non adimpleverint, aut si inde aliquod subtraxerint, vel si a parte Palatii illorum fuerit contractum, aut tollum, volo, ut veniat in potestatem Abbatis Sancti Benedicti, qui in illis diebus fuerit, Ecclesia ipsa cum omni eo quod supra legitur, tantum ad ordinationem ibi faciendam de Sacerdote bonam famam habente, qualiter semper eleemosina & hospitium, ut supra legitur, adimpletum fiat. Nam si pro alio modo heredes mei ea, que superius leguntur, remove querierint, aut contrahere, vel si exinde alicui dare presumpserint per quemlibet modum, illud quod datum paruerit, sit diruptum, & permaneat sicut superius legitur. Et si contigerit, ut veniat ista Ecclesia in ordinatione de predictis venerabilibus locis per negligentiam de meis heredibus, si observare contempserint, sicut supra nos precipimus & ordinavimus, de ipsa Ecclesia & de ejus rebus heredes mei non possint inde aliquid subtrahere aut minuire, nisi plicentur secum Abbates cum illo, qui fuerit ad ordinandum ibi Sacerdotem, qui adimpleat supradicta nostra precepta. Et si amplius inde contrahere presumpserit aut tollere quesierit, jam nullam ibi habeat potestatem ordi-

ordinandi aut dominandi: & ubi illorum scriptum istud per duas, aut tres vices ante Judicem publicum ostensum & relectum fuerit, & in antea inde perseveraverit causandum, centum Beneventanos Solidos sit culpabilis componendus ille Abbas, in cujus illis diebus fuerit dominatio. Et in antea inde taciti maneant in expositum, ne forte agantur a custodibus supradicti venerabilis loci ea, que nos supra detestavimus, ut illum perdere debeat, & revertatur ad meos heredes, si factum fuerit, sicut supra legitur, ista fiant. Et omnis laboratio, quam adhuc fecerimus, quantum est infra fines erga ipsam Ecclesiam, in prefata Ecclesia permaneat. Prius hec omnia, que supra leguntur, judicamus, ut dum ego, qui supra Guaisefius existero, in mea sit potestate faciendi que voluero, & in aliis modis judicandi qualiter mihi placuerit, & quod in aliis modis per quamcumque rationem exinde judicavero, stabile & firmum permaneat. Nam si aliter a nobis judicatum non fuerit, predicta omnia cum finibus & viis suis in ipsa Ecclesia permaneant, quam & hic firmo, ut si tori filii nostri absque filiis vel filiabus de legitimis suis uxoribus defuncti fuerint, & res, quas illis reliquerimus injudicatas, reliquerint, omnes ille res absque Servis & Ancillis pro illorum & nostre salute anime veniant in istam Ecclesiam Sancti Maximi. Servi vero & Ancille cum sua pertinentia, quam habuerint, vadant liberi, & qui non habuerit, habeat libertatem suam. Et hunc tenorem te Jotonem Notarium sic scribere rogavi, ut hanc offerfionem mihi reddas, ut ex ea faciam, quod mihi placuerit.

Actum Salerni, Mense & Indictione suprascripta.

✠ Ego Sichembardus testis sum.

✠ Ego Sichardus me subscripsi.

A ✠ Ego Landemari me subscripsi.  
✠ Ego Adelchisi filius Veroni me subscripsi.

✠ Ego Gaydo me subscripsi.

✠ Ego Zando Gastaldus.

✠ Ego Alays testis subscripsi.

✠ Ego Grimoald me subscripsi.

✠ Ego Petrus testis sum.

✠ Ego Raduni testis sum.

B ✠ Ego Benedictus.

„ Cum autem ipsa Cartula ostensa  
„ fuit, quoniam litere ipsius estense  
„ chartule in tantum erant plerisque  
„ partibus pre nimia vetustate dele-  
„ te, quod cum summo periculo vix  
„ legi poterant, velut omnibus lite-  
„ rarum scientibus illud videntibus  
„ manifeste patebat, idcirco ipse Do-  
„ minus Abbas pro parte ipsius Ec-  
„ clesie Sancti Maximi, que videli-  
„ cet Ecclesia suprascripto Monaste-  
„ rio Sancte Trinitatis pertinet per  
„ firmam Chartulam Domni VII.  
„ Gregorii venerabilis Pape, conce-  
„ dente etiam Domino Gisulfo in il-  
„ lo tempore Salernitano Principe,  
„ & ipsa Chartula typario ejusdem  
„ Domni Pape plumbea bulla bulla-  
„ ta est: & per confirmationem u-  
„ nius Privilegii Domni Urbani II.  
„ Pape, quod datum fuerat Venusie  
„ per manus Johannis Sanctae Ro-  
„ mane Ecclesie Diaconi Cardinalis  
„ & prosignatoris ipsius Domini Ur-  
„ bani Pape, undecimo Kalendas O-  
„ ctobris Anno predictae Incarnatio-  
„ nis MLXXXIX. Indictione XIII.  
„ Pontificatus ejus Anno II. & per  
„ confirmationem alterius Privilegii  
„ Domini Paschalis II. Pape, quod  
„ datum fuerat Salerni per manus  
„ suprascripti Johannis tertio Kalen-  
„ das Septembris Indictione VIII.  
„ Anno predictae Incarnationis MC.  
„ Pontificatus ipsius Domini Pascha-  
„ lis secundo, & in eo subscriptus

„ est

est ipse Dominus Paschalis, & quamplures Episcopi & Cardinales: me deprecatus est, quatenus ipsam Chartulam, que per jussum ipsius Domini Abbatis, ut prelegitur, estensa est, in hac Chartula declarari juberem. Quibus denique precibus annui, & ipsam Chartulam te Johannem Notarium & Advocatum in hac Chartula literis declarare jussi, memorans quia quod superius disturbatum est in uno loco legitur *intus* & in alio *jus*, & in alio *ejusdem Domini*.

✠ *Ego qui supra Petrus Judex,*

In Charta ista Libertate etiam donantur, decedente è vivis Testatore, *Servi & Ancillae ejusdem, quos volumus, ait, ut Liberi vadant pro salute animae nostrae: qui habuerint cispitem, cum suo cispite; & qui cispitem non habuerint, sufficiat ipsis Libertas sua.* Paria vidimus supra in Charta Vulturnenfi Anni DCCC. Nomine *Cespitis* sive *Cispitis*, significare consueverunt majores nostri praedia rustica, e quibus portio Servis singulis excolenda tradebatur. Hinc *Cespitatum* exigere occurrit in veterum monumentis. Heic ergo Princeps non *Libertatem* tantum, sed & *Cespites* Servis iis donasse videtur: quod tamen quum dicatur ibi *Liberi vadant cum suo Cispite*, non satis verisimile appareat. Sed animadvertendum est, fuisse Servos industrios, qui tantum Peculii congerebant, ut agros inde sibi coemerent, quos uti rem propriam agnoscebant, quamquam jus suum in illos Dominus retinuerit, neque sine ejus venia vendere aut donare eis liceret, uti jam supra ostendi in Donationis documento factae ab Alberto Uberti Comitum Servo Monasterio Regiensi Sancti Prosperi, Anno Christi MXXV. Ad haec Servi

tanta interdum sibi commoda parabant, ut sibi alios conquirerent Servos, quorum operâ & obsequio uterentur. Inter Lindenbrogii Formulas, Cap. 103. legitur *Ingenuitas* (idest *Libertas*) *quam potest Servus ad alium Servum facere.* Libertatem autem elargiri hisce Subservis non licuit, nisi *cum permissione Domini*, cui suberant locupletes illi Servi. Quum verò indicatum supra fuerit, Ecclesiam minime diremisse Conjugium initum inter Servum unius Domini, & Ancillam alterius: qua ex re manabant incommoda complura in eorum Dominos: dissimulare heic nolo, alicubi interdicta, nulliusque vigoris fuisse ejusmodi Conjugia. In capitulari Ahytonis Episcopi Basileensis, qui sub Carolo Magno Augusto floruit, apud Dacherium in Spicilegio Tom. I. editionis novissimae, haec habentur, Cap. 21. *Ubi verò Mancipia non unius, sed diversae potestatis juncta fuerint, nisi consentientibus utrisque Dominis, hujusmodi copulatio rata non erit.* Immo ipsa Lex 129. Caroli Magni, quam supra laudavi, idem statuere videtur. Ita enim Servorum Matrimonia non dirimenda ait, ut subdat: *Sic tamen ut ipsum conjugium legale sit, & per voluntatem Dominorum suorum.* Pro hujusmodi Conjugiis adfertur etiam Canon. 31. Concilii Cabilonenfis habiti Anno DCCCXIII. Verum eadem exceptio & illic occurrit. Inquiunt enim Patres: *Et hoc in illis observandum est, ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem Dominorum.* Ergo deficiente Dominorum consensu corruisse Matrimonium videtur. In Lege Salica Tit. 27. §. 6. secundum editionem Baluzii, *Servus Ancillam alienam, & contra voluntatem Domini sui in uxorem ducens, CXX. denariis multatur.* At in

in Lege Wisigothorum Lib. 3. Tit. 2. si quis Ancillam suam Servo alieno sine conscientia Domini sui uxorem dedisset, Dominus Servi Ancillam ipsam cum filiis sibi vindicabat. Quare varia locorum consuetudo fuit, & diu in Gallia perseveravit poena indicta Servis matrimonia ineuntibus cum Ancillis alterius Domini: Matrimonia tamen non idcirco dissolvebantur. Finem praesenti argumento faciam, producendo Chartam, di-

A gniam sane, quae in lucem exeratur: quum ex ea constet, quibus pactis homines se olim Servos alicujus constituerent. Cujus rei perquam rara exempla in antiquis membranis supersunt. Hanc debeo supralaudato Amico meo Scalabrinio Ferrariensi, qui ex authentica pergamena ipsam descripsit. In notis Chronologicis aliquid tenebrarum occurret; sed facile agnoscas, illic designari Annum Christi MXVIII.

Leo de Villa Gurcaurae se tradit in Servum Georgio Subdiacono  
Ferrariensi, Anno 1018.

**I**N nomine Sancte, & individue Trinitatis, Pontificatus vero Domini nostri Benedicti summi pontificis & universalis Pape in Apostolica sacratissima beati Petri Apostoli Domini Sede, Anno Sextodecimo, Regni vero ejus, quod ante regnavit Domni Envici Regis, antequam Romanorum Imperator efficeretur, Anno..... decimo, sed modo imperat Anno Quintodecimo. In Dei nomine die tercio mensis Juni, Indictione prima, Ferrariae, proficens profiteor me ego quidem in Dei nomine Leo quondam bone memorie de Villa Gurcaure, ab hoc die per hujus pagine mee vocis, professionis, sponsonis, promissionis, & alligacionis Servicii, appresenti die & hora, nullo me penitus cogente neque compellente nec suadente, vel vim inferente, sed meo proprio deliberativo arbitrio, & spontanea bona voluntate me ipsum..... presencia testium, qui in..... leguntur, presencialiter atque corporaliter meam personam trado tibi presenti Georgio Subdiacono Canonice Ecclesie Sancti Georgii Martiris Christi, ad serviendum tibi omnibus diebus vite mee, tantum pro precio Denariorum Solidos tre-ginta, quos tu dederas pro me Eriber-

C to Comiti in presencia testium Ingr.... & Bonizo amborum filiorum quondam bone memorie Rotecarii, & Rainfredo & Leonis de Brundo. Propterea placet mihi a presenti die & hora, bona & sincera mea voluntate deservire & obsequiare sive supplicare tibi jam dicto \* Gregorio Subdiacono omnibus diebus vite mee, cum vera fide & humilitate, sine fraude, vel absque malo ingenio, intus & foris, ad qualemcumque laborem vel obsequium nocturnum rei licite, vel diurnum mihi imperaveritis facere, illud sine contradictione libenter atque diligenter adimplere, & facere & custodire promitto tantum pro suprascripto beneficio, sicut supra legitur: & pro altero beneficio mihi facere debeas omnibus diebus vite mee vestire & calciare, nutrire & pascere & gubernare, & per singulos annos finitos duodecim Denarios debeas mihi, & debeas tantum in mea humilitate reconditos. Et insuper nec fugam me arripere presumo per ullam occasionem vel ingenium: quod si fortasse latenter & furtive cum vestris rebus furatis de vestro Servizio exire nifus fuero,

fuero, aut fugam in quamlibet Terra . . . . partes arripere presumpsero, liceat tibi Georgio Subdiacono, Domino, benefactori meo, vel per tuum Missum me inquirere & persecutare, & me ubicumque inveneritis fugitivu latronem apprehendere & disciplinare, & me in vestrum Servitium revocare ad serviendum tibi omnibus diebus vite mee, sicut supra legitur, pro superscripto beneficio, sicut supra legitur. Et quod . . . . at & advertat divina potentia, & si fortasse ego quidem superscriptus Leo promissore atque sponsor omnia, sicut supra legitur, conservare & adimplere noluero, & de vestro Servitio exire voluero, vel aliquam controversiam sive contrarietatis calumniam contra hanc sponsonis atque promissionis & alligacionis servicii paginam dicere voluero, promitto componere & dare tibi Georgio Subdiacono ante omne litis initium vel inter . . . . pene nomine, Denariorum Libras sexaginta. Et post penam solutam permaneat ista promissionis, sponsonis, & alligacionis Servicii mei pagina, sicut supra legitur, in suo robore firmitatis. Quam scribere rogavi Demetrium Tabellionem & Judicem hujus Civitatis Ferrariae,

A in qua manu propria adfirmavi, & testes adfirmare rogavi, qui inferius leguntur. Et sub eorum presencia meam personam tradidi corporaliter tibi Georgio Subdiacono pariter cum ista sponsonis vel promissionis, & alligacionis Servitutis, & corporalis tradicionis pagina, sicut supra legitur, ad serviendum tibi Georgio Subdiacono omnibus diebus vite mee pro superscriptis beneficiis, sicut supra legitur, sub die tercio mensis Junii, Indictione I. Ferrarie.

Signum ✠ manus superscripto Leo Sponsor atque promissor ad omnia, sicut supra legitur conservanda relictus est auctor.

C Signa ✠✠✠✠✠✠✠ manuum Johannis de Ferosus, Ugo de Lovado, & Bonando de Rotardo, & Teuzo frater Johannis de Feroso, & Genuarius, & Angilbertus, & Urso Rex, ad omnia, sicut supra legitur, electi, & rogati sunt testes.

D Ego Demetrius Tabellio & Judex hujus Civitatis Ferrariae, scriptor hujus pagine sponsonis, promissionis, & alligacionis servicii, sicut supra legitur, post roboracionem testium traditam complevi & absolvi.



D E  
MANUMISSIONIBUS  
SERVORUM,  
ET DE LIBERTIS, ALDIIS, AC ALDIANIS.  
DISSERTATIO  
QUINCTADECIMA.

1885

MANUAL

OF THE

...

...

...

...

...



# DISSERTATIO

## QUINCTA DECIMA.



**D**E *Servis* dixi. De *Libertis* quoque aliquid dicendum restat. Non erat olim infelix adeo servilis conditio, ut sublata foret spes aliquando recipiendae aut acquirendae Libertatis. Immo hujusce praemii imago ante oculos Servorum consultò semper statuebatur, Heris nimirum recte perpendentibus, auctum iri ad amoenum hunc aspectum eorum fidem, patientiam, ac sollicitudinem ergà Dominum, ejusque negotia. Et reapse si ve quod inter Dominorum virtutes postrema non esset humanitas, si ve quod illorum gratiam quantis possent artibus Servi sibi conciliarent, non rarò miseri ad Libertatem affurgebant. Id per *Manumissionem* peragebatur, iique *Liberti* deinde appellari consueverunt. Quid Graeci, quid Romani, aliique Populi praestiterint olim in manumittendis *Servis*, nihil est, quod ego in praesentia commemorem. A doctissimis Jurisconsultis, aliisque eruditis viris, qui ejusmodi argumentum persequuti sunt, haec petat, qui velit. Meum est in posteriora Secula inquirere; quamvis enim & ista retinuerint, ac diutissime servarint, ut supra indicavimus, veterum Romanorum consuetudinem tum in a-  
lendis, tum in Libertate donandis

**A** *Servis*, diversos tamen ab iis ritus ac leges invexere, quas habere perspectas neminem, uti spero, pigebit. Erant ergo olim *Servi*, eorumque familiae non solùm Saecularibus Dominis, sed & Ecclesiis, Clericorum Collegiis, ac Monasteriis utriusque sexus. Laicis Dominis suos manumittere, si ve ut aiebant, *libertare*, familiare fuit; perquam rarò id ab Ecclesiis ac Monasteriis factum, non alià, ut videtur, de causà, nisi quod Manumissio sit quaedam alienationis species; bona verò Ecclesiarum alienare non à recentibus tantùm, sed ab antiquis Conciliorum decretis interdictum erat. Vide c. *Abbati* Dist. 54. & c. *Episcopi*, de reb. Eccles. non alienandis. In Chronico Monasterii Beneventani Tom. 8. Ital. Sacrae, quosdam videas revocatos à Principe in Servitutem, quod eos Abbas sine ipsius Principis sententia & consensu Libertate donasset. Quod solum frequenti in usu fuit, si quando Servorum filii, quamquam & ipsi Servitutis vinculo, aliquam Literis operam dabant, ita ut digni viderentur, aut saltem non indigni, quibus Ordines sacri conferrentur; tunc & Episcopi & Abbates minime difficiles se praebant ad consentiendum eorum votis, sinebantque eos sacris initiari. Et quoniam ut legitur in Concilio Chalcedonenfi Can. 4. cum fastigio Sacerdotii non bene componitur servi-

*servilis vilitas*, ii prius per Manumissionem à Dominis in libertatem vindicandi erant. Immo & juri Patronatus renuntiare Domini cogebantur: quod si secus factum fuisset, atque inficiis aut invitis Heris quisquam è Servis Clero adscriberetur, is reclamante Domino de gradu dejiciendus erat, & pristinam Servitutem servire cogebatur. Propterea Servitus à recentioribus inter species Irregularitatis merito recensetur. Quum de hisce multus sit sermo in Decreto, Dist. 54. & in Decretalibus Tit. *de Servis non ordinandis*, superfluum duco in hanc rem antiquos Canones commemorare, uti & veterum testimonia ac recentiorum. Aliquando etiam statutum fuit, legitimè Clericali militiae nomen dedisse, qui id praestitisset sciente duntaxat, & non contradicente Domino, uti habetur Dist. 54. c. *si Servus sciente*. Graecis quoque Ecclesiis hunc esse morem ostendit Clariss. Papadopolus in Praenotion. Mystagog. Resp. 2. Sect. 5. Itaque prima *Manumissionis*, ut ita dicam, species fuit ipsa sacrorum Ordinum collatio, quamquam illam praecedere semper soleret actus ipse *Manumissionis* à legibus praescriptus. Cujus quidem ritus exemplum, hoc est vetustissimam *Manumissionis* Formulam ego produxi Tomo 2. pag. 187. *Anecdotorum Latinorum* \*. Atqui ostium hoc tam sibi commodum ad Libertatem patere conspicati Servi, nil mirum, si certatim eo ruerent; ac propterea antiquis Saeculis tanta Sacerdotum turba è Servorum castris ad sacri Altaris ministeria conscenderet. In id per saepe nullo negotio ipsi quoque consentiebant Domini, sive Episcopi, sive Monachi, sive Laici, quod plerisque Ecclesiae forent, aut Capellae juris proprii,

\* Tom. XI. P. III. pag. 153. hujus Edition.

A | sive juris patronatus; & quum de Sacerdote aut Parocho sacris iis locis praeficiendo agebatur, satius arbitrabantur, unum ex Servis suis ad id muneris deligere, morigerum sibi facile futurum, quàm extraneum nihil sibi antea obnoxium. Hinc ergo manabat tantum ille Servorum confluxus ad Sacerdotium; atque is mos non barbaricis tantum Saeculis invaluit, sed ipso quoque Saeculo Christianae Aerae V. quum cum, ut supra innui, improbarit Synodus Chalcedonensis, & postea Carolus Magnus Augustus, uti in praecedenti Dissert. vidimus.

In Additamentis ad Leges Langobardicas à me editis Part. II. Tomi I. *Rer. Italicar.* pag. 113. Carolus Magnus haec statuit: *De propriis Servis vel Ancillis ut non amplius tondantur, vel velentur, nisi secundum mensuram, ut & ibi satisfiat, & Villae non sint desolatae.* Haec tondantur pro tondeantur, idest Clericali tonsurâ Deo sacrentur. *Velentur* de Ancillis dictum est, quae sacro velamine sumto Monasticam vitam amplectebantur. Vides, quousque excreverit Servorum impetus erga sacra ministeria, plerumque, ut puto, Pietatis ac Religionis intuitu, sed non raro cupiditate afferendi sese in Libertatem. Verum quum agri iis potissimum excolendi traderentur, eorumque agmina inde avolarent, ut Templo inservirent, unde in agri culturam, ipsamque rem publicam incommoda non pauca consequerentur: sapientissimus ille Augustus intemperantiam hanc coercendam ratus, statuit, ut modus aliquis foret in posterum provehendis ad sacra servilis conditionis hominibus. Ad haec Lege 138. inter Langobardicas edixit: *Ut Servum alterius nemo sollicitet ad Clericalem vel*

*Monachalem ascendere Ordinem sine licentia & voluntate Domini sui. Antea verd. Liutprandus Rex Lib. V. Cap. 24. Legum Langobard. sacros Canones idem vetantes prae oculis habens, Legem hanc promulgavit: Si quis servum alienum sine voluntate Domini sui clericaverit, componat Domino ejus pro illicita praesumptione Solidos XX. & ipse Servus revertatur ad proprium Dominum: & ipse Dominus ejus eum habeat, sicut voluerit. Instauravit hanc eandem Legem Ludovicus II. Augustus Lege 30. inter additas à me Legibus Langobardicis, ubi statuit: Ut nemo praesumat alterius Servum Ministrum Ecclesiae constituere vel benedicere, antequam à Domino suo tradatur in manu Pontificis in Libertate integra persistendum omnibus diebus. Nec possit Dominus post illum diem dominationis jus in eum exercere: & tunc sicut Domini voluntas est, ad sacrum Ordinem accedat. Mitto Capitularia Ludovici Pii in hac rem legenda Tom. 3. Concil. Gallic. & apud Baluzium: quorum rigore consultum est Servis, qui passim ad gradus Ecclesiasticos indiscrete promovebantur. Denique Praefules & Abbates proniores reddebat ad sinendos Servos militiae Ecclesiasticae adscribi, quod nihil sibi deperiret ex illorum peculio & quaestibus. Nam (uti habetur in Decretalibus c. de famulis Tit. de Servis non ordinandis) quidquid talibus extiterit debitum, aut quomodolibet collatum, eis in personas extraneas transmittere non licebit; sed omnia ad jus Ecclesiae, à qua manumissi sunt, post eorum obitum debeant pervenire. Ad haec, teste Concilio Aquisgranensi Anni DCCCXVI. ideo Servos ad sacra munera deligebant sacri Pastores, ut si quando eis aliquid incommodum fecerint, aut stipendia opportuna subtraxerint, nihil queri-*

*A. moniae contra se objicere praesumant; timentes scilicet, ne aut severissimis verbis afficiantur, aut humanae servituti denuo crudeliter addicantur. Haec ibi Cap. 119.*

*B. Aliis autem modis ex jure ac ditione Ecclesiarum evadebant Servi. Primò improborum Praefulum vitio, qui nihil sibi religioni ducebant Episcopia aut Monasteria depauperare, nihil morati minas Canonum ac ultionem divinam. Fundos etiam dilapidabant; ornamenta Templorum, ac Servorum familias in affinium aliorumve jus transferebant. Cujus rei abominandum exemplum, atque illud multiplex, nobis exhibet Chronici Farfensis Auctor Gregorius Monachus Part. II. Tomi II. Rer. Italicar. in Campone perditissimo Abbate celeberrimi illius Coenobii. Erant & boni, qui Servos suos in emphyteusim Laicis concedebant: cujus etiam moris exemplum non unum prostat in Chronico Monasterii Vulturvensis Par. II. Tomi I. Rer. Italicar. Praeterea per aliam rimam elabebantur Mancipia Ecclesiarum, ac earum servitio sese aut filios suos subtrahebant, Matrimonii nempe initis cum Liberis personis. Alicubi certe filii, sive nascerentur e Servo & Libera Foemina, sive ex Libero homine atque Ancilla, deteriorem partem semper sequi cogebantur, hoc est, Servituti erant addicti. At alibi, dum alteruter ex conjugibus Libertate fruere-  
*C. tur, idem quoque privilegium ad eorum Liberos extendebatur. Praeterquam quod per ejusmodi nuptias saepe fiebat, ut Servi ita conjugati non tantum debitas operas detrectarent, sed & ad conditionem suam negandam sensim procederent. Est mihi in hac rem nobile Diploma, quod ex archetypo descripti, existente in**

Archivo

Archivo Monachorum Casinensium Sancti Petri Mutinae. Monasterium Leonense, ad quod Charta haec pertinet, in agro Brixiano à Desiderio Langobardorum Rege fundatum, ac magnifice dotatum, illustre olim fuit, atque illius mentionem fecit Clariss. Mabillonius in Annalib. Benedictin. ad Annum DCCLIX. haec postea subjiciens: *Verum, ut habent rerum humanarum vices, hoc Monasterium à Conrado II. Imperatore solo aequatum*

A *fuisse tradunt.* Attamen edificere ex hoc Diplomate possumus, longe post Conradi II. tempora sacrum illum locum, ejusque Abbates viguisse. Eo autem lubentius monumentum istud exero, quod insignis olim loci paene oblitterata fuerit memoria, & paucae aliae Chartae ejusdem ad tempora nostra pervenerint. Vide etiam, quae de ipso attuli in Dissert. XXXVII. de Hospitalibus.

Henrici VI. Imperatoris Diploma, quo omnia privilegia & jura confirmat Monasterio Sancti Salvatoris ad Leones in Dioecesi Brixiana, Anno 1194.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Henricus Sextus divina favente clementia Romanorum Imperator & semper Augustus. Si Ecclesiarum Dei usibus prospicimus, ad eterne vite meritum & prosperiorem temporalis glorie decursum nobis proficere credimus. Quocirca omnium Sancte Dei Ecclesie, Imperiique nostri fidelium, presentium scilicet ac futurorum noverit universitas, qualiter dilectus noster Gunterius venerabilis Abbas Monasterii Domini Salvatoris & Sancti Benedicti, quod per Desiderium Regem Lombardorum in territorio Brixiano constat esse fundatum in loco, qui dicitur Leones, assumptis sibi pluribus intercessoribus presentavit nostris obitibus Precepta Predecessorum nostrorum Regum & Imperatorum, videlicet Karoli, Lodovici, Berengarii, Hugonis, & trium Ottonum, atque Henrici, & Friderici: que eidem sancto & venerabili loco ab eisdem concessa & confirmata sunt, petens & suppliciter poscens, ut ob amorem Dei ea omnia inviolata statuere, atque Precepti nostri auctoritate confirmare & corroborare dignaremur. Cujus

C *precibus ob divine remunerationis premia clementer acquiescentes, hanc nostre auctoritatis paginam perenniter & immutabiliter observandam fieri jussimus, per quam omnia, que jam dicto Leonensi Monasterio quocumque auctoritatis modo collata fuerint, & ea omnia, que hic subter annotantur, absque cujusquam inquietudine vel diminutione prefato Gunterio Abbati, ejusque successoribus, cunctisque Fratribus in jam dicto loco Deo famulantibus confirmamus & corroboramus, atque integerrime largimur. Idest Monasterium cum suis adjacentiis, cum Baptismali Ecclesia Sancti Johannis, cum omnibus eidem Monasterio pertinentibus in summo Lactu, in Vignole, Campilione, Sullo, Materno, Parmole, Gavarado, Cubiato, Gussiaco, Grilliano, Pulliaco, Carunno, Scavilliano, Casanova, Bisennana, Camposuri, Marmoretulo, Calvisiano, Riclo, Gaède. Solarium in Brixia cum broilo usque in viam Orientis, & cum Ecclesia Sancti Benedicti. Casa in Verona. Rebus in Tervisio, Delle, Nuciano, Paone, Castronovo, cum Ecclesia Sancti Andree, Milciano, Gosaringo cum Ecclesia Sancti Petri; San-*

Ela Maria in Mauriatica, Caprina, Cisiniano, Marcelliano, in Quincianello, Vertuma, Lupellina, Sala, Vila, Ustiliano, Turicella cum Ecclesia Sancti Andree, Pulcassiano, Curterupta, Flexo, Fenti, Funtanelle, Bucellano, Curte de Siliano, Campaniola, Tizano cum piscationibus suis, Ariola, Limite, Tostedo, Rivaria cum Portu & piscariis suis, Viacava, Turicella in ripa Largionis, Dosino, Corigiam Viridem. Casa cum orto in Papia inter duos pontes, & molendinum in Catrona in finibus Pergamensibus in Columbario. In Taurinense Auriade. Sancto Martino in Ardene cum spineta. Res Adelrade. Carpenetulo, Ecclesia Sancti Genesii cum possessionibus suis. Gambava cum Ecclesia Sancte Marie, & Ecclesia Sancti Petri. Et omnes Decimas desuper totam Abbatiam in usum pauperum & hospitem. Sancta Maria in Gauseringo, in Idros, & res Baldulfi Abbatis, & Landulfi Diaconi in Granciano, & quasdam res Ramperti in Vernesisco. Et omnem medietatem de piscaria in Celonsco; Gaiuzulo cum Ecclesia Sancte Marie. Et res Bertaldi Comitis, quas in precavia habuit; Panziano cum Ecclesia Sanctorum Apostolorum Philippi & Jacobi; & cum Plebe Sancte Marie, & Sancti Sebastiani, que dicitur Basilica nova non longe ab eadem Cella; specialiter etiam cum omni Decima ad camacem Curtem Panzianum pertinente, quam semper pacifico & quieto ordine tenuit, ex quo predictus Rex Desiderius eandem Decimam juste & legaliter Monasterio tradidit. Et piscaria in Cenoso, Bajowaria, Ducentula, Valeriana, Fontanalata. Et Senodochio Sancti Benedicti in Montelongo & Campo Mercati. Et alio Senodochio, quod dicitur Cassio, cum suis pertinentiis in Miliarina, in Corrigio, Vespariolo, Scandaliano, in Macreto, & Mercatum in eodem loco, in No-

A ceto, in Medesiano, in Aureliano, & duas partes de Strata in Pontremulo, & Ecclesia Sancti Georgii cum possessionibus suis. Et in Serto Manentes sex: in Griniacula cum una Ecclesia; & in Melazano cum duabus partibus de Arcule.

B Omnia igitur hec superius inserta, & per Precepta predecessorum nostrorum tradita & confirmata, juste & legaliter acquisita vel acquirenda, perpetua stabilitate concedimus praefato Monasterio possidere, habere. Preterea si aliquid est, vel inveniri potest tam in circuitu ejusdem Cenobii, quamque aliorum supra nominatorum locorum ad ipsum pertinentium, quod ad Regale jus deficiuntibus olim hereditariis successoribus devenerit, eidem Cenobio ob anime nostre remedium nostra preceptali donatione & largimur & confirmantes roboramus. De Servis vero & Ancillis ipsi loco a suo conditore in servitium Monachorum Deo servientium inibi traditis, qui suos filios vel filias occasione alienandi eos vel eorum filios a servitio, liberis conjugio tradunt, aut e contra suscipiunt, constituimus & firmamus, ut juxta quod in predecessorum nostrorum Regum & Imperatorum constitutum habent, sive de paterna, seu de materna generatione descendunt, nullatenus a famulatu discedant, sed in perpetua servitute permaneant, & in suorum parentum, Servorum scilicet conditione perdurent. Statuentes itaque

C jubemus, ut nulla Imperii nostri magna parvaque persona prescripti Monasterii Abbatem de omnibus prenomina-

D stare vel disvestire sine Imperiali iudicio audeat, aut liberos, vel famulos in terra Abbatie locatos aliqua publica functione distringere, vel inquietare, & infra Abbatiam placitare presumat; sed liceat ipsius Monasterii Abbati habere & ordinare Advocatum, quemcumque sibi,

E

bi, vel prefato Cenobio fidelem esse perspexerit, & ipsi Advocato data licentia ab Abbate liceat suos mittere, qui duellum & sacramentum valeant facere: hominesque ejusdem Monasterii nullas red-ditiones, aut publicas excubias sive angarias, seu exstructiones murorum persolvere, aut pontium novorum vel veterum stru-turas facere, vel renovare compellantur. Ad hec concedimus, ut liceat Abbati omnes res ejusdem Monasterii per furtum, vel pignore, aut alio aliquo in-fortunio perditas, per tres sacramentales recuperare, & sine illius contradictione tenere. Annullamus etiam omnes scri-ptiones, videlicet libellarias, precarias, commutationes, quas contra justitiam & utilitatem ipsius loci Abbas ejusdem Mo-nasterii viderit esse factas. Insuper sta-tuimus, ut in repetendis illius Ecclesie possessionibus nulla temporis nisi centum annorum prescriptio Abbati & Fratri-bus ejusdem Cenobii queat obsistere tam in preteritis, quam in futuris; & ut ipsi se quadraginta annorum prescriptio-ne contra quemlibet impetentem possint

A tueri. Ex clementi etiam benignitate no-stra indulgemus & remittimus sacramenti calupniam Abbati predicti Monasterii, & Fratribus eorumque successoribus in omnibus Ecclesie sue negotiis, sive a-gant, sive conveniantur. Si quis igitur, quod absit, hujus nostri Precepti viola-tor extiterit, componat auri purissimi Li-bras mille, medietatem Camere nostre, & medietatem prefato Monasterio. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab om-nibus observetur, presentis Privilegii pa-ginam fecimus inde conscribi & maje-statis nostre sigillo roborari. Hujus rei testes sunt Lanfrancus Pergamensis Episcopus, Odo Novariensis Episco-pus, Arditio Placentinus Episcopus, Ubertus Bobienseis Episcopus, Bone-fatius Marchio Montisferrati, Philippus frater Domini Imperatoris, Henricus fi-lius Henrici Ducis Saxonie, Robertus de Durne, Hartmannus de Butingen; Bli-ckerus de Steina, Walterus de Eichel-berch, Marcquardus Dapifer, Cunradus de Smidervelt, Hildebrandus Marscalcus, & alii quamplures.

Signum Domini Henrici Sexti



Romanorum Imperatoris invictissimi.

Ego Siglous Imperialis Aule Cancellarius vice Domini Adolphi Coloniensis Archiepi-scopi, & totius Italie Archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec Anno Incarnationis Dominice MCXCIV. Indictione XII. Regnante Domino Henrico Sexto Romanorum Imperatore gloriosissimo, Anno Regni ejus XXIV. Imperii vero III.

Datum apud Placentiam per manus Alberti Imperialis Aule Protbonotarii, III. Nonas Junii.

Signum Bullae ✠ pendente deperditae.

Ite-



ibi non legebatur. Veri tamen vide-  
tur simile, levia hujusmodi Privile-  
gia à Cancellario tantùm fuisse si-

gnata. Sed neque locum Sigilli de-  
perditi illic animadverti.

Manumissio Adalbiddi Servi facta per Privilegium Lotharii  
I. Imperatoris, Anno 844.

**I**N nomine Domini nostri Jesu Christi  
Dei eterni. Hlotharius divina ordi-  
nante providentia Imperator Augustus.  
Omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesie  
& nostris, presentibus videlicet & fu-  
turis, notum sit, quia nos pro mercedis  
nostre augmento, in Procerum nostrorum  
presentia, Servum nostrum Adalbid-  
dum nomine, manu propria excu-  
tientes à manu ejus denarium se-  
cundùm Legem Salicam, Liberum  
fecimus, & ab omni jugo Servitutis  
absolvimus. Ejus quoque absolutionem  
per presentem auctoritatem nostram con-  
firmamus, atque nostris & futuris tem-  
poribus firmiter atque inviolabiliter man-  
suram esse volumus. Precipientes ergo  
jubemus, ut sicut reliqui Manumissi,  
qui per hujusmodi titulum absolutionis  
a Regibus, vel Imperatoribus a jugo  
Servitutis noscuntur esse religati, ita  
deinceps memoratus Adalbiddus per hoc  
nostrum Preceptum plenius in Dei no-  
mine confirmatum, nullo inquietante,  
Deo auxiliante, perpetuis, temporibus...  
permanere..... que securus..... ipse  
ante Libertatem..... adquisivit, ita  
ut deinceps per hanc nostram auctori-  
tatem..... atque possideat, atque exin-  
de quicquid elegerit, vel voluerit, ab-  
sque alicujus contradictione, vel repeti-  
tione, seu qualibet restitutione. Et ut

**B** haec nostre..... atque confirmationis  
auctoritas firma & stabilis permaneat,  
de anulo nostro subter jussimus sigil-  
lari.

Hrodmondus Notarius..... tertio  
Idus Junii, Anno Christo propitio,  
Imperii Domni Hlotharii Imperatoris in  
Italia XXIV. & in Francia IV. Indi-  
ctione VII.

**C** Actum Aq..... Palatio Regio,  
in Dei nomine.

**E**n ut Imperator excutiens è manu  
ejus Servi aenarium, secundùm Legem  
Salicam, Liberum eum fecit, illique  
cum Libertate omnia dimisit, quae  
antea per suam industriam sibi con-  
quisierat. Ejusmodi autem Liberti  
appellabantur Homines Denariales, ut  
constat ex Lege XIII. Pippini Ita-  
liae Regis inter Langobardicas. E-  
xemplum alterum Manumissionis hu-  
jus habes Tom. I. pag. 126. Veter.  
Scriptor. Martene, ubi Lotharius I.  
Augustus Ancillam nostram, nomine  
Dodanem, manu propria excutiens è manu  
ejus denarium, secundùm Legem Salicam,  
liberatam facit, & ab omni jugo Servitutis  
absolvit. Accedat & alterum Diplo-  
ma, quod archetypum Veronae re-  
peri apud Monachos Montis Oliveti  
Deo servientes in Monasterio anti-  
quissimo Sanctae Mariae ad Organum.



Manumissio Aregifi Servi, ejusque Uxoris, & Filiorum facta  
à Berengario I Rege Italiae, Anno 912.

**I**N nomine Domini Dei eterni. Berengarius gratia Dei Rex. Noverit igitur omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum industria, nos pro Dei amore & remedio animae nostrae quendam, Servum nostrum, nomine Aregifum, cum uxore sua Adelinda, & filio suo Adelardo, & filia ejus nomine Ingeza, ab omni servitutis ligamine liberasse, & Ingenuos dimisisse, & a manibus eorum secundum Regiam consuetudinem publicae monetae denarium excussisse, eisque per quatuor angulos Orbis liberam facultatem eundi, ac redeundi praesentis auctoritatis pagina concessisse,

A „ quatenus potestative & libere incedant quocumque voluerint, tamquam Miles publicus, Civisque Romanus. Ad confirmandam vero eorum Libertatem perdonamus, atque largimur eis per hoc nostrae Denariationis Praeceptum omnem substantiam & suppellectilem suam mobilem & immobilem, adquisitam & acquirendam, quatenus debere & potestative in omnibus & per omnia faciant, tamquam ab idoneis & ingenuis hominibus nati vel procreati extiterint, absque nostra, nostrorumque evedum ac proevendum contradictione. Si quis igitur &c.

Signum Domni



Berengarii serenissimi Regis.

Locus Sigilli ❖ cerei deperditi.

Johannes Notarius jussu Regio recognovi & subscripsi.

Acta IV. Kalendas Octobris, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXII. Domini vero Berengarii serenissimi Regis XXV. Indictione I.

Actum Papiae in Christi nomine feliciter. Amen.

Animadvertas velim Indictionem Primam haec signatam cursum suum coepisse Septembri mense Anni DCCCCXII. ipsumque Diploma datum fuisse Papiae. Ista confer cum aliis Chartis à me producendis in Differtat. XXXIV. de Diplomatis. Praeter excussionem denarii secundum Regiam consuetudinem

C legitur haec facultas manumissis iis data libere eundi ac redeundi per quatuor angulos Orbis: quod Langobardicum ritum prae se ferre videtur. Sed & aliis Nationibus non absimilis fuit ritus. Immo & Latinis antiquis, scribente Plauto in Menoechmis:

*Liber esto, atque abito, quo voles.*

Praeterea secundum Legem Romanam post imperii declinationem idem pronuntiabatur, ut constat ex formulis Sirmondianis. Heic autem appellatur non Salica, sed *Regia consuetudo*, denarii excussio: Reges enim ejusmodi ritum saepe usurparunt, ut constat etiam ex Diplomate Ottonis III. Italiae Regis apud Martene Tom. I. pag. 104. Thesaur. Anecd. Ii verò manumissi dicuntur Liberi, *tamquam Miles publicus*: nam ut in Difert. XXVI. de Militia monebo, Liberi tantum homines cingulo militiae donabantur. *Civisque Romanus*, non vero *Latinus*: quae dicendi forma ab ipsis antiquis Romanis, sed potissimum ex Lege Constantini Magni profecta est; nullus enim, nisi Liber, Civis Romanus fuit. Uti etiam tradunt vetustissimi Scriptores, quicumque Servitutis vinculo solvebatur, efficiebatur Civis Romanus, ac *jure Quiritium* frui incipiebat, hoc est pari cum Civibus Romanis libertate. Ita manumissus *Widerbora* dicebatur, idest quodammodo *renatus*. In Formula Sirmondiana de Servo, jugo Servitutis soluto; dicitur: *Et sicut alii Cives Romani vitam ducat ingenuam*. Eadem dicendi forma occurrit in aliis eorum temporum Chartis, atque etiam roboratur auctoritate Legis, *qui religiosa Cod. de his, qui in Ecclesiis manumittuntur*. Vide & Ennodium in Opuscul. VIII. Sed omnium vulgatissimus ritus manumissionis praecipue Seculis posterioribus fuit, servos in libertatem afferere in sacris Templis coram Episcopo, aut coram Sacerdotibus & Populo, tum ad majorem rei stabilitatem, tum etiam ad uberiores gloriam Christianae Caritatis. Fere enim

A semper dimittebantur *Servi pro remedio*, sive *mercede animae suae*. Ducebatur autem Servus juxta, sive ut dicere consueverunt, *circa Altare*, aut *ante sacri Altaris cornu* (Cereum accensum in manibus tenuisse ejusmodi homines, Chartae infra edendae prodeunt) ibique Dominus disertis verbis eum à Servitutis jugo solutum pronuntiabat. Id quoque secundum Jus Romanum factum, atque ab ipso Constantini Magni temporibus, uti luculentissimè nos docent binæ leges Codicis Justiniani Tit. *de his, qui in Eccles. manumitt.*, quas etiam legimus in Theodosiano Tit. *de Manumissionibus in Ecclesia*. Adnotavit autem doctissimus vir Jacobus Gothofredus, ritum hunc ex Ethnicis ad Christianos traductum fuisse: quum & illi in Templis, aut in comitiis Populi, Servis suis, Libertatem largiri solerent. Praeterea in Africa eundem Manumissionis morem observatum testatur Sanctus Augustinus Serm. XXI. edition. Benedictinae Sancti Mauri iis verbis: *Servum tuum manumittendum manu ducis in Ecclesiam. Fit silentium. Libellus tuus recitatur; aut fit desiderii tui prosecutio*. Infra ex eodem discimus, tunc frangi solitas tabulas scriptas, quo tempore Servus emtus fuerat, aut ad serviendum sese obtulerat. Proinde novae tabulae scribebantur, Libertatem concessam prodeutes, quibus manum suam testes addebant. Qui *Chartularii, Chartellarii, & Chartulati* in Capitularibus Regum Francorum, Legibus Langobardicis, aliisque veterum monumentis occurrunt, nihil aliud fuisse creduntur Du-Cangio, quam *Servi per Chartam manumissi*. Quod certum mihi est, ii in Privilegiis, quae Reges aut Imperatores concedebant, una cum Servis, Colonis, & Libellariis enu-

merantur, ut infra patebit. Sollicitus verò fuit quicumque libertate donatus, ut Charta sibi conscriberetur, cujus ope, quoties res posceret, beneficium sibi collatum ostenderet ac tueretur. Occurrunt & *Commendati* in veterum Chartis; at isti Manumissione minime indigebant, ut plenam Libertatem reciperent. Quippe fuerunt aut *Liberi*, aut *Liberti*, sed plerumque Ingenui, qui alicujus patrocinio ac tutelae sub certis obligationibus, servilis interdum conditionis faciem referentibus, sese commendabant. Formulam Sirmondianam habemus num. 44. in qua vir Ingenuus, sive *Liber*, minime habens, unde se pascere vel vestire debeat, ideo (inquit) petii pietati vestrae, ut me in vestrum *Mundoburdum* tradere vel commendare deberem. Eo videlicet modo, ut me tam de victu, quàm & de vestimento, juxta quod vobis servire & promereri potuero, adjuvare, vel consolare debeas; & dum ego in caput advixerero, Ingenuili ordine tibi servitium vel obsequium impendere debeam: & me de vestra potestate vel *Mundoburdo* tempore vitae meae potestatem non habeam subtraben-

A di, nisi sub vestra potestate vel defensione diebus vitae meae debeam permanere. Habes heic, quid *Commendati* fuerint, qui & *Commenditi*, & *Commendatitii*, interdum appellati sunt. Servi minime erant: attamen servitium suum atque obsequium Domino, sive Seniori, dum viverent, *ingenuili ordine* obligabant. Atque hac luce praevia etiam intelligas, quid significet Carolus Magnus in Lege centesima inter Langobardicas Part. II. Tom. I. Rer. Italicar. ubi ait: *Ceteri verò homines Liberi, qui vel Commendationem, vel Beneficium Ecclesiasticum habent, sicut reliqui homines justitiam faciant.* Alibi quoque legitur *Commendare se alicui, & terram ab eo in Beneficium accipere*; ita ut etiam *Vassi*, ac propterea Ingenui, quandoque appellarentur *Commendati*. Satis erit Diploma producere, ex quo intelliges, non *Servos* tantum, sed & *Colonos*, *Libellarios*, *Chartulatos*, & *Commendatos* aliqua conditione obnoxios sive subjectos fuisse Privilegia quaerentibus à Principe supremo. En ipsum depromptum è *Chartophylacio* *Monasterii Veronensis Sancti Zenonis*.

### Hugo Italiae Rex Monasterio Veronensi Sancti Zenonis omnia illius Privilegia & jura confirmat, Anno 926.

**I**N nomine Domini Dei aeterni. Hugo divina favente clementia Rex. Quia regalis potestas supra omnia & prae omnibus divino debet cultui esse semper intenta, & Ecclesiarum Dei sarcinam libenter portare ac sublevare, quatenus id agendo aeternae remunerationis praemia percipere mereatur: idcirco noverit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque praesentium scilicet & futurorum industria, Adelbertum & Notkerium reverentissimos Episcopos di-

**E** lectos, fideles, & Consiliarios nostros, humiliter nostrae serenitatis exorasse clementiam, quatenus ob amorem Dei omnipotentis, beatique Zenonis Confessoris Christi reverentiam omnes proprietates ac possessiones Monasterii praedicti beatissimi Zenonis, ubi Corpus ejus sacrum quiescit humatum, quae ab antecessoribus nostris Imperatoribus scilicet & Regibus, Episcopis, Comitibus, bonisque hominibus delegatae sunt & concessae, per nostrae munificentiae praeceptum corroboraverimus,

remus, modisque omnibus nostra Regia auctoritate confirmavimus, & idem Monasterium sub nostrae tuitionis mundburdum recipere dignemur. Quorum ratas petitiones estimantes, misericordiam omnipotentis Dei, & ejusdem beatissimi Confessoris Christi Zenonis merita, & intercessionem nos adjuvari considerantes, omnia Privilegia & Praecepta ipsius Monasterii, quae concessa sunt, confirmata & funditus delegata priscis temporibus ab antecessoribus nostris Imperatoribus scilicet & Regibus, seu omnes descriptiones, universasque res cum familiis & Servis utriusque sexus, unde ipsum Monasterium juste & legaliter haecenus investitum permansit, & quicquid inibi legibus pertinere dinoscitur tam per commutationes & precarias, quam per offerstones aut oblationes bonorum hominum, sive aliquas traditiones, & quascumque donationes, quae dici aut nominari possunt, per hanc praesentem nostrae munificentiae auctoritatem perpetuo confirmamus, modisque omnibus corroboramus, quatenus sicut superius scriptum est, in integrum aeternaliter possideat, teneat, jureque pro-

A prietario vindicet sine contradictione, molestatione, vel minoratione aliquorum hominum. Insuper etiam ad nostrae mercedis augmentum idem sacrum Monasterium cum omnibus rebus & facultatibus suis mobilibus & immobilibus, Familiis, & Servis utriusque sexus, Mancipiis, Colonis, Libellariis, Cartolatis, Comendatis, omnibusque hominibus in Castellis & praediis ejusdem Monasterii habitantibus, sub nostrae tuitionis & perpetuae defensionis mundburdum recipimus. Praecipientes quoque, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdassio, &c. Ceterum nostro bando bandimus, ut si quis fortasse aliquid de supradictis rebus haecenus injuste detinuit, & in suos usus, suaeque potestate & temerario ausu possedit, nisi amodo se a tali violentia subtrahat, se, suosque homines removeat, vel si..... hoc nostrae munificentiae & defensionis Praeceptum infringere, aut contradicere, aut violare aliquando temptaverit, centum Libras auri obrizi componat atque persolvat, medietatem Camerae nostrae, & medietatem &c.

Signum Domini



Hugonis piissimi Regis,

Sigefredus Cancellarius ad vicem Beati Episcopi & Archicancellarii relegi & subscripsi.



Data

Data VII. Idus Augusti, Anno Dominicae Incarnationis DCCCCXXVI. Domini  
verò Hugonis piissimi Regis Primo, Indictione XIV.

Actum Veronae in Christi nomine feliciter. Amen.

Certe *Commendatos* à Servili conditione abfuisse, docet nos *Placitum* Anno Christi DCCCLIV. habitum, atque à me editum in *Chronico Vulturturnensi* Part. II. Tomi I. *Rer. Italicar.* pag. 398. Ibi homines quidam contra *Monachos Vulturturnenses* disputando ajunt: *Nos & parentes nostri semper Liberi fuimus; nam nos per defensionis causam fuimus Liberi homines* Commendati in ipso *Monasterio*, non pro

A *Servi*. Sed coeptum iter repetamus. Apud *Francos, Wisigothos, Ripuarios, Alamannos*, aliasque gentes idem *Manumissionis* ante *Altare* ritus propagatus est, uti praeter alios jampridem ostendit *Du-Cangius* in *Glossar. Latino*. Ego exemplum producam è membrana authentica *Archivi Estensis* petitum, ex quo edices praecipuos ritus antiquarum *Manumissionum*.

Willa Comitissa, olim uxor Hugonis Ducis atque Marchionis,  
libertate donat in Civitate Bononiensi Clerizam  
Ancillam suam, Anno 1056.

I *N nomine Sancte individuae Trinitatis; Anni Incarnationi Domini nostri Jesu Christi Millesimo Quinquagesimo Sexto, imperante Domno Henrico filius quondam Domni Chonradi Imperatoris, Anno X. die XIV. mense Januarii, Indictione IX. Dei omnipotentis inspirationi Domini nostri, qui misit Filium suum in terris Jesum Christum Dominum nostrum, salutem Mundi, qui nos liberavit de tenebris & umbra mortis suo proprio sanguine, & in cruce suspensus fuit, & multa sustinuit ingnuria pro nobis peccatoribus exemplum bonum reliquit . . . . misertus fuit, ita & nos, qui de terra formati sumus, similiter misereri debemus . . . . circa quidquid ligata fuerit in nostris potestatibus quantum possumus ad libertatem ve . . . . que & absolucionemque dare & sperare debeamus. Et ideo nos quidem in Dei nomine Domne Wille inclite Comerisse, relecta quondam Domni Hugo gloriosissimo, qui fuit Dux*

C *& Marchio, & Ugo & Alberto, etiam Bonefacio, sicque Ubaldo germanis una pro Domini voluntate inspirationi magna claritatem libera & absolvo te Cleriza filia Uberto de Castro Petrofa, quod vocatur Planoro, pro timore omnipotentis Dei, & remedio luminarie anime bone memorie quondam superscripto Domni Ugo gloriosissimo, ut quando illum Dominus de hac vita migrare iusserit, pars iniqua non abeat potestatem ullam, sed Angelus Domini nostri Jesu Christi collocare dignetur, & illum inter Sanctos dilectos suos . . . . ps misertus sit illum, & magnum prestet refrigerium; & beatus Petrus princeps Apostolorum, qui habet potestatem omnium animarum ligandi & absolvendi, ut ipsi absolvat anime ejus de peccatis sui, & aperiat illum janua Paradisi: pro eadem vero rationi, pro timore Domini nostri Jesu Christi, in mano mito te Benzo Presbiter da Plebem Sancti A . . . . ani, ut vadat tecum*

tecum in Ecclesia Sancti Bartholomei Apostoli, traad te tribus vicibus circa Altare ipsius Ecclesie cum cereo apprehensum in manibus tuis & in manibus suis: deinde exite & ambulate in via quadrubio, ubi quatuor vie se dividuntur, & date eam licenciam. Statinque pro remedio luminarie anime bone memorie de quondam suprascripto Domni Ugo, & ipse Presbiter Benzo fecit omnia, sicut ipsis suprascriptis precedit, & dixit: ecce quatuor vie: ite & ambulate in quacunque partem tibi placuerit tan tu suprascripta Cleriza, qua nosque tui heredes, qui ab ac hora in antea nati, vel procreati fuerit utriusque sexus. Et ego filius Domne Wille & Hugo, & Alberto, & Bonefacio, & Ubaldo per hanc Cartam libertacioni, absolucioni, ingenuitatis libera & absoluta permaneas, tu suprascripta Cleriza, tuisque heredes, sicut superius dixit, abeatis vias apertas portas Paradisi, portas Civitatis, portas Castellis in placitis & in conventis locis ambulare, & stare, & wadia pro te dare, & omnes fines facere, comodo melius potueritis vel volueritis. Sit tibi concessum & perdonatum omne conquistum vel agregatum, cod abeatis, vel cod in antea aquidere potueritis tan tu suprascripta Cleriza, quanque tui heredes. Ut neque da nos, neque da nostris heredes, aut per semisa vel rogativa persona nostra . . . occasiones de ipsum iugo servitutis tan tu antedicta Cleriza, quanque tui heredes . . . sitis exinde seauri & quieti, adque pacifici permanearis sine ullo detrimento . . . ut si forsitan nos suprascriptis vel heredes, hanc proberedes, vel parentes nostris aliquam molestiam contra te Cleriza, vel contra tuos heredes agere, aut causare, vel quereere aut molestare presumpserimus, aut

A agentibus consenserimus, & non permanerimus in ea omnia, qualiter supra legitur, tum daturi promittimus nos suprascriptis Domne Wille inclite Comitisse & Ugo & Alberio & Bonefacio & Ubaldo, vel heredes nostris componere & dare tibi suprascripta Cleriza, vel ad tuis heredibus pene nomine auri obimo Libras duo, & post pena soluta presens Carta libertacioni, sicut supra legitur, omni tempore in sua firmitatem permaneas. Et insuper anathematis danacioni percussum sempiternum jacula ferientur, & cum Juda traditore Domini nostri Jesu Christi abeant partem, & cum Beelzebut princeps Demoniorum abites, ubi vermes non moriuntur, nec flamma estinwitur.

C Hactum in Monasterio Sancti Bartholomei Apostoli, Indictione suprascripta Nona.

Signum manibus suprascripta Domne Ville inclite Comitisse relecta, qui hanc Cartam libertacioni, absolucioni, ingenuitatis, sicut supra legitur, fieri rogavi, & eis relecta est.

D Signum manibus suprascriptis Domni Ugo, eciam Domni Alberto, sicque Domni Bonefacio, & Domni Ubaldo germanis, qui hanc Cartam libertacioni, sicut supra legitur, fieri rogavi, & eis relecta est.

E Signum manibus Walfredo Comesarius filius quondam Aldebrando, & Petrus Vicecomes filius quondam Ugo, & Petrus filius quondam Tarrus, & Ugo filio quondam Ardoino, & Jeorrio filio Rainerio, & Lamberto filius quondam Rolando, & Baldoino filius quondam Aldebrando, & Astolfo filius quondam Rosfredo, & Lamberto, qui vocatur Foscolo, filius Leo da Sesto, & Petrus Presbiter sancte Bononiensis Ecclesie, & Lamberto filius quondam Lamberto, & Petrus Presbiter de Pantaleo, rogatis testibus.

Ego presens in Christi nomine Sichi-  
zo Tabellio scriptor sum, & post tra-  
dita complevi & absolvit.

Quisnam fuerit *Hugo* iste *Dux* &  
*Marchio*, cui sacro vinculo sociata  
fuerat *Willa Comitissa* heic memora-  
ta, fortasse perconteris. Nulla heic  
mentio est Nationis aut Legis, quam  
Comitissa eadem, aut ejus filii pro-  
fitebantur: inde enim aliqua lux af-  
fulgere potuisset. Referre haec facile  
nemo ausit ad *Hugonem* celeberrimum  
*Marchionem* ac *Ducem Tusciae*, cujus  
Vitam scripsit ac edidit *Puccinellius*;  
is enim vivere desit Anno Christi  
MI. & *Juditam* conjugem habuisse,  
duasque tantum feminas, nullum ma-  
rem post se reliquisse traditur ab eo-  
dem *Puccinellio*. Neque reponas,  
*Willam* istam, alteram ejus uxorem  
esse potuisse, quae aetate florente  
vidua ab ipso relicta fuerit, & ex  
eo filios in Charta hac memoratos  
procreavit, quos uti pueros à *Duca-  
tu Tusciae* removerit *Otto III.* Au-  
gustus, aut nimium tenera aetas.  
Nullum enim vestigium praebet Hi-  
storia, *Hugonem* Tulcum liberos ma-  
sculos post se reliquisse. Floruit e-  
tiam ab Anno *MXIV.* usque ad An-  
num circiter *MXXXVIII.* *Hugo Mar-  
chio* Natione *Langobardus*, inter Ma-  
jores *Serenissimae Atestinae Familiae*  
à me recensitus in *Antiquitatib.* E-  
stenlib. Par. I. Cap. XI. & XII. Ve-  
rùm *Ducis* quoque titulo eundem  
fuisse auctum, nusquam reperi. At-  
tamen quis iste *Hugo Dux & Marchio*  
fuerit, aperiam ego. Is nempe, qui  
Anno Christi *MXXXVIII.* occurrit in  
Placito à me edito Part. II. Tomi  
Tom. II.

\* In agro suburbano *Arretino* extant etiamnunc loca, & rura praedictis nomini-  
bus indicata, *Ciciliano*, nempe, *Montione*, & *Lignano*, mons ad urbis plagam meridia-  
lem affurgens, nemoribus, & praediis undequaque superindutus. Quae ergo in agro *Muti-  
nensi* loca praedicta quaerantur non videmus, praecipue tanta vocabulorum diversitate in-  
tercedente *Ciano* inter & *Ciciliano*, *Monzone* atque *Montione*. Probabilius Monasterium *SS.*  
*Florae & Lucillae Arretinum* in isto agro, quam in *Mutinensi* bona possederit.

A II. *Rer. Italicar.* pag. 989. hoc est  
in additamentis ad *Chronicon Ca-  
sauriense*. A *Conrado I. Augusto*  
missus fuerat iste *Hugo Dux & Mar-  
chio* ad juste inquirendum de rebus *Mo-  
nasterii beatae Sanctae Trinitatis*. Ejus  
acta vide. In eodem *Chronico Ca-  
sauriensi* pag. 845. idem appellatur  
*Dux & Comes*. Tunc ad Annum  
B MXXXV. pag. 850. indicatur *Char-  
tula*, in qua ipsemet *Ugo Dux &  
Marchio* pro majori firmitate se subscri-  
psit. Peractis autem omnibus, & in  
pace redactis, pro quibus missus fuerat  
praefatus *Dux Ugo*, reversus est ad pro-  
pria. In additamentis eisdem pag.  
992. publici juris feci alterum *Placi-  
tum* ab ipso habitum Anno *MXXVIII.*  
C in territorio *Marsicano*, ubi appellatur  
*Ugo Dux & Marchio*. Cui *Ducatu*,  
cuive *Marchae* is praefuerit, jam dixi  
in *Dissertat. VI. de Marchionibus*  
*Italiae*. Certe idem censendus, qui  
in Charta à me nuper evulgata ma-  
ritus olim fuit *Willae Comitissae*.  
Atque fortasse filius fuit *Bonifacii*  
*Marchionis* natione *Ripuarii*, de quo  
D egi in eadem *Dissertat. de Marchio-  
nibus*. Praeterea Chartam sub oculis  
habui, complectentem compendium  
jurium *Monasterii Arretini Sancta-  
rum Florae & Lucillae, Benedictini*  
*Ordinis*, & *Seculo XI.* exaratam;  
ibi haec legebantur: *Filii quoque Hu-  
gonis Marchionis contendunt nobis omnem*  
*terram Willelmi Diaconi in Ciciliano,*  
E & in aliis locis, necnon & terram in  
*Montione*, & unum Mansum in *Monte-  
lignano*. Priora duo loca in *Muti-  
nensi* agro sita fuisse puto, nunc *Cia-  
no & Monzone* \*. An ad superscriptum

A a a

Hugo-

Hugonem, ejusque filios spectet memoria haec, decernat qui velit. Floruit iste *Hugo Dux & Marchio* Anno Christi MXXVIII. Diversam verò fuisse puto uxorem hujus *Willam* ab altera *Willa* Hugonis Tusciae Du-

A | cis filia, cujus mentionem fecit Puccinellius in ejusdem Hugonis Tusci Vita, indicans Chartam, quam authenticam vidi ac descripsi ex Tabulario Primatialis Pisanae, atque heic tenebris ereptam volo.

Willa filia quondam Hugonis Marchionis & uxor Arduini,  
qui & Ardicio appellatur, praedium donat  
Canonicis Pisanis, Anno 1019.

I N nomine Sancte & individue Trinitatis. Henrico gratia Dei Imperator Augusto, Anno Imperii ejus in Italia quinto, IX. Kalendas Februarii, Indictione II. Manifesta sum ego Willa mulier Arduini, qui Ardicio nominatur, filia quondam Hugoni, qui fui Marchio, quia consentiente mihi superscripto Viro..... interesse videtur notitia Johanni Judex Domni Imperator, adque secundum Legem interrogata, & cognita sum, eo quod nulla me passa sin violentia, set pura & integra mea bona voluntas..... pro animabus nostris remedium, & pro remedium bone memorie Widi, qui fui Socero meo, & bone memorie Glandolfo, qui fui Cognato meo, offerimus Deo, & tibi Channoni. ha de Ecclesie Piscopatu Sancte Marie Pisensis, idest illa quartam portionem ex integra de terra, & res nostra illas massavitiis, quas abemus in loco & finibus Arena, quas.... Cacatossicho filio bone memorie Petri Massario ad laborandum &c.

\* Signum manus Wille, que hanc cartula offerstionis fieri mandavit.

\* Signum manus Arduini, qui Ardicione vocatur, Viro ipse Wille confirmantes.

Johannes Judex Domni Imperatoris interfuit.

Adalbertus Notarius Domni Imperatoris interfuit.

B | Antonio \* Notarius Domni Imperatoris post traditam complevi & dedi.

C | Si legitima filia fuit Willa ista Hugonis potentissimi Marchionis Tusciae, hinc intelligere possumus, exspirasse cum illo magnificentiam familiae, quando ejus filia inferioris, ut videtur, conditionis Viro nupsit. Sed fortassis extra conjugium nata fuit potentissimo illi Principi. Chartam quoque produxi in Dissertation. LXVII. de motis acquirend. ubi occurrit Ugo Comes filius quondam Ugonis Marchionis. Atqui in Charta nuper à me producta pariter commemoratur Ugo filius Willae Comitissae, relietae quondam Domni U o gloriosissimi, qui fuit Dux & Marchio. In utraque ergo de uno eodemque homine agi vides; cui pater fuerit Hugo ille Dux & Marchio, cujus mentio est in Chronico Casauriensi; & qui ab Hugone Tusciae Duce omnino diversus fuit. Adtexo nunc alia duo Manumissionis exempla, quae ex antiquis membranis descripsit, & ad me misit vir antiquae eruditionis amantissimus Joseph Antenor Scalabrinius Ferrariensis, Parochialis Ecclesiae Sanctae Mariae in Bucca Rector, & sacrarum Literarum in Ferrariensi Academia Interpres.



## Manumissio Alberti Servi facta per Guidonem de Mognano, Anno 1118.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis, Anni Domini nostri Jesu Christi Millefimo Centesimo Decimo Octavo . . . . . Julii . . . . . providentia Dei . . . . . primum hominem de . . . . . humi loc . . . . . est, cui Christus suam mortem libertatem redidit . . . . . Servos nostros liberando ab omni jugo Servitutis. Ego quidem scilicet Dominus Guido filius quondam Domini Verardi de Mognano, pro amore Dei omnipotentis & suorum Sanctorum, & pro anima mea, meorumque parentum, & pro abluendis peccatis meis, hoc „ Manumissionis Instrumento . . . . . „ Albertum filius Sifmondini de Sancto Archangelo . . . . . cum omni „ podere & peculio, quod habet & „ tenet & possidet seu se . . . . . acquirere potuit, abuit & tenuit, & „ possidere potuit . . . . . predictus, in „ presentiarum a mei potestate libero, eâ ratione ut ab hac hora in „ antea liber sit & absolutus int . . . . . „ liberos & liberas manere valeat „ hac ingenua nativitate, & quacunque „ viam elligere voluerit potestatem eligendi habeat, & ut Civis Romanus fiat & po . . . . . mas „ apertas habere, nullique meorum „ heredum aliquod Servitutis obsequium impendere. In poeculio vero si quod habet, aut deinceps habiturus sit in Christo nomine suo „ jure haberemus patronatus penitus „ remitto ei liberum atque solutum. „ Et securus omni tempore vitae „ suae & suorum heredum imperpetuum valeat permanere; & omnia „ civilia negotia suo comodo & incomodo facere, emere, donare, „ vendere, permutare, locare, testamentum facere, in judicio stare,

A „ sine meo Servitutis obstaculo, tam „ quam monigenio patre & matre „ effet natus. Si quis vero meorum seu de heredibus meis, seu qualibet a me submissam vel summittendam personam per quolibet in tempore contra hanc Cartulam Libertatis agere aut pulsare voluerit, in primis . . . . . meorum Dei omnipotentis, qui Trinus & Unus est, incurvat . . . . . Sanctis, & universalis Ecclesie sit & anathema, & in illa sententia incurvat, qua Judas Iscariothes habuit, qui Deum tradidit, & Dathan & Habiron, quos terra vivos deglutiverat. Et insuper decem Marcas argenti fini nomine pene per stipulationem promissa per me meosque heredes illi vel eis, heredibus dare promitto. Et pena soluta hec Libertas omni tempore firma & inviolata permaneat . . . . . aut ullo tempore nolle quod semel volui . . . . .

C „ Alium in Savagoza . . . . . Domini Prioris de Savagoza, Indictione predicta septima.

D „ Predict . . . . . dictus Aspe . . . . . Alberto omnes possessiones & tenutas Scismondini patris dicti Alberti . . . . . Prenominatus Dominus Albertus quondam Domini Verardi de Mognano hoc Manumissionis Instrumentum, ut supra legitur, rogavit scribere, & hec omnia supradicta sub tali conditione facta fuerunt, quod si aliquo in tempore dictus Albertus . . . . . decefferit sine liberis, quod eorum bona perveniant Aspetato vel ejus. Dominus Girardinus de . . . . . „ & Dominus Scismondinus de Denozola, „ & Dominus Mattheus de Batidizo & Tomaxius Ocacollato de Savagoza, ut Ugolinus da loco de Vizano, & Bonaventura de Boa . . . . . de Vizano rogati sunt testes.

Ego Bertolotus quondam I. . . . .  
tarius hoc Manumissionis Instrumentum,

A ut supra legitur, interfui & rogatus sub-  
scripsi, & addidi quod dimisi.

Manumissio duarum Ancillarum facta ab Armano & Wigberto  
fratribus, Anno 1134.

**I**N nomine Domini Dei eterni, Mil-  
lesimo Centesimo Tricesimo Quarto,  
V. die mensis Julii, Indictione Tertia-  
decima. Et ideo in Dei nomine nos qui-  
dem Armannus & Wigbertus filii Wber-  
ti, qui sensimus Lege vivere Salica,  
statuimus vobis Berta filia Gerardi &  
Willelme Wadelace filie tue tam pro  
vobis, quamque erediibus . . . . . nati vel  
procreati, vel in antea nascituri erunt;  
ut sis . . . . . vinculo Servitutis, con-  
sensumque sit vobis esse liberas &  
absolutas . . . . . manu Sacerdotum cir-  
ca sacrum Altare cum cereo apren-  
so . . . . . illo quod quadrubium in qua  
parte volueris, anbulas, & disceda-  
tur. Ita sit vobis . . . . . absolute ab  
omni vinculo Servitutis vobis vel ve-  
stris erediibus, qui sunt nati vel pro-  
creati, vel in antea nascituri erunt,  
cum omni conquistulo, vel quis pec-  
culium vestrum, quod nunc abetis,  
vel in antea Deo acquirere potuerit-  
tis. Et nos jam dictum Armannum &  
Wigbertum pro Dei amore, dilectione  
& remedium anime nostre, & anima  
patris nostri, statuimus vobis esse libe-  
ram ab omni vinculo Servitutis. Et  
pro Solidis treinta quatuor Lucensis.  
Et nos promittimus defensare & aucto-  
rizare contra omni contradicente omine  
defensare. Et si defensare noluerimus  
aut si agere, aut causare presumseri-  
mus damni pena nomine promittimus  
dare Libra una aurea, & nec nobis  
licere de eo facto aliter facere nolle vo-  
lumus, sed quod a nobis semel factum  
vel scriptum est, omnia inviolabiliter  
conservare promittimus sub stipulatione.

Vico Policino in domo cultum Sancti  
Marci Evangeliste.

B . . . . . tum Armannum & Giber-  
tum, & ita fieri rogaverunt.

. . . . . & Aldricus, & Johannes  
da Vizano, & Engius filius, & Si-  
geliro de Gambalunga, & Albertus a  
Bagno, & Johannes Insurciato.

Ego Gerardus Christi misericordia Ta-  
belius scripsi & compleri.

C Anno MCXXXIV. Julio mense de-  
currebat Indictio XII. Quare scriptum  
potius fuerit Anno MCXXXV. quum  
in Indictione Tertiadecima ita scripta  
vix latere possit error. Heic autem  
vides, quod supra innui, consuevisse  
Servos aliquid de peculio con-  
ferre Domino manumittenti. En ut  
Ancillae istae Solidos triginta quatuor  
Lucensis monetæ Heris suis persol-  
vunt, quamquam in Ecclesia Dei

D Manumissio peracta fuerit. In Ap-  
pendice ad Marculfum Tom. 2. Ca-  
pitular. Baluzii, Cap. 48. legitur  
formula, in qua Dominus Servo in-  
genuitatem se donare profitetur, sub-  
dens: *Et dedisti mihi pro hoc, quod  
mibi bene complacuit tam in argento,  
quam in amicto valentes Solidos tantos.*  
E Idem quoque discas ex altera Char-  
ta, quam suppeditavit mihi Archi-  
vum Estense, ubi Servus manumissus  
Hero suo numerat quatuor Libras Me-  
diolanensis monetæ. Haec autem Ma-  
numissio minime celebrata est in ae-  
de sacra, sed dumtaxat coram Nota-  
rio sacri Palatii ac testibus. Edici-  
tur tamen, eum Amunth, sive Libe-  
rum esse futurum, sicut illi, qui in  
quadri-

quadrivio in quartam manum traditi sunt, vel sicut illi, qui per manum Sacerdotis circa sanctum Altare ad li-

beros dimittendos deducti sunt. Accipe Chartam ipsam.

Rodulfus & Guilielmus fratres de Valvisneria Gualterum agnomento Orinale Servum suum libertate donant, Anno 1107.

**I**N nomine Sancte & individue Trinitatis. Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi Millesimo Centesimo Septimo, die ante Kalendas Februarii, Indictione XV. tibi Gualtero, qui vocatur Orinale, filio quondam Gusberti de Valvisneria, Servo juris nostri, nos quidem in Dei nomine Rodulfus una cum Coniuge Matelde, & Guilielmus germanis filiis quondam Rainerii de Valvisneria, qui professi sumus ex natione nostra Lege vivere Longobardorum, domini & domina, benefactores & benefatrix tui, presentes presentibus diximus . . . . . ad meritum anime nostre & nostrorum pertinere potest parentum; necesse est nobis . . . . . agere, unde in hoc seculo & in futuro plenam & maximam apud omnipotentem Dominum possimus consequi mercedem. Ideoque nos suprascripti domini & domina tua statuimus te Gualterum, qui vocatur Orinalem, ,, Servum juris nostri, ut amodo a presenti die in ,, antea sis Liber, & absolutus ab ,, omni vinculo servitutis: Fulfreal ,, & Amunth factus es: vitam semper bene, & integram deducas ingenuitatem. Et tibi a presenti die de quatuor viis ambulare, aut cum quo habitare volueris, liberam, atque firmissimam in omnibus habere potestatem, & congruam Libertatem, ut diximus, juxta Legem, pro anime nostre & parentum nostrorum mercede, & partem pro quatuor Librarum Mediolanensis. Et neque a nobis, neque

B ,, ab heredibus nostris ullam non habere reprehensionem, nec conditionem Servitutis; sed tu in perpetuum, & omnem agnationem & ingenuitatem & procreationem tuam, si habueris, in plena & integra maneat Libertate, sicut illi, qui in quadrivio in quartam manum traditi & Amunth facti sunt, vel sicut illi, qui per manum Sacerdotis circa sanctum Altare ad Liberos dimittendos deducti sunt. C ,, Concessumque sit tibi ad gratiam tuae Libertatis omne tuum conquestum, peculiare verò tam, quod nunc habes, quam in antea acquirere poteris, ut facias exinde a presenti die tu & heredes tui, aut cui vos dederitis jure proprietario, quidquid facere volueritis, sine omni nostra & heredum nostrorum contradictione.

Actum in domo Maletalento de Ranzano, feliciter.

Signum suprascripti germani, qui hanc cartulam Libertatis fieri rogavit.

Signum testium Gualteri de Valvisneria, Ribaldini de Sancto Paulo . . . . . de Spezzano, Arnaldini Albinelli, & Attolini, & Ginelli de Ranzano.

E Ego Frogerius Notarius Sacri Palatii post traditam scripsi, & dedi.

Spestat Charta haec ad egregiam Familiam de Vallisneria, quae quidem à multis Saeculis in Regiensi Civitate tum antiquis Feudis, tum reliquis spectatae nobilitatis insignibus floret, & cui splendorem nunc addit

P. D. Maurus Vallisnerius Benedictinus Abbas Sancti Petri Mutinensis, Vir tum doctrina, tum suavissimis moribus spectatissimus; magnam vero famam nuper conciliavit intra & extra Italiam Cl. Vir Antonius Vallisnerius Eques & Patritius Regienfis, Medicus intimus Augustissimi Caesaris CAROLI VI. & in Academia Patavina primarius Medicinae Professor, sed nobis praematura morte ereptus. Atque ex haecenus adductis intelligimus, non eo rigore, postremis saltem Seculis, actum fuisse cum Servis & Ancillis, ut quidquid ipsi acquirerent aut lucrarentur, Domino suo acquirerent. Licebat & ipsis industriam collocare in amplificanda re sua, dum Heri sui negotia non negligerent, eique utiles alioquin ac morigeri forent. Sive ergo ex Peculii proprii bono usu, sive ex aliis artibus, connivente Domino, lucrum sibi quaerent, certum est, complures ex ipsis evasisse bene nummatis, atque ope tandem ejusdem aeris Libertatem suam à Dominis redemisse. Rolandinus Passagerius Bononiensis, qui circiter Annum Christi MCCLV. *Summam Artis Notariae* scripsit, non semel editam, Cap. 7. Rubric. 4. formam *Instrumenti Manumissionis* dedit, in qua Dominus manu mittit, & Servitutis vinculo eximit Antonium Servum, ejusque filios, tradens eis *totum eorum peculium, à rationibus Domini separatum*. Idque facit *pro pretio centum Librarum Bononiensium: quod pretium dictus Dominus confessus fuit & contentus, se ab ipso Antonio dante & solvente pro se & vice & nomine dictorum filiorum ejus, habuisse & recepisse &c.* Familiare tamen fuit aliis Dominis, Servos Libertate donantibus, eis etiam largiri quidquid mobilium ac immo-

bilium sub nomine *Peculii* antea congefferant, ut Liberis esset, unde viverent. Denique ut alias Manumissionis species omittam, è Servitutis vinculis eximebantur Servi per postremas Dominorum tabulas: idque saepe ac saepius accidebat; tunc enim ad Christianam Caritatem se procliviores sentiebant homines, & *praemium meritaе, sive emeritaе Servitutis* (ut habet Valentinianus Augustus in Lege 8. Tit. *de infirmendis his &c.* Codic. Theodosian.) facilius famulis sibi fidis tribuebant. Hac etiam ratione manumittere Servos suos, sive *postremo judicio libertates eis dare*, indulgit Constantinus Magnus singulari privilegio Clericis; & primus propterea invexit Manumissionem antea ignotam: quod privilegium postea piaе liberalitatis causâ ad Laicos quoque propagatum est. In Lege 34. Pippini Italiae Regis inter Langobardicas haec habentur: *De filia, cujus pater per manum evogatoris omnes Servos suos jussit fieri liberos. Et quia contra legem esse videtur, instituimus, ut ipsa filia in tertiam portionem de praefatis rebus iterum introire possit*. Uti Du-Cangius jampridem, collatis aliis auctoritatibus monuit, *Evogatoris* vocabulo designantur Exsequutor testamentarius: ac proinde hinc discimus, consuevisse interdum Laicos testatores quibuscumque Servis suis in ultima voluntate Libertatem elargiri. Hujus etiam facultatis exemplum non unum attuli in Antiquitat. Estensibus, productis postremis aliquot Marchionum tabulis. Id quoque eruitur ex Lege 3. Aistulphi Regis, ex qua discimus, actum Manumissionis circa Altare faciendum fuisse post mortem testatoris, dum is vivens non fecisset. Sed & ex ea Pippini Lege alterum nobis innotescere videtur, nempe enor-

mem tunc visam fuisse omnium Servorum Manumissionem, quoties testator filios post se relinquebat: ideoque constitutum fuisse, ut eorum tertia pars filiis intacta relinqueretur. Ita quoque eandem Legem interpretatus est Carolus de Tocco Langobardicarum Legum vetustus Interpres.

Ceterum minime cogitandum est, Servis quamquam manumissis plenam semper, omnimodamque Libertatem contigisse. Nam & ex antiquo Romanorum jure ita Servi Liberi efficiebantur, ut aliquid auctoritatis in illos adhuc in manumittente servarentur. Ad haec erant, qui variis conditionibus, ac oneribus manumissos gravabant. Exempli causâ Servili tantum nomine demto, ab iis obsequium, aut consuetas operas, solitumque paene servitium exigebant, aut illos ad censum aliquem reddendum quotannis adigebant. Apud Scriptores Francos occurrunt *Coliberti*, non Liberti quidem, sed species quaedam famulorum Domino addictorum, & Servili conditione potior, sed Libertate circumcisâ, ut *Coloni*, *Manentes*, *Aldii*, aut alii medii inter Libertos ac Servos. Verùm vox ista eâ significatione apud Italos nondum mihi occurrit. Huic autem juri, quod in suos Libertos Patroni retinebant (& quidem *retinere sibi* in *eis obsequium* dicuntur in Concilio Toletano apud Burchardum Lib. 2. Cap. 25.) huic inquam juri Patronatus interdum in Manumissione Domini ipsi renuntiabant. Vide Appendicem ad Marculfum Tom. 2. Capitular. Baluzii Cap. 48. Ibi legitur *Redemptionale*, hoc est Servi Manumissio: in qua Dominus, recepto pretio à Servo, eum Libertate donat, haec inter alia inquit: *Ut taliter fias ingenuus, tamquam si ab ingenuis parentibus fuisses*

A *procreatus, vel natus, cum omni peculiare tuo* (ita quippe appellabant interdum Peculium): & *nec mihi nec ulli Heredum meorum nullum impendas servitium, nec hominum, nec Libertaticum, nec ullum Obsequium, nec Patronaticum* &c. En quot nominibus jus Patronorum in Libertos designaretur. Praeterea quum animum erga donatores ingratum aversetur ipsa recta ratio, propterea Libertos humanae Leges non semel damnarunt, quoties obsequii erga Patronos, acceptique beneficii immemores sese prodebant. Ii nempe etiam apud Latinos & Graecos è Libertatis jure excidebant, iterumque in Servitutis nexum revocabantur. Id cautum videas in Codice Theodosiano ac Justiniano, atque in Pandectis, ut veteres omittam Scriptores, qui concordi voto tradunt, Libertos ob ingrati animi vitium in pristinam Servitutem recidisse, aut testandi jus eis fuisse ablatum, eorumque proinde hereditatem ad Patronos peculii ad instar pervenisse. Unicâ auctoritate utar, nempe Lege primâ Cod. Theodosiani Tit. de Libertis, in qua Constantinus Magnus hæc statuit: *Libertis ingratis in tantum jura adversa sunt, ut si quadam jaſtantiâ vel contumaciâ cervices erexerint, aut levis offensae contraxerint culpam, à Patronis rursus sub imperia ditionemque mittantur*. Quo in loco foret Libertorum fortuna, & quam facile iis litem excitare possent Patroni, hinc intelligimus. Langobardicis tamen atque subsequutis Seculis non lego obtinuisse consuetudinem istam, sive Legem; qui enim, dum non contra leges, integrâ Libertate donatus erat, hac frui pergebat. Neque iisdem temporibus audio *Libertini generis* habitam fuisse rationem, uti Romanis Imperatoribus solici-

licite habebatur, quum refugerent nobiles sanguinem suum miscere cum Libertinis. Et in *l. oratione ff. de vitib. nuptiar.* à D. Marco cautum est, *ut si Senatoris filia Libertino nupsisset, nec nuptiae essent.* Nullum inquam haetenus locum inveni, ex quo constet, medii aevi homines delicatos adeo fuisse in scrutando, an quisquam avos, aut proavos habuisset è Servitute in Libertatem translatos. Immo ex quo Libertatem quisquam consequeretur, è vestigio *tamquam Miles publicus, Civisque Romanus* habebatur, ut supra vidimus in Diplomate Berengarii I. Regis Anno Christi DCCCCXII. Praeterea quum liberum hominem esse, quamdam importaret *Nobilitatis* speciem, Libertis' ipsis minime negatum ejusmodi decus fuit. Publici juris fecit Ughellius Tomo IV. Ital. Sacr. in Episcopis Vercellensibus decretum Leonis Antistitis Vercellensis, cadente Seculo X., aut incunte XI. promulgatum, per quod *praesentia Judicium, Civium affluentia residente & Militum, appositis Evangelii & Libris Legum, Chartis contra Legem factis (si quae erant) legaliter incisis, nobiliter acclamante populo, in Servitutem pristinam revocavit, quotquot antea Servi erant Ecclesiae Vercellensis, sed praecedentium Praesulum incuria, aut vitio, à jugo Servitutis in Libertatis Nobilitatem transferant, & ipsam Ecclesiam in derisu & despectu habebant.* Verum quidem est, in iisdem tabulis testari Episcopum, ab ejusmodi Libertis, quod aliquibus divitiis inflati essent, *inquinari Nobiles.* At istud fortassis additum, quia id genus homines legitimi Liberti minime evaserant, quum reluctanter Legibus Libertate donati, Servi esse non desinerent, ac propterea affinitatem sibi cum Nobilibus conquiritas,

A opprobrium iis inferebant. Denique nulla mihi dubitatio est, quin plerique ex antiquis Nobilibus tunc etiam abhorrerent à miscendo sanguine suo cum Libertis, aut Libertini generis hominibus, quemadmodum nostris quoque temporibus iidem abstinere solent à conjugiiis cum iis, quos non ita pridem ex coeno fortuna, aut industria evexit. Sed ne hoc quidem obstat, quominus Libertos barbaricorum temporum aequemus Libertis, quos, dum Romana res floruit, Italia aluit.

B Ad alia nunc progredior. Praeter Libertos pleniori Libertate fruentes, alii fuere Saeculis barbaricis, qui Libertate quidem donabantur, sed eo pacto, ut dum viveret Patronus, ei famulatum praestarent. Apud Marculum Lib. 2. Cap. 33. quidam Servo suo Libertatem donat, *eâ conditione ut, dum advixero, mihi deservias: post obitum vero meum, si mihi superstes fueris, sis ingenuus &c. peculiare concesso, quod habes, aut elaborare poteris.* Hanc ingenuitatem Marculus appellat. *post discessum, diversam ab altera, quae erat à die praesente, ut in Formula praecedenti.* Id quoque Romanorum imoeraniam aevo usitatum fuisse reor. Sed quid extra Italiam feror, quando praesto nobis est Aistulphi Langobardorum Regis in hanc rem dilertissima sententia? Is igitur statuit in Lege 2. *Ut si quis Langobardus pertinentes suos (ita appellabantur interdum Servi) rhingare voluerit (hoc est, Libertate donare) in quartam manum dandos, & chartulam ipsis fecerit, & sibi reservaverit servitium ipsorum, dum advixerit, & decreverit, ut post obitum ejus liberi sint, stabile debeat permanere secundum textum Chartae, quam ei fecit &c.* Hosce Libertos Latinis Junianis, ac Dedititiis aequi-

aequiparat eruditissimus Du-Cangius in Glossar. Latin. ad vocem *Manumissio*. Quae sententia, ut ut vera ex una parte sit, nescio tamen, an & ex altera cum veritate consonet. Certum est, Latinis ac Dedititiis Libertis nequaquam licuisse testari; *negato enim* (ut scribit Salvianus Massiliensis Lib. 3. ad Eccles. Cathol.) *iis ultimo voluntatis arbitrio, etiam quae superstites habent, morientes donare non poterant*. Ac proinde, exclusis etiam eorum liberis, ad Patronos illorum hereditas deferebatur; quum contra Langobardici id genus Liberti jus condendi testamenti consequuti fuisse mihi credantur. Adde *Latinos* illos Libertos, aut saltem *Dedititios* è libertate in servitutem revocatos fuisse post *admissa scelera*, ut docet Gajus §. 3. Institut. *de jure personarum*; quod minime legimus de Langobardicis Libertis supra descriptis. Quicumque ergo imperfectam hanc libertatem Servis suis olim concedebant, Manumissionis actum deponere ante Tabelionem coram testibus, non autem in Ecclesia. Nam qui renuntiabant Liberi coram sacro Alrari, integrum Libertatis beneficium referebant, uti Rex Aistulphus in praeaudata Lege 2. constituit. Porro Libertis plena Libertate donatis apud Langobardos, Francos, aliosque Populos, nulla dubitatio est, quin jus testandi fuerit concessum. Nunc autem addendum est, constitutum fuisse in Lege 226. & 228. Rotharis, ut decedentibus iis sine liberis, ac sine testamento, succederet eorum Patronus. Immo si deficiebant filii, interdictum erat Liberto testanti *judicare*, hoc est aliis relinquere, res ei à Patrono donatas, aut in *gafindio*, sive famulatu Ducum ac potentum acquisitas; sed ipsae ad pristinum benefactorem revertentur.

Tom. II.

A bantur. Legem quoque Heri sui Libertus sequi cogebatur. Sed nolo heic diutius immorari, satius ducens, aliquid subdere de *Aldiis*, ac *Aldianis*, quorum est frequens memoria in antiquis Chartis, atque in Legibus Langobardicis; nulla verò apud Francos aut alios Populos: quum peculiare hoc Langobardicae gentis nomen, uti & officium fuerit.

B Itaque fuerunt *Aldii* sive *Aldiones* utriusque sexus, medium quid inter Servos atque Libertos. Non Servi, quia revera manumissi: non Liberti, quia adhuc juri Patronorum suorum obnoxii. Equidem non me fugit, praeaudatum Du-Cangium in Glossar. Latin. ad vocem *Aldius*, postquam id hominum genus agnovit *statu liberum, & Libertum eum impositione operum*, ut habent Glossae à Lindembrogio laudatae, postea addidisse, eos fuisse *ex genere Servorum, tametsi peculiaris & propria fuit Servorum species, ab aliis nimirum Servis diversa*. Ut hoc ille confirmet, laudat Legem 84. Caroli Magni inter Langobardicas, ubi haec habentur: *Aldiones vel Aldianae eà Lege vivant in Italia in servitute Dominorum suorum, qua Fiscalini, vel Lidi vivunt in Francia*. Rursus verò idem Du-Cangius *Litos* appellat *Servos glebae*, hoc est Servos ad agrorum culturam in praediis Heri sui destinatos. Eadem quoque sententia Baluzio placuit Tom. 2. pag. 260. Capitular. & alibi, qui & ait, *de Mancipiis, idest Aldiis*, agi in Capitulari Caroli Magni Anni DCCXCIII. Mihi contra certum videtur, Aldios minime recensendos esse inter Servos, sed potius inter Libertos, non Libertate tamen plenà donatos; neque enim *Aldii* nomen Latinorum *Liberto* satis respondet, quod sibi persuasit Grotius, quum

B b b

Al-

Aldii adhuc Dominis suis non una obsequii & servitii conditione additi atque obnoxii essent. In servitute Dominorum suorum, quod nuper legimus, nihil aliud mihi significat, quàm servitium, famulatum, sive onus praestandi operas, non autem vinculum servilis conditionis. Quod etfi in Notis ad Leges Langobardicas ostendisse me putem, attamen heic rem luculentius exponam. Illud primum animadverto, Aldios fere semper in antiquis Diplomatis ac Legibus distingui à Servis, illâ dicendi formulâ, cum Servis & Ancillis, Aldiis & Aldianis; idque ea ratione factum, quod plane diversa eorum conditio foret. Deinde satis innuit Lex Rotharis Regis 227. Servos adhibita Manumissione Aldiones evasisse. Rotharis enim postquam tres Manumissionum species tradidit, quartam denique hisce verbis describit: *Item qui Servum Aldium aut Aldiam facere voluerit, non illi det quatuor vias. Haec sunt genera Manumissionum.* Aldius, qui amund factus non est, idest plena Libertate donatus, occurrit in Lege 229. ejusdem Rotharis. Ergo quoties & Aldii constituendi ex Servis erant, ex manu Domini dimittebantur, idest Libertate donabantur, sed imperfectâ, retento nempe eorum servitio ad agros Patroni excolendos sub certis tributis, conditionibus, & pactis. Horum praecipuum fuit, ut sine venia Domini, cujus adhuc potestati illigati ex parte erant, ejusque tuitioni obnoxii, ad aliorum servitium declinare non possent. Proinde quatuor viae Aldionibus minime dabantur ut Libertis, Amund factis, & in plenam Libertatem translatis, propterea quod omnimoda eis non conferebatur Libertas. Addit in ea Lege Rotharis: *Tamen necesse est pro*

A *futuri temporis memoria, ut qualiter Liberum aut Liberam thingaverit, ita Manumissio in Charta Libertatis commemoretur. Et si Chartam non fecerit, tamen Libertas illi permaneat.* Haec respiciunt Servos quoscumque Manumissos, inter quos Rex nuper enumeravit & Aldios. Cum his consonat Lex V. Liutprandi Regis Lib. 4. Si quis, ait, *Servum suum aut Ancillam circa Altare amodo Liberum aut Liberam dimiserit, sic ei maneat Libertas &c.* Tum subdit: *Nam qui Aldium facere voluerit, non eum ducat in Ecclesia; nisi alio modo faciat, qualiter voluerit sive per Chartam, sive qualiter ei placuerit.* Confer Legem istam cum secunda Aistulphi supra laudata, & continuò intelliges, non onera quidem servitii excussa fuisse à Servis, dum Aldii efficiebantur; vinculo tamen servili absolutos fuisse ac manumissos. Quamquam quid ultra moror? Rotharis in Lege 218. haec habet: *Si Aldia aut Libera in casa aliena ad maritum intraverit, & Servum ad maritum tulerit, Libertatem suam amittat.* Luculentiorum locum ne quaere, ut evincas, ad Libertatis statum assurrexisse Aldios ac Aldianas, quando ex ea excidere poterant. Ex aliis enim Legibus ipsius Rotharis, Liutprandi, ac Lotharii, habemus, capitale fuisse Servis, mulieres Liberas ducere, easque consentientes in Servilem conditionem ob ejusmodi crimen fuisse coniectas. Et contra ex Lege 219. Rotharis constat, nullam culpam fuisse Aldiis ducentibus *Aldiam aut Liberam in uxorem.* Quare nihil objicienda est nobis nuper memorata Lex Caroli M. qua statuitur, Aldiones ea Lege in Italia regendos esse, *qua Fiscalini vel Lidi vivunt in Francia.* Hanc etiam Legem sollicitavit Johannes Gerardus Vos-



Vossius vir celeberrimus Lib. 2. de Vitiis Sermon. vocem *Lidus* explicaturus: nimirum ex ea inferens, *Liddos* Servos Dedititios fuisse, hoc est, qui ingenuitatem suam pretio mancipassent. In eam quoque sententiam descendisse postea Du-Cangium vidimus, sed nullis bonis tabulis productis.

Ad referendos *Litos* in Servorum centum adferam ego locum, qui aptior fortasse videatur; ex Vita Sancti Meinweri Episcopi Paderbornensis à Browero, Leibnitio, Bollandistis, ac aliis editam. Ibi Cap. 10. seu 44. legitur: *Duram antiquae Servitutis Litorum justitiam, per novam paternae pietatis relevavit gratiam; constituens, à villicis administrari eis in cibi potusque necessariis (quod antea non fiebat) tempore messis.* Ita in editione Leibnitiana. At in Papebrochiana habetur *Litorum*. Verumtamen puto, non satis animadvertisse eruditos viros, quid revera *Litorum* nomine veteres significarint; simulque contendo, eos minime communis Servitutis iugo pressos fuisse, sed quidem medio quodam genere Servitutis obligatos existisse Dominis, sive Patronis, quales fuerunt & Aldii in Italia. Infra videbimus, Aldiis imposita fuisse onera contra aequitatem. Id quoque factum fortasse fuerit *Litis* Paderbornensis Episcopatus, quos propterea Meinwercus alendos iussit, quum operam suam conferrent tempore messis. si si veri fuissent Servi, alendi erant quovis tempore, & quamlibet operam Domino praestare debuissent, non verò tempore tantum messis. Proinde in Archaeolog. Teutonic. *Liti*, *Litones* iidem ac *Lassi* & *Liberti* censentur, à *Lissen*, *Redimere*. Ad haec in Capitulari Caroli M. ad Saxoniam spectante Anni DCCLXXXIX. quod à Lab-

beo refertur ad annum DCCXCVII. decretum fuit, ut *Pagenses curtem & duos mansos terrae unicuique Ecclesiae donent. Et inter centum & viginti homines Nobiles & Ingenuos, similiter & Litos, Servum & Ancillam eidem Ecclesiae tribuant.* Haec ibi Cap. 15. Tum Cap. 17. decernitur, ut omnes *Decimam partem substantiae & laboris sui Ecclesiis & Sacerdotibus donent, tam Nobiles, quam Ingenui similiter & Liti; juxta quod Deus unicuique dederit Christiano, partem Deo reddant.* Heic *Litos* certe à Servorum vulgo secretos vides: immo Liberis hominibus ita ii subjunguntur, ut & ipsi simul cum illis *Servum & Ancillam*, ac *Decimam* Ecclesiis contribuere cogantur. Ergo illi aut agros possidebant, aut fructus sui laboris suos faciebant: quod veris Servis minime licebat. In altero Capitulari Saxonico Anni DCCXCVII. apud Baluzium Cap. 3. statutum fuit, ut *ubicumque Franci secundum Legem Solidos XII. solvere debent, ibi nobiliores Saxones Solidos XII. Ingenui V. Liti IV. componant.* En quam parum ab Ingenuis hominibus distent *Liti*; ab iis certe diversi, at simul etiam à Servis, quorum crimina redimere ad Dominos spectabat. Praeterea Tit. 14. Cap. 15. Legis Salicae habetur: *Si quis Lidam alienam in conjugium sociaverit, MCC. denariis, qui faciunt Solidos XXX. culpabilis judicetur.* Atqui Ingenuus vir, Ancillam alienam sibi matrimonio jungens, secundum Legem Salicam Servus efficiebatur. Ergo diversae ab *Ancillis Litae* fuerunt. Vide etiam Tit. 52. Cap. prim. ejusdem Legis Salicae apud Baluzium, ubi *si quis Ingenuus aut Lidus alteri fidem fecerit (id est ut habet Glossa Codicis Estensis, fidejussor exstiterit) & noluerit fidem factam solvere, Solidos XV. culpabilis*

*bilis judicetur.* Num, rogo, haec de Servis statui potuere? Ac proinde nos, postquam vidimus, *Aldiones* è vili Servorum conditione fuisse exclusos, consequenter minime ab iis diversos *Liddos* seu *Litos*, & *Fiscalinos* opinari cogimur. Ad haec Legem Frisionum Tit. XI. consule. Ibi *Liber homo necessitate coactus etiam Lito in servitium se subdere* posse dicitur. Si *Lido* seu *Lito* homini Servi esse poterant, ergo is minime Servitutis iugo premebatur. In Legis quidem Salicae Tit. 30. apud Eccardum legitur: *Si quis Lidum alienum, in scio Domino, per denarium Ingenuum dimiserit.* Verùm haec intelligenda de perfecta Libertate & absolutione à quibuscumque oneribus, quibus *Liddi* non secus atque *Aldiones* obnoxii erant. Altera Lex sequitur: *Si quis Servum alienum &c. Ingenuum dimiserit:* quod minime repetendum fuerat, ubi etiam *Liddi* conditionis Servilis fuissent. Hisce adde postremas tabulas Fulradi Abbatis Sancti Dionysii, à Mabillonio editas part. 2. Saecul. 3. Benedictini, & scriptas Anno Christi DCCLXXVIII. Ibi legitur *cum pastoribus, Servis, Ancillis, Litis &c.* Viden, ut *Liti* à *Servis* distinguantur? *Litos* eo in loco idem Clariss. Vir interpretatur *Leudes, Clientes.* At procul dubio *Liti* alii plane fuerunt à *Leudibus*, hoc est à *Fidelibus* sive *Vassallis*, Liberis nempe hominibus, de quibus supra egi in Dissertat. XI. de *Allodiis*. Nam quod est ad *Fiscalinos*, satis mihi est Capitulare Caroli Magni Anno DCCCV. promulgatum, in quo proditur, fas fuisse tum viris *Ingenuis* ducere *Fiscalinas*, tum *feminis liberis* homines *Fiscalinos* sibi sociare conjugio. Atqui, ut supra monui, etiam apud Francos ex Tit. 14. Legis Salicae, & ex Capi-

A tulari Ludovici Pii, poena Servitutis proposita erat mulieri *Liberae, quemlibet Servum in conjugium sumen-* ti. Immo ex eadem poena plectebantur *Ingenui*, ductâ alterius *Ancillâ* in uxorem. Utcumque tamen sit, *Fiscalinos* & *Liddos* appellare tibi liceat *Servos*: certe mihi non licet ex jam dictis *Aldios*. Quod si eadem Lege vivebant tam ii, quàm isti, intelligendum est, eos in Francia, quod *Fisco* & *Ecclesiae* servirent, ex privilegio aliquot commoda ac immunitates percepisse, quae *Aldii* quicumque in Italia jure suae conditionis minime Servilis percipiebant. In Diplomate Hilprandi Langobardorum Regis apud Campium Tom. I. Histor. Ecclesiae Placentinae legitur: *Firmamus etiam vobis, ut omnes mulieres illas Liberas, quae usque nunc, dum Liberae essent, Servis Ecclesiae vestrae se in matrimonio tradiderunt, vel filiis filiabusque, qui ex eis nati sunt, ita sane ut sint pro Aldiones, & habeant per caput unus quis mundium Solidos senos, sicut vobis antea à Domino & Patre nostro concessa sunt.* In Servitutum reliquae mulieres ita nubentes, eorumque filii secundum Legem cadebant. Sed per hoc Privilegium concedebatur eis, ut conditionem tantummodo *Aldiarum* & *Aldionum* subirent.

Itaque illud statuo, *Aldios* per Manumissionem ex vilium Servorum catalogo expunctos fuisse, sed ea conditione, ut aliquem Manumittentis agrum colerent, aut ei censum quotannis persolverent, aut operas facerent. Ac proinde Libertorum species fuere, quamquam Libertate integra minime fruerentur, & sub jure ac potestate Domini sive Patroni non uno vinculo vivere pergerent. Ut plena iis esset Libertas, haec eis

conferenda erat per alium publicum actum. Audi Liutprandum Regem in Lege 53. Lib. 6. *Si quis* (idest liber homo) *Aldiam alienam, aut suam, ad Uxorem tollere voluerit, faciat eam Guiderboram, sicut edictum continet de Ancilla.* Germanicae Linguae periti *Guiderboram, aut Widerboram* pro *Libera* exponunt: hoc est, plena Libertate Aldia illa donanda, & *Amund* pronuntianda erat, ut rite cum ea Liber homo conjugium inire posset. Nempe Langobardi quum aliquem in statu integrae Libertatis positum significare volebant, vocabulo *Fulfreal* utebantur. Coldastus legit *Sulfreal*; sed in Legum Langobardicarum Codice MSto Estensi legitur *Fulfrae*, & *Fulfrea*; rectius quidem. Vocis etymon mihi suppeditat Anglica Lingua, quae tot voces retinet è Saxonibus, seu Germanis, Britannia olim potitis. Apud eos *Fulfree* idem est ac *plene Liber*. Profectò Aldia *Fulfree* non fuit; atque ideo necesse erat, eam rursus Liberam, & à se *extraneam* facere. Triplex ergo olim Colonorum genus fuit divitibus, *Liberi, Aldii, ac Servi*. Qui *Liberi* agrorum cultores erant, à rusticis Itali-

A cis nostri temporis minime dissimiles fuisse videntur. Nulli domino obnoxii, nisi quantum & quamdiu pactis invicem conventis (quod saepe fiebat) ad aliorum agros excolendos ita sese obligabant, ut inde invito domino recedere eis non liceret. Qui *Accolae* apud antiquos appellantur, alienam terram colentes, & à *Servis* distincti, idem hominum genus, idest Liberorum alicui famulantium, fuisse videntur. *Servorum* autem conditio ac onera in cultura agrorum quae forent, jam proditum est in praecedenti Dissertat. XIV. de *Servis*. Inter hosce medii stabant, erantque utriusque fortunae participes *Aldii*, quum & humilem *Servorum* conditionem abjecissent, neque tamen sui evasissent juris; & vellent ac nolent, pristino Hero famulari semper coquebantur, sed sua faciebant, quae- cumque industriâ & labore suo lucrari & acquirere poterant. Recte autem distinguitur triplex haec hominum cohors in egregio Diplomate Caroli Crassi Augusti, quod autographum vidi in Archivo Collegii Canonorum Arretii, atque heic editum volo.

Decretum Immunitatis Concessum à Carolo Crasso Imperatore,  
omnibus Ecclesiis, & nominatim Ecclesiae Arretinae,  
Anno 883. seu 882.

I N nomine Sanctae & individuae Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si petitionibus Sacerdotum Dei justis & rationabilibus annuimus, & necessitudines injustas sublevamus, id nobis procul dubio ad aeternam beatitudinem capescendam pertinere confidimus, quia decet Imperiale fastigium, sibi subditas partes oppressas, pravitate abjecta, erigendo,

E & ad proprium Deo favente statum reintegrando perducere. Quapropter omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorumque, praesentium scilicet & futurorum comperiat industria, quia venientibus nobis Ravennam ad colloquium spiritualis Patris nostri, Domni Johannis videlicet summi Romani Pontificis & universalis Papae, pervenit ad nostram notitiam maxima venerabilium Episcopo-

rum & Populi proclamatio de plurimis sibi illatis superstitionibus & injustis oppressionibus a seculari & publica potestate, ita ut contempto timore Dei, & abjecta a Praedecessoribus nostris interdicta, per Plebes & Ecclesias seu Ecclesiastica praedia & domos Placita teneant, distractiones in liberos Massarios, super Ecclesiasticas res residentes, & Servos, & Aldiones faciant, tributa ab eis exigant, census, & donaria, angarias etiam & operas, & non solum ab eis, sed ab omnibus Liberis erimannis & Ecclesiae filiis, quod Deo odibile certissime credimus: quia tales violentias apud Christianos non debere fieri non dubitamus. Ideoque omnium fidelium nostrorum tam reverentissimorum Episcoporum, quamque & illustrium Comitum, reliquorumque fidelium nostrorum coitu, facto consilio generali, Dei, nostraque Imperiali auctoritate omnes has superstitiones & importunas violentias funditus ab hodierna die & deinceps abolendas & extirpandas radicibus modis omnibus decernimus: statuentes, ut in sancta Aretina Ecclesia nullus Comes, nullusque Judex, vel quaelibet judiciariae potestatis personae tam in Plebibus, quamque in Monasteriis, titulis, aliisque Ecclesiis, vel domibus, seu urbanis vel rusticis possessionibus ad eam pertinentibus Placita tenere, Massarios & Colonos Liberos, Aldiones, vel Servos quosque residentes super res ad praedictam sanctam Ecclesiam pertinentes, quolibet modo distringere, pignorare, angariare, census & redibitiones & donaria aliqua exigere quoquo modo praesumat, sed Liberos Massarios, quos legalis coactio exigit quaerere ad Placitum, per Patronum, seu Advocatum ad Placita ad-

A ducantur, ut legalis diffinitio legalis contentioni finem imponat. Haec etiam in omnibus Liberis & erimannis praefatae sanctae Aretinae Ecclesiae filiis, & in ejusdem Diecesi commanentibus Massariis & Colonis observari omnimodis jubemus, videlicet ut ab eis nec donaria aut redibitiones neque pignorationes vel injustae distractiones exigantur, sed unusquisque, cum legalis censura exigit, a Patrono suo ad Placitum deducatur, ne pignorationis occasio aditus rapinae depraedatoribus in aliquo praestetur. Interdicimus etiam, nemini licere alienas res praesumptive invadere occasione Cartulae ab eo factae, qui restitutam legitimam non habuisse dinoscitur; sed si quis adquisitor extiterit, non ante invadere alienas res Ecclesiae, vel cujuscumque Liberi hominis pervadere praesumat, antequam auctor Cartulae legali & judiciaria diffinitione eas vindicet, & tunc demum cui vult, liberam tribuendi habeat facultatem. Haec vero nostra Imperialis institutio, & tantorum fidelium nostrorum tam reverentissimorum Episcoporum, quamque & ceterorum fidelium generaliter promulgata & sancita auctoritas, in omnibus Parrochiis, Comitibus, & Marchiis per totius nostri Imperii fines, in toto Regno Romanorum & Langobardorum, & Ducatus Italiae, Spoleti, & Tusciae, Deo favente, per infinita tempora proprium robur obtineat, nullique temeratori eam contempnere facultas existat.

D Quam si quis violare praesumpserit, centum Libras auri . . . se composurum agnoscat, medietatem Ecclesiae, cui violentiam intulerit, & medietatem Palatio nostro. Et hoc nostrae auctoritatis Praeceptum propria manu firmavimus, & anulo nostro jussimus sigillari.

E

Signum Domini



Karoli serenissimi Imperatoris Augusti.

Locus Sigilli ✠ cerei, quod adhuc ibi visitur.

*Inquinus Notarius ad vicem Liutwardi Archicancellarii recognovi & subscripsi.**Data XV. Kalendas Martii, Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXIII. Indictione XV. Anno verò Imperii Domni Karoli Secundo.**Actum Ravenna Civitate in Dei nomine feliciter. Amen.*

Me heic remorantur Chronologicae Notae, easque perpendere gratum quoque Lectori futurum puto. Secundum communem Aeram *Indictio XV.* in hoc Diplomate signata in cursu esse coepit Septembri mense *Anni DCCCLXXXI.* ac desit *Anno DCCCLXXXII.* die postrema Augusti, aut IX. Kalendas Octobris. Attamen occurrit heic nobis eadem *Indictio XV.* conjuncta cum *Anno DCCCLXXXIII.* & die XV. Februarii. Quid ergo dicendum? Certi & antiquissimi archetypi signa omnia confluebant in ejus Diplomatis membranam. Neque ad Annum Florentinum aut Pisanum ab Incarnatione confugas, ut nodum ejus ope dissolvas. Nullus heic ejusmodi effugio locus. Et praesertim quod apud Campium Tom. I. Histor. Eccles. Placentinae, & apud Ughellium in Catalogo Episcoporum Parmensium, Cremonensium &c. & penes Coelestinum in Historia Bergomensis, atque in aliis Diplomatibus à me productis, Carolus Crassus Aeram vulgari usum deprehendatur, atque in ejus Actis *Indictio XV.* respondeat Anno *DCCCLXXXII.* & *Indictio I.* Anno *DCCCLXXXIII.* Quare dum quisquam mihi

A nodum hunc solvat, aut in autographo scrutetur, an festinanti mihi in exscribendo aliquid exciderit, nihil aliud mihi dicendum succurrit nisi errorem hunc tribuendum Inquirino Notario, seu ejus Amanuensi, qui oscitanter *Annum DCCCLXXXIII.* scripserit pro *DCCCLXXXII.* Certum quippe mihi est in Anno potius Vulgari, quam in Indictione latere mendam, quum *Annus Secundus* Imperii Augusti illius, & *Indictio XV.* recte conveniant, atque indicent *Annum DCCCLXXXII.* Idque etiam confirmat mentio heic facta *Johannis Papae* hujus nominis *Ostavi,* eodem Anno è vita sublato. Fas quoque sit mihi per conjecturam inquirere in originem loci ipsius corrupti. Complectitur Diploma hoc generale Caesaris Edictum, in omnium Ecclesiarum ac Monasteriorum tutelam ac immunitatem promulgatum. Unusquisque Episcoporum & Abbatum, prout occasio ferebat, authenticum ejusdem exemplum sibi procurabat. Id verò praecipue factum ab Adelardo Episcopo Veronensi. Vide Ughellium Tom. V. Ital. Sac. ubi hoc ipsum Diploma, sed in aliquibus non sat accurate descriptum, editum est, veluti

luti uni Veronenſi Eccleſiae conceſſum, quum tamen ad omnes pertineret Eccleſias. Datum eſt Ughellianum exemplum XVI. Kalendas Martii, Anno Dominicae Incarnationis DCCC-LXXXII. Indictione XV. Anno vero Imperii Domni Karoli Sereniſſimi Imperatoris Secundo. *Actum Ravenna Civitate.* Recte haec conſignata, & inde emendandum eſt exemplum ab Arretina Eccleſia ſibi procuratum. A vero fortaffe non abludat, qui opinetur, Arretinum Episcopum Anno tantum ſubſequenti DCCCLXXXIII. exquiſiſſe ejuſmodi exemplum: Scribam vero, ſive Inquirinum Notarium, quum illud eſt prototypo deſcriberet, uſu Anni decurrentis deceptum, incaute poſuiſſe pro Anno DCCC-LXXXII. Annum DCCCLXXXIII. ceteris rectius ſignatis. Atque id confirmatum infra videas in Diſſert. XIX. *de Tributis*, ubi Charta ad Landum Episcopum Cremonenſem ſpectans, atque hoc idem Diploma completens, illud exhibet datum Anno Ch. DCCCLXXII. Qua ex re confirmari videas, quaecumque in Diſſert. XXXIV. *de Diplomatis* indicaturus ſum, nempe ipſa authentica immunitia interdum non eſſe à Chronologicis mendis. Heic ergo animadvertetis, interdici diſtinctiones in *liberos Maſſavios, & Servos, & Aldiones, ſuper Eccleſiaſticas res residentes.* Infra etiam Reipublicae Miniſtri vetantur *diſtingere Maſſavios & Colonos liberos, Aldiones, vel (ideſt &, ut ſupra) Servos quoſque residentes ſuper res Arretinae Eccleſiae.* En triplex illud agricolarum genus, quod nuper

A innuebam. In Bulla Paſchalis I. Paepae pro Archiepiſcopo Ravennate, Part. I. Tomi II. pag. 220. *Rer. Italicar. cuicumque interdicitur, Colonos, aut Partiaros, & Servos ſubjacentes parti ſanctae veſtrae Eccleſiae ad militandum ſubtrahere.* Du-Cangius Colonos fuiſſe cenſet *mediae conditionis inter Ingenuos ſeu Liberos, & Servos.*  
 B Sed quum nuper viderimus in Diplomate Caroli Craſſi mentionem factam de *Colonis Libervis*, veri videtur ſimilius, ejuſmodi nomine donatos tam Liberos homines, quam alterius conditionis, ad colendos agros tunc adhibitos. *Partiarii* appellati, qui partem reddituum Domino agri reddebant, reliquam tuam faciebant: C quales plerumque *Aldii* fuere. Scilicet infra *Liberos*, ſed ſupra *Servos* fuerunt *Aldii*, in quos adhuc ita juſ ſuum retinebat Dominus, ut ſi quis ex iis fugam caperet, aut alterum ſibi Dominorum quaereret, continuo ad ſervitium retraheret, & qui fugitivum celaret, multa plecteretur. Audi Liutprandum Regem in Lege XV. Lib. VI. *Si Aldius cujuſcumque in caſa alterius ſine notitia Domini ſui fugerit, quum invenerit cum Dominus ſuus, ſic debeat dare homo ipſe, qui eum habuerit, operas, quomodo de Servo.* Quod ſi Aldius liberum forte ac ingenuum ſe venditans, excutere jugum conaretur: aut ante Judicem, aut mediis arbitris, agnoſcere conditionem ſuam, Dominumque ſuum fateri cogebatur. Quod conſtabit eſt Charta, quam authenticam vidi & deſcripſi eſt Tabulario inſignis Monafterii Ambroſiani Mediolanenſis.

754

Agnellus & Florentius de Catapino, quum se negassent Al-  
 Monasterii Ambrosiani Mediolanensis, tandem conditionis  
 suae professionem faciunt, Anno 844.

**I**N Christi nomine. Hlotharius divina  
 hordinante providentia Imperator, An-  
 ni Imperii ejus Vigesimo quinto, VI. Ka-  
 lendas Novembrium, Indictione Octava.  
 Manifesta causa est. . . . nobis Agnelli  
 & Florencio germanis filiis quondam  
 Luponi de Catapino Palaco Luana,  
 seo & certa rei veritas comprobavit,  
 quoniam quod Totus de Vico Campi-  
 lioni, qui fuit Dominus noster, nos  
 & parentes nostri, & reliqua sua fa-  
 milia per suum testamentum. . . . si-  
 mul & a semetipso a potestatem Mo-  
 nasterii Sancti Ambrosii tradidit: &  
 postea nos ingeniose, & suasionem de  
 malis hominibus subtrahere quesivi-  
 mus, sed nullatenus potuimus, eo  
 quod cercius Aldiones ejusdem Mo-  
 nasterii Sancti Ambrosii esse debe-  
 mus. Ideo nos, qui supra Agnello &  
 Florencius germanis per presentem Car-  
 tulam subdimus, esse nos ipsis & per-  
 sonas nostras sub tuicionis & potesta-  
 tem nostri Monasterii Sancti Ambrosii,  
 & vobis presenti Andreatai Abbati ei-  
 dem Monasterii, vel Successoribus vestri,  
 qui pro tempore in ipso nostrum Mona-  
 sterio fuerunt, vobis deservire & obe-  
 dire debeamus die noctuque pariter,  
 & fideles sine fraudem, vel malo in-  
 genio, sine ulla subtractione, ut di-  
 ximus, sicut Aldionis, aut alii per-  
 tinentibus ipsius Monasterii, sub po-  
 testatem, & defensionem, adque tui-  
 cionis prefati Monasterii, eo quod  
 ad jam dictum quod Totone Seniore  
 nostro in ipso Monasterio pro Al-  
 diones dati; & confessi fuimus.

*Acto ad ipso Monasterio.*

Tom. II.

**A** Signum manus Agnelli & Florentii  
 germanis, qui hanc manifestationem fieri  
 rogaverunt, & eorum relectum est.

Signum manibus Wernardi de parti-  
 bus Francie testis.

Angilbertus Notarius scriptus hujus  
 manifestationem post tradidi, complevi,  
 & dedit.

**B** Fatentur Aldii isti se esse sub tui-  
 cione ac potestate Monasterii Sancti  
 Ambrosii, quum Toto eorum Domi-  
 nus seu Senior, cujus Testamentum  
 infra dabo in Dissertat. XXXII. de  
 Origin. Linguae Italicae, ipsos homi-  
 nes postremis tabulis eidem Mona-  
 sterio alligasset, cui deservire & obe-  
 dire debent. Confer istam cum aliis  
 Chartis à me productis in Dissertat.  
 praecedenti de Servis. Illic lite obor-  
 tâ Servi se disertis verbis Servos fa-  
 tentur. Hi autem sese tantummodo  
 dicunt Aldiones. Quae omnia ante  
 me subolfecit doctissimus Vir Gerar-  
 dus Johannes Vossius. Is enim in  
 Lib. 2. Cap. 2. de Vitiis Sermonis,  
 Aldius, inquit, videtur, qui antea  
 Servus, sic Libertatem consequutus, ut  
 interim veteri Domino foret obnoxius.

**D** Haec quoque mea sententia, quam  
 etiam firmant Glossae Lindenbrogia-  
 nae his verbis: Aldius statu liber.  
 Aldius est. Libertus cum impositione ope-  
 rarum factus. Atque ex his intelli-  
 gas, quid significare velit Leo Mar-  
 ficanus Lib. 1. Cap. 14. Chronic. Ca-  
 sinensis, ubi scribit: Servos autem suos  
 (Wacco Beneventanus Gastaldeus)  
 & Ancillas omnes Libertate donavit,  
 sub ditione tamen & tutelâ Monasterii  
 hujus,

C c c

bujus, ita ut per singulos singulas operas annualiter, ubi nostri ordinati praecipuerent, exercebant. Idest Aldii facti sunt, exinde futuri sub tutela Monasterii Casinensis. Propterea Patroni etiam appellati, qui jus habebant in Aldios; ac proinde ii species Liberatorum, nam Liberti Patronos, quibus obnoxii erant, Romanorum more appellabant. Et operas quidem Patronis suis facere certis quibusdam temporibus ad ipsos spectabat; sed ita ad ejusmodi onera obligabantur, ut tamen secundum Lotharii I. Imperatoris Legem 100. Langobardicam, novam conditionem Aldioni imponere Patroni prohiberentur. In locationum quoque & precariarum Chartis interdum ea formula occurrit post pacta inita: *Et nulla alia superimposita fiat*, hoc est, ultra pacta nullum aliud onus, tributum, aut angaria imponatur. Durat apud nos nomen Italicum *Imposta*, significans *Indictionem*, *Tributum*, aut aliud simile onus Populo impositum. Heic autem Capitulare Sicardi Principis Beneventani Cap. 14. apud Peregrinium, Part. I. Tomi II. Rer. Italicar. consulas velim, ubi legitur: *De Tertiatoribus hoc stetit, ut nulla nova* (fortassis angaria aut \* conjectio) *à parte Reipublicae* (idest Principis) *imponatur, excepto antiqua consuetudine*. Qui heic *Tertiatores appellatur*, aut ex *Aldio-*rum genere fuerunt, aut saltem *Coloni agris adscripti*, quibus sine venia Domini aliò migrare non licebat. *Coloni Tertiatores* infra appellatur, fortasse quod aliorum agros incolentes, tertiam partem reddituum Domino praeberent, aut sibi lucrarentur. Ita nobis agricolae Mutinenses \*\* *Mezzadri* dicuntur, qui Domino red-

dunt *mezze le rendite*, idest medieta-tem frugum & fructuum agri. Certe *Tertiatores à Servis* distinguuntur, quamquam adeo obnoxiae ac humilis conditionis essent, ut *Exercitales aut Milites* fieri prohiberentur: quod & *Servis* interdictum fuit. Sed quando *Mezzadri* Mutinenses mihi memorati sunt, addendum puto, pervetustam esse eorum institutionem. *Partiarii Coloni* dicuntur in Pandectis, Tit. *Locati*, l. *si merces*: eosque Graeci noverunt, quod redditus agrorum *partirentur* cum Domino. Sed & apud Reginonem Lib. primo, Cap. 43. de *Eccles. Disciplina*, & Libro primo Cap. 157. Capitularium Baluzianae editionis legitur: *Qui tale beneficium habent, & ad medietatem laborant*. In Chartis Gallicis à Du-Cangio indicatis *Medietarii* appellantur: & mirum, qui eximius ille Vir sibi confixerit *Medietarios Servos*, idest, ut ille opinatur, qui duobus Dominis obnoxii erant. Quam in rem Chartae veteris verba adfert: *Concessit Deo & Sancto Johanni Baptistae Cavillam, quae erat sua Villana, ut esset Medietaria Sancti Johannis ipsa & filii sui in sempiternum; & totum servitium, quod solebat persolvere Comiti, de cetero persolveret Sancto Johanni*. Sed primo fallitur: neque enim heic agitur de Servo aut Ancilla, sed quidem de *Villana*, hoc est de *Colona* cum filiis suis. *Coloni* autem, seu *Rustici Servili* minime notà inurebantur, quamquam ita glebae sive agris adscripti fuerint, ut in commercio non secus ac *Servi* essent. Deinde *Medietaria* dicitur ea mulier, non quod duobus Dominis famularetur, sed quod agros Sancti Johannis *ad medietatem laboraret*. A *Medietario* apud nos, ut dixi,

\* Librariorum errorem putamus; forte *coactio* legendum.

\*\* In Tuscia *Mezzajuoli*.



dixi, natum est *Mezzetaro*, *Mezzatro*, *Mezzadro*. Interea producenda est mihi antiquissima Charta, quam authenticam vidi & hausi ex Archivio Monachorum Cisterciensium Sancti Ambrosii Majoris Mediolani. Ibi *Beretrada Aldiana Domni Regis*, idest Desiderii Langobardorum Regis, nu-

A pta *Theutodo Aldio Totonis*, ponitur in *mundio*, sive sub potestate ipsius Totonis, *salvâ Libertate suâ*: ex quo tandem cognoscimus, ac certò tenemus, inter Liberos, non inter Servos, computatos fuisse *Aldios & Aldias*, quamquam Patronis suis ex vi patrum subessent. En ipsam Chartam.

Autpertus Actor Desiderii Regis Langobardorum Totonis, desponsanti Beretradam Aldianam Regiam, pro Solidis tribus auri ejus Mundium, sive dominium concedit, Anno 771.

**I**n Christi nomine. Notitia brevis rememoratorio pro futuris temporibus. In eorum presentia recepit *Autpert Actor Domni Regis de Villa Luacha de Mundio de Aldiana Domni Regis*, nomine *Beretrada filia Antonini de Vigo Luacha*, de auri solidum tres. *Mundio* accepto ad te *Totone* pro ipsa *Aldiana*, quam sibi *Theutodo* in *Aldio tuo de Vigo Libiano* in conjugio sociavit: unde ab hac die in tua qui supra *Totoni*, vel ad heredibus tuis permaneat potestate, salva Libertatem suam, una cum agnitione..... fuerit, qualiter legitur confecta notitia brevis rememoratorio de ipso *Mundio*.

Anno Donno *Desiderio & Adelchis* Viris excellentissimis Regibus *Quintodecimo*, & *Duodecimo*, sub die *Octavo* *Kalendarum Augustarum*, *Inditione Nona*.

Signum manus *Autpert a. d. Actore Domni Regis*, qui ipso brevis fieri rogavit.

Signum manus *Johannis a. d. & ... de Vigo Luacha*.

*Gisefredus a. d.* huic brevis memoratorio de *Mundio* rogatus ad *Autpert Actore Domni Regis* testes subscripsit.

Ego..... pert indignus Presbiter, Scriptor hujus brevis memoratorio..... postradi..... dedit.

B Ad Manumissiones regrediamur. Complures fuisse jam dixi causas, cur apud antiquos Servi, adde nunc & Aldii, aut aliquo, aut pleno Libertatis usu donarentur. Quod sane nisi factum fuisset, nimium in numerum excrevisset eorum copia, ita ut formidabiles ipsis Dominis, & reliquae Liberorum Republicae evasuri fuissent. Diuturnum videlicet servitium, solertia in agendis, oblata ab eis pecunia multo labore congesta, aliave in Dominum beneficia, gratum illius animum movebant, ut Servis de se bene meritis vinculum Servitutis tandem adimeret. Franci etiam Reges pro nativitate filii, aut ob alias laetitiae causas, Comitibus mandabant, ut per omnes Villas nostras in cuncto Regno tres homines Servientes in utroque sexu in unaquaque Villa Ingenuos relaxare facerent; ut habet *Marculus Lib. prim. Cap. 39. Formularum*: qui & formulam addit Manumissionis eorundem Servorum *Lib. 2. Cap. 52*. Sed causa frequentior manumittendi miserum hoc hominum genus, fuit Pietas & Caritas erga Deum, cujus amore plerumque Manumissiones celebratae reperiuntur. Idque potissimum in postremis veterum tabulis usitatum dixi,

in quibus post mortem testatoris, Liberi esse jubentur aut omnes, aut plerique ejus Servi. Praecipue verò Ecclesiastici homines, quum testabantur, ejusmodi piam liberalitatem in Servos, non Ecclesiae, sed proprios, exercere consueverunt. In Archivo Lucensis Archiepiscopi testamentum vidi *Peredei* illius Urbis *Episcopi*, scriptum Anno Quarto *Caroli Regis Francorum & Langobardorum*, XVII. *Kalendas Aprilis*, *Indictione I.* idest Anno Christi DCCLXXVIII. Is ergo de bonis paternis ac maternis testans, Servos suos post obitum suum Liberos fore jubet: alios verò Servos & Ancillas, quos *Sundrada* genitrix sua, dum viveret, manumiserat, in eodem statu ut permaneant, statuit. Ecclesiae Sancti Martini, aliisque Ecclesiis, itemque Pauperibus multa relinquit. Denique praecipit, ut omnes *Massarii* sui, qui in suis casis massariis resident, ac soliti sunt praestare blada, vinum, aut servitium, non pendant Ecclesiis heredibus, nisi *angarias consuetas*; & nemo è suis successoribus aut Sacerdotibus *superimpositam* aliam facere possit eisdem hominibus, aut eos extrudere è praememoratis casis, nisi probata criminis causa obstat. Confer ista cum iis, quae differebam supra, atque in praecedenti Dissertat. XIV. *de Servis*, ubi controversiae referuntur de angariis superimpositis. Atque hinc disce, *Massarii* nomen, non Servis tantum, sed & hominibus Liberais datum, qui Massas seu praedia excolenda suscipiebant. Alterum exemplum addo, quod in eodem Tabulario Lucensi olim legi, ubi vetustissimum apographum adservatur. Scripta fuit Charta *Regnante Domno nostro Desiderio & Adelchis Regibus*, Anno Regni eorum *Undecimo*, & *Nono*,

A XI. dies *Kalendas Martias*, *Indictione VI.* idest Anno Christi DCCLXXVIII. Inter alia haec ibi habentur: *Ego Tassilo V. D. filius bone memorie Autchisi per hanc paginam volo & decerno, ut donec ego advivere meruero, ut omnia & in omnibus diebus meis in mea sit potestatem vendendi, donandi &c.* Post obitum suum statuit Presbyteros quosdam, qui pretium è bonis suis venundandis coactum erogent pro anima sua, *ut de ipsis rebus aveas Monasterio Sancti Petri in loco, qui dicitur..... Virde à quondam Walafridi fundatum est &c.* Et Ecclesiae Sancti Martini de *Eiscopio &c.* Et aveas Monasterio Sancti Petri in *Campo Maggiore &c.* Et aveas Ecclesia Sancti *Fridiani &c.* Et Ecclesia Sancte *Marie, que est ad porta Sancti Cervasi &c.* Et aveas Ecclesia Sancti *Salvatoris in loco Sexto &c.* Et aveas Ecclesia Sancte *Reparate, qui est prope Monasterio Sancti Martini, qui vocatur Monasterio Samueldi: quae Ecclesia adhuc existit in Urbe Lucensi, Collegio Canonorum ornata.* Postremò ait: *Et volo, ut omnis Hominis meis mihi pertinentis (uti jam monui, Pertinentes appellati sunt Servi) vos Liveros demetere deveatis, & eorum Cartula absolutionis emettere deveatis.* Tum sigillatim eos recenset: ac nonnullis terras aliquas legat. Ita inter pergamenas insignis Monasterii Sancti *Benedicti Padolironensis Testamentum* legitur Anno MCXXXV. conditum ab *Alberto Marchione* in Civitate Veronensi coram Episcopo ejusdem Urbis, atque editum à *Margarino Tom. 2. Bul. lar. Casinens. Constitut. 156.* Ibi & ipse post obitum suum cunctos Servos & Ancillas suas prorsus Liberais fore jubet, & *Cives Romanos* statuit: peculium quoque eis largitur,

tur, uti & quasdam terras, quas Beneficiario titulo ab Ecclesia Sancti Petri de Villanova recognoscerent. Hic ille *Albertus* est, *Marchionis* atque etiam *Ducis* titulo in nonnullis Chartis ornatus, de quo mihi sermo fuit Par. I. Cap. 30. pag. 293. Antiquitat. Estensium. Eundem nempe de Hereditate, sive *Podere* inclytæ Comitissæ *Mathildis* Anno MCXXV. investiverat *Honorius II.* Romanus Pontifex. Uxor illius altera *Comitissa Mathildis* fuit, in Chartis memorata, & consensum præbens actis mariti sui. Hujus contemplatione verisimile est tradita fuisse *Alberto* eidem *Allodia* ac titulos senioris *Mathildis*, quod aliqua inter utramque *Mathildem* conjunctio sanguinis intercessisset ex parte *Beatricis Ducissæ*; quum *Beatrix*, *Mathildis* Magnæ parens, *Salicæ Nationis* esset; & junior *Mathildis*, *Alberti Marchionis* conjux, non secus atque *Maritus*, *Nationem*, ac *Legem Salicam* ipsa quoque profiteatur. In eisdem Antiquitatibus Estensibus pag. 290. protuli Investituram *Curtis Gavassæ* Anno MCLXVI. datam *Gerardo Rangoni*, unde celebris & egregia *Rangonum* nobilium *Mutinensium* profa-

A pia, à *Welfone VI.* Duce *Spoleti*, *Marchione Tusciæ*, *Principe Sardinia*, ac totius *Substantiæ Comitissæ Mathildis Domino*. Pertinuit eadem *Curtis* olim ad ipsam *Comitissam Mathildem*. Existit adhuc in *Tabulario Capituli Canonorum Regiensium Charta*, die III. *Decembris Anni MCLXXVI.* scripta, in qua *Gerardus Rangonus de Civitate Mutinæ concessit Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Regio* quatuor jugera terræ in *Villa Gavassæ* ea ratione, ut *Canonici dictæ Ecclesiæ persolvant omni anno eidem Gerardo sex solidos Imperiales*. In eodem *Chartario* altera *pergamena* adservatur, unde colligimus, circiter *Annum MCXCV.* in controversia positum fuisse, an *Curtis Gavassæ ad Curiam* pertineret, hoc est ad *Mathildis Comitissæ hereditatem*. Testes ea occasione adducti mentionem faciunt *Gerardi Rangoni*, itemque *Nuntiorum Comitissæ & Ducis*, à quibus *guardata & gualdemanata* fuit terra controversa. Hic *Albertum Ducem* supra memoratum, & *Mathildam Comitissam* ejus uxorem videre mihi videor. An ita sit, aliorum esto iudicium. Ego interea *Chartam* ipsam producam, & argumento de *Servis* finem faciam.

### Examen Testium pro Canonicis Ecclesiæ Regiensis in controversia de terris quibusdam Gavassæ cum Robato, circiter Annum 1195.

Testes Canonorum in Causa Robati. *Petrus Broattus* testatus dicit, quod intravit in quinque, vel sex *bubulcas terre* nomine *Curie & Regaliæ*: & *Malufvicinus* eum postea expulit, & postea per *Malufvicinum* tenuit. Et non credit, quod sit XXX. anni: & antequam *Malufvicinus* intromitteretur, audivit a patre & a suis majoribus, quod hec terra, que tunc nemus erat, a

E Senata usque ad *Flumicellum* tota detenta est & *guardata* atque *gualdemanata* per *Nuntios Comitissæ & Ducis*.

*Petro Zoto* testatur idem ut *Petrus*, de tenuta & *intromissione Malvicini*: & de *auditu patris & suorum majorum* audivit a suis majoribus, quod pro nemore *Curie*, quod homines *Gavasse* utebantur, *Nuntios Comitissæ & Ducis*

cis albergabant, ipsosque vidit ibi albergare.

Filippus testatur, quod vidit Natale & suos majores tenere Sortem a Senata versis serum, sicuti ostenditur; quo mortuo Malusvicinus intronisit, & a Senata usque ad Flumicellum vidit Trutum tenere per Comitissam & per Ducem, & invellire, ut dicebat. Postea Malusvicinus intravit in Sortem illam, quam Trutus tenuerat a Senata usque ad Flumicellum, & post mortem Truti, & nondum sunt XXX. anni. De albergaria Nuntiorum Comitissae & Ducis concordat cum Petro Zeto.

Petrus Jeminiani idem dicit de albergaria, ut Philippus. Dicit, quod XXX. anni sunt, pater, filius, vel nurus, quod intraverunt Sortem a Senata usque ad Flumicellum per Trutum, qui dicebatur Gastaldum Comitissae & Ducis; & jam tenuerat per quatuor annos, antequam Malusvicinus intronitteret Sortem suam. Qua ratione intraret, nescit: sed communis fama est in Terra Gavasse, quod erat Curie, videlicet Comitissae & Ducis. In ceteris interrogatus concordat cum Filippo.

Bucabadata testatur, quod ex quo Gerardus Rangonus adquisivit Curiam Gavasse, quod dicit esse minus XXX. annorum, eo anno, quo adquiet, vel secundo, saspit prata juxta Flumicellum, & que scit ostendere, ut putat, que Malusvicinus tenebat, & abstulit ex eis carrum seni pro Domino Gerardo, & Malusvicinus postea dedit guadium standi ad preceptum Domini G. & credit, quod Albertus Burge redderet Malovicino senum. Et eo anno interfuit, ubi Gerardus Rangonus conquestus est Consulibus Reginis Eleazario, ut credit, & aliis suis sociis, de quibus non recordatur, de Malovicino de jam dicto prato, & eis securitatem dedit. Et vidit Malumvicinum dare securitatem Consulibus

A standi ad rationem cum Domino G. Quod postea inter se fecissent, ignorat; & ab Alberto Burge audivit, quod Malusvicinus, antequam Gerardus Rangonus adquiret, tenebat, & quod intraverat post mortem Truti.

B Atto frater Brugnoli testatur, quod interfuit, ubi Dominus Rangonus Gerardus conquestus est Consulibus Reginis de Robato, & dedit eis scriptam querimoniam: & credit, quod tunc Eleazar, & Ingo, Conrado, & quidam alii essent Consules.

C Brugnolus testatur, quod interfuit, ubi idem Dominus Gerardus conquestus est de Malovicino Consulibus: & vidit Malumvicinum venire ante Consules, & audivit, quod Malusvicinus dixit: Nolo placitare cum Domino Gerardo, quia concordabo me cum eo. Audivit a socero suo Petro Calvo, quod a Signata exterius erat Curie; & pro nemore, quod homines Gavasse, qui ibi erant, utebantur, faciebant albergarias Curie.

D Guido Ubaldi testatur, quod interfuit, ubi Dominus Gerardus conquestus est Consulibus de Malovicino, & vidit Malumvicinum venire ante Consules, & audivit quod Malusvicinus dixit: Nolo placitari cum Domino Gerardo, quia concordabo me cum eo.

E Johannes Leonus testatur, quod vidit hanc terram, de qua questio est inter Canonicos & Robatum, antequam per Malumvicinum intronitteretur, teneri & bosizari cum alia pro Curia. Et vidit homines Gavasse facere albergarias Curie pro ista & pro alia, ut erat in communi fama Terre; & communis fama erat in Terra, quod erat Curie. Dicit, quod nondum sunt XXX. anni, quod Trutus mortuus est, ad tempus cujus Malusvicinus non intravit..... recordavit se fecisse furtum.

Madevus idem testatur, ut Johannes Leonus, preter quod credit, quod Malusvicinus teneret pratum tempore Truti, quod tenebat ad suum donicatum, & quod XXX. anni sunt.


Dominicus Bussolus testatur, quod vidit Cabalerium & Trutum tenere, & gualdemanare pro Curia Ducis & Comitissae a Flumicello usque ad illam Johannis Natalis. Et vidit homines Gavasse facere albergarias Curie pro nemore, quod ibi erat, quod utebantur. Et

A ipse idem fecit: nec vidit Malusvicinum tempore Truti tenere, sed post mortem Truti intravit, & nondum sunt XXX. anni.

Addit Petrus Broatus, quod vidit Malusvicinum per XL. annos cum filio tenere quiete terciam totius Sortis, quam priores Natales habuerunt & detenuerunt.

B Idem addit Filippus de tercia illius Sortis, quam per Natales detenta fuit a Signata usque Levatam.

FINIS TOMI SECUNDI.



# ELENCHUS TOMI SECUNDI.

## DISSERTATIO NONA.

**D**E *Missis Regiis, seu Judicibus extraordinariis.* Pag. 1.

## DISSERTATIO DECIMA.

*De minoribus justitiae Ministris, hoc est, de Judicibus, Scabinis, Sculdasciis, Castaldiis, Decanis, Silvanis &c.* 61.

## DISSERTATIO UNDECIMA.

*De Allodiis, Vassis, Vassallis, Beneficiis, Feudis, Castellanis &c.* 169.

*Tractatus de Feudis olim per Patriarcham Aquilejensem concessis.* 341.

## DISSERTATIO DUODECIMA.

*De Notariis.* 369.

## DISSERTATIO TERTIADECIMA.

*De Hominibus Liberis, & Avimannis.* 469.

## DISSERTATIO QUARTADECIMA.

*De Servis ac Hominibus de Masnada.* 539.

## DISSERTATIO QUINCTADECIMA.

*De Manumissionibus Servorum, & de Libertis, Aldiis, ac Aldianis.* 689.







SPECIAL FOR  
HP  
#2

